Iterum de eodē xciij.
Dominꝰ apparuit Ioſeph. de q̄ habeť in euāgelio nicodemi xciiij.
Dominꝰ apparuit iacobo minori. de hoc habeť ad Co.xv. xcv.
Dominꝰ apparuit petro. Lu.xxiiij. xcvj
De reditu dñi ad ſanctos patres poſt reſurrectionē. ꝛ decātatio eoꝝ xcvij.
Dominꝰ apparuit duobꝫ diſcipulis euntibꝫ in emaus xcviij.
Dominꝰ apparuit recluſis in die reſurrectionis. Lu.xxiiij. Ioh.xx. xcix.
Dominꝰ apparuit diſcipulis in octaua ꝑ ſente thoma. Ioh.xx. .c.
Dominus apparuit diſcipulis in galilea Math.xxviij. cj.
Dominꝰ apparuit diſcipulis ad mare tyberiadis. Io.xxj. cij.
Dñs apparuit plꝰ q̄ꝫ q̄ngentis ſimul. ſ. ad Coꝛ.xv. ciij.
De duodecim apparitionibꝫ domini poſt reſurrectiōem. ciiij
De aſcenſione dñi cv
De miſſione ſpūſſancti cvj
Excitatio deſiderij ad patriā per morteꝫ appetitum. cvij
De modo meditandi vitam domini Ihu ꝛ concluſione libri. cviij.

Finit tabula

Incipit ꝓlogus meditationū vite domini nr̄i Ihu xp̄i ſc̄m deuotū ſanctū Bonauenturam. Capitulū primū.

INter alia uirtutum ꝛ laudū ꝑconia de ſanctiſſima ꝟgine cecilia legiť q̄ꝛ euāgeliū chriſti abſcōditū ſꝑ poꝛtabat in pectoꝛe. Qḋ ſic intelligi debere videť. q̄ꝛ ipa de vita dñi Ihu ī euāgelio tradita quedā ſibi deuotioꝛa ꝑelegerat. ī quibꝫ meditabať die ac nocte coꝛde puro ꝛ integro. attētiōe precipua ꝛ feruētī ꝛ cuꝫ plena circulatiōe reincipiēs iterū. ꝛ dulci ac ſuaui guſtu rumināſ. ea in archano pectoris ſui collocabat. Simile tibi ſuadeo faciendū. Sup oīa nāq̄ꝫ inter ſpiritualis exercitij ſtudia hoc magꝭ neceſſariuꝫ. magiſq̄ꝫ ꝓficuū credo. ꝛ qḋ ad celſioꝛē gradū ꝑducere poſſit. Nuſq̄ꝫ eñ inuenis vbi ſic doceri poſſes ↄtra vana blandimēta ꝛ caduca. cōtra tribulatiōes ꝛ aduerſa. cōtra hoſtiū temptamēta ꝛ vicia. ſicut in vita dñi Ieſu q̄ fuit abſq̄ꝫ oīni defectu ꝑfectiſſima. Ex frequenti eñ ꝛ aſſuera meditatiōe vite ipiꝰ adduciť aīma in quandā familiaritatē cōfidentiā et amoꝛē ipiꝰ. ita q̄ꝛ alia vilipendit ꝛ cōtemnit. Inſuꝑ foꝛtificať ꝛ iſtruiť quid facere. q̄d ve fugere debeat. Dico ꝑmo q̄ꝛ iugis meditatio vite dñi Ieſu roboꝛat ꝛ ſtabilit mētē contra vana ꝛ caduca. vt patet in ꝑdicta beata cecilia. que ita coꝛ ſuuꝫ repleuerat de vita xp̄i q̄ꝛ in ipam vana intrare nō poterāt. Vñ in pompa nuptiaꝝ exiſtēs vbi tot vana geruntť. cantātibꝫ oꝛganis ipa ſtabili coꝛde ſoli deo decātabat dicēs. Fiat dñe coꝛ meum ꝛ coꝛpꝰ meū immaculatū vt nō cōfundar.

Secūdo foꝛtificat cōtra tribulationes ꝛ aduerſa. vt patet in martyribꝫ. Circa qḋ ſic dicit Bernardꝰ in. lxj. ſermone ſuꝑ Cātica. Inde tollerātia martyrū ꝓuenit q̄ꝛ in chriſti vulneribꝫ tota deuotiōe verſetur et iugi meditatiōe demoꝛeť. In illis ſtat martyr tripudians ꝛ triūphans. toto licꝫ lacerato coꝛpoꝛe. ꝛ rimāte latera ferro. Vbi ḡ tunc anima martyrꝭ. Nēpe in viſceribus Ihu. ꝛ vulneribꝫ nimiꝝ patētibꝫ ad introeundū. Si ī ſuis eſſet viſceribꝫ. ſcrutās ea ferrū. pꝛofecto ſentiret. doloꝛē nō ferret ſuccumberet ꝛ negaret. Huc uſq̄ꝫ Bernardꝰ. Inde eſt q̄ꝛ non ſolū martyres ſꝫ ꝛ cōfeſſoꝛes in tribulationibꝫ ꝛ infirmitatibꝫ ſuis tantā patientiā habuerūt ꝛ tota die habēt. Si legas de beato Franciſco ꝛ de beata virgine Clara matre ac duciſſa tua. poteris inuenire quomodo ī multis tribulationibꝫ penurijs ꝛ infirmitatibꝫ. nō ſolū patiētes. ſed etiā hilares exiſtebant. Idē quotidie videre potes in ducentibꝫ ſanctā vitā. hoc ideo quia ipoꝝ aīe nec erāt nec ſunt in eoꝝ coꝛpoꝛibꝫ ſꝫ in xp̄i ex deuota meditatiōe vite ipſiꝰ. Tertio dico q̄ꝛ docet circa gerenda vt nec hoſtes nec vicia irruere vel fallere poſſint. hoc ideo quia ꝑfectio virtutū reperiť ibidē. Vbi eñ virtutes excelſe pauꝑtatis. eximie humilitatis. ꝓfunde ſapiētie. oꝛatiōis. māſuetudinis. obediētie. patiētie. ceterarūq̄ꝫ virtutū exēpla et doctrinā ſic inuenies ſicut in vita dñi virtutū? De hoc ſic breuiter ait Bernardꝰ ſermone xxij. ſuꝑ Cātica. Incaſſum ꝓinde quis laboꝛat in acquiſitōe virtutū. ſi aliūde eas ſperādas putet q̄ꝫ in dño virtutū. cuiꝰ doctrīa ſeminariū prudētie. cuiꝰ miſericoꝛdia opꝰ iuſticie. cuiꝰ vita ſpeculū temperātie. cuiꝰ moꝛs

KK 2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inſigne eſt fortitudinis. Hucuſq; Bernar-
dus. Qui ergo eū ſequit errare non poteſt
neq; falli. Ad cui⁹ virtutes imitādas ⁊ adi-
piſcendas ex frequenti meditatione cor ac-
cendit ⁊ animat. diuīa illuminat virtute.
ita ꝙ ⁊ virtutē induit. ⁊ a veris falſa diſcer-
nit. adeo vt plures fuerūt illiterati qui mag
ꝓfunda dei myſteria cognouere. Unde cre-
dis ꝙ beat⁹ Franciſc⁹ ad tantā virtutū co-
piam ⁊ ad tam luculentā intelligentiā ſcri-
pturaꝝ. ad tā etiā perſpicacē noticiā fallaci-
arum hoſtiū ⁊ vicioꝝ ꝑuenerit. niſi ex fami-
liari cōuerſatōe ⁊ meditatione domī ſui ihu
Propterea ſic ardēter afficiebat ad ipaꝫ. vt
quaſi ſua pictura fieret. Nā in cunctis ꝟtuti-
bus ꝙ ꝑfectius poterat imitabat eandē. et
tandē complēte ac ꝑficiente ihu per impſſio-
nem ſacroꝝ ſtigmatū fuit in eū transforma-
tus totaliter. Uides ergo adq; excelſū gra-
dum meditatio vite xpi ꝑducit. ſed ⁊ tanq;
fundamentū efficax ad maiores cōtempla-
tionis ſublimat grad⁹ quia ibidē inuenitur
vnctio. q̄ paulatim purificans ⁊ eleuās ani-
mā docet de oīb⁹ de quib⁹ non eſt ſermo
ad pſens. Nūc autē te in ipas vite xpi medi-
tationes aliqualiter introducere cogitaui.
ſed vellē ꝙ hoc a magis experto. magiſq; do-
cto accipes. quia in talib⁹ maxime inſuffici-
ens ſum. Uerūtamē iudicans melius fore
aliqua vtcūq; dicere ꝙ penitus tacere. Ex-
periar impotētiam meā. ⁊ familiariter tecū
loquar rudi ⁊ impolito ſermone. tum vt me-
lius poſſis que dicunt capē. tū vt non aurē
ſed mentē ſtudeas inde reficere. Non eſt eñi
in ornatis ſermonib⁹ ſed in dñi ihu medita-
tionib⁹ inſiſtendū. Ad quod etiā Hiero. do-
ctrina inducimur dicētis. Sermo rudis vſ-
q; ad cor penetrat. politus autē paſcit aures.
Spero aūt ꝙ ruditati tue confert aliquid
mea modicitas. ſ3 ⁊ in hoc magis ſpero. ꝙ
ſi te in his exercitari ſedula meditatiōe vo-
lueris ipm dominū d̄ q̄ loquimur magiſtꝝ
habebis. Nō aūt credas ꝙ oīa que xp̄s
dixiſſe vel feciſſe cōſtat meditari poſſimus.
vel ꝙ oīa ſcripta ſint. Ego vero ad maio-
rem impreſſionē ea ſic. ac ſi ita fuiſſent nar-
rabo ꝓut contingere vel cōtigiſſe credi poſ-
ſunt. ſēm quaſdā imaginarias repſentatōes
quas anim⁹ diuerſimode ꝑcipit. Nam ⁊ cir-
ca diuinā ſcripturā meditari. exponere ⁊ in-
telligere multifarie ꝓut expedire credimus
poſſumus. dūmodo non ſit cōtra veritatē
vel iuſticie. aut doctrine. ⁊ non ſit contra fi-
dem. ⁊ contra bonos mores. Cū autem me
narrantē inuenies. ita dixit vel fecit domin⁹
ieſus. ſeu alia que itroducūt. ſi illud per ſcri-
pturā probari non poſſit. non aliter accipi-
as ꝙ deuota meditatio exigit. Hoc eſt. ꝓin-
de accipe. ac ſi dicerē mediteris. ꝙ ita dixit
vel fecit domin⁹ Jeſus. ⁊ ſic de ſimilibus
Tu aūt ſi ex his fructū ſumere cupis. ita te
pſentē exhibeas his que ꝑ dominū Jeſum
dicta ⁊ facta narrant. ac ſi tuis auribus au-
dires. ⁊ oculis ea videres. toto mentis affe-
ctu diligēter delectabiliter ⁊ moroſe omnib⁹
aliis curis ⁊ ſolicitudinib⁹ tunc omiſſis.
Quare te ꝓcor dilecta filia vt hunc laborē
meū quē ad laudē domini Jeſu ⁊ tuum pfe-
ctum ⁊ meā vtilitatē aſſumpſi. letanter ſuſci-
pias. ⁊ letanti⁹ deuotius ⁊ ſollicitius te exer-
ceas in eodē. Initiū de incarnatione ſumē-
dum eſt. ſed quedā ipaꝫ preceſſiſſe meditari
poſſumus. tā in celis circa deū ⁊ angelos
ſuos beatiſſimos. ꝙ in terris circa virginē
glorioſiſſimā que mihi videntur primit⁹ ex-
plicanda. Et iō de ipis videam⁹.

¶ De ſolicita pro nob interceſſione angelo-
rum. Capl'm. ij.

Cum ꝑ longiſſima tempa vltra ſpaci-
um quinq; miliū annorū miſerabi-
liter iaceret gen⁹ hūanū. ⁊ null⁹ ꝓpter
peccatū primi hoīs aſcēdere poſſet ad pa-
triam. beatiſſimi angelici ſpiritus compati-
entes tāte ruine. ac de ſua reſtauratione ſol-
liciti. licet etiā pluries ꝓmo. tamen adueniē-
te plenitudine tēporis deuoti⁹ ⁊ inſtantius
taliter ſupplicarūt domino. ꝓcidentes in fa-
cies ſuas ante thronū eius ſimul oēs cō-
gregati. ⁊ dixerūt. Domine placuit maieſta-
ti veſtre ꝫ rationalē creaturā. ſc3 hominem.
ꝓpter veſtrā bonitatē vt ipe eſſ3 hic nobiſcū.
⁊ vt nobis ex ipſo noſtrarū contingeret re-
ſtauratio ruinarū. Sed ecce perēūt omnes
⁊ nemo ſaluat. et in tot annorū curriculis h̄
videmus ꝙ de omnib⁹ hoſtes noſtri trium-
phant. ⁊ de ipis non noſtre ruine ſed tarta-
ree ſpelunce replent. Ut quid ergo domine
naſcūtur. quare tradunt beſtiis anime con-
fitentes tibi. ⁊ ſi ſēm iuſticiā veſtram hoc fi-
at. tamen miſericordie temp⁹ eſt. Et ſi primi
parentes veſtrū mandatū incaute trāſgreſ-
ſi ſunt. ſubueniat miſericordia veſtra. Me-
mentote ꝙ ad ſimilitudinē veſtram creaſtis
eos. Aperite dñe miſericordie manū veſtrā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ implete oē aīal bñdcōe. oculi omnium ſpe/
ctant ad vos. ſicut oculi ſeruorum ad man⁹
dominoꝝ ſuoꝝ donec miſereamini ⁊ ſubue/
niatis remedio ſalutari humano generi.

¶ De contentiōe inter miſericordiā ⁊ iuſti/
ciam, veritatem ⁊ pacem.

Capitulum. iij.

HJs dictis, miſericordia pulſabat vi/
ſcera patris vt ſubueniret. ſecū pa/
cem habēs. Sed cōtradicebat veri/
tas. habēs ſecū iuſticiam. Et inter eas ma/
gna cōtrouerſia facta eſt. prout narrat bea/
tus Bernard⁹ pulcro ⁊ longo ſtilo. ſermōe
primo de annūciatione. Sed ego ſuccincte
vt potero referā ſummā. Frequēter em̄ ipi/
us dicta melliflua intendo adducere. ſ3 ple/
rūq3 cum exceptione ꝓpter prolixitatē vitan/
dam. In hoc ergo loco hec eſt dicti ſui ſum/
ma dicebat dn̄o miſericordia. Nunquid in
eternū ꝓijcies domine. aut obliuiſceris mi/
ſereri. ⁊ hoc ei longo tempe ſuſurrabat. Re/
ſpondit domin⁹. Vocent ſorores veſtre q̄s
contra vos paratas videtis ⁊ eas parit au/
diamus. Quib⁹ vocatis incepit miſericor/
dia. Eget miſeratione diuina creatura rati/
onalis. quoniā miſera facta eſt. ⁊ miſerabi/
lis valde. venit temp⁹ miſerēdi eius iā prete/
rijt. Ecōtra veritas. Oportet dn̄e impleri
ſermonē quem locut⁹ es. Totus moriatur
adam cū omnib⁹ qui in eo erant quādo pre/
uaricādo pomū guſtauit. Dixit miſericor/
dia. Ut quid ergo dn̄e me feciſti? Scit enī
ipa veritas ꝙ ego perij. ſi nunq̄ miſereberi.
Ecōtrario ipa veritas. Si predictā tuam
ſententiā ꝑuaricator euaſerit. perijt ⁊ veritas
tua. ⁊ nō permanet in eternū. Fuit ergo hec
queſtio miſſa ad filium. Ipa autē veritas ⁊
miſericordia corā eo eadē dicebant. et adde/
bat veritas. Fateor dn̄e ꝙ bono zelo moue/
tur miſericordia. ſed nō ſcḋm ſcientiā. que po/
tius ꝑuaricatori vult parcere q̄ ſorori. At
miſericordia. Tu neutri parcis. ⁊ tanta in/
dignatiōe ſeuis cōtra preuaricatorē vt inuol/
uas pariter ⁊ ſororē. Sed nihilomin⁹ veri/
tas fortiſſime allegat. Dn̄e contra te que/
ſtio intorquet. ⁊ eſt cauendū ne verbum pa/
tris euacuet. Dixit pax. Parcite vobis a v/
bis iſtis. virtutū non eſt honeſta contentio
Uides controuerſiā magnā ⁊ rationes for/
tes ⁊ efficaces. Nō videbat quomodo erga
hominē poſſent ⁊ miſericordia ⁊ veritas cō/
ſeruari. Scripſit aūt rex ſententiā. quā pa/
ci que ꝓpinquius ei ſtabat dedit legendā. ſic
continentē. Hec dicit. Perij ſi adam nō mo/
riatur. Et hec dicit. Perij ſi nō miſericordi/
am conſequat. Fiat mors bona. ⁊ habent
vtreq3 qḋ petūt. Obſtupuerūt oēs in v̄bo ſa/
pientie. ⁊ ꝯſenſerūt ꝙ moriat adā miā3 ꝯſeqn/
do. S3 q̄rūt quō mors pt fieri bōa. cū hor/
ribilis ſit ipo auditu. Rn̄dit rex. Mors pec/
catoꝝ peſſima. ſ3 mors ſctōꝝ ꝑcioſa ⁊ ianua
vite. Inueniat qui ex charitate moriat. non
obnoxius morti. ⁊ ſic mors non poterit te/
nere innoxiū. ſed faciat in ea foramen ꝑ qḋ
tranſeāt liberati. Placuit ſermo. S3 vbi ta/
lis poterit inueniri reſpōderunt. Redijt er/
go veritas ad terrā. ⁊ miſericordia remāſit
in celo. Nam iuxta propheciā. Dn̄e in celo
miſericordia tua. ⁊ veritas tua vſq3 ad nu/
bes. ⁊ circuit orbē terraꝝ. Et nemo mūdus
a ſorde nec infans vnius diei. Sed a miſe/
ricordia ꝑluſtratur celū. ⁊ neminē inuenit q̄
ſufficientē ad hoc habuit charitatē. Om̄es
enim ſerui ſum⁹. ⁊ qui cū bene fecerimus di/
cere debem⁹. quia inutiles ſerui ſumus. Et
cū nullus inueniret qui maiorē charitatem
haberet vt animā ſuā pro ſeruis inutilibus
poneret. Redeūt ad conſtitutā diē ān̄ie plu/
rimū. nō inuento qḋ deſiderabāt. dixit pax.
Uos neſcitis quicq̄ nec cogitatis. non eſt
qui faciat bonū h. nō eſt vſq3 ad vnū. ſed qui
dedit conſiliū ferat auxiliū. Intellexit hoc
rex ⁊ ait. Penitet me feciſſe hominē. Penitē/
tiam me agere oportet ꝑ homine quē crea/
ui. Et vocato gabriele dixit. Uade dic filie
ſyon. Ecce rex tuus venit. Hucuſq3 Bern̄.

Uides ergo q̄ magni periculi fuit et eſt
peccatū. ⁊ q̄ magna difficultas ſit remediū
inuenire. In hoc ergo conſenſerūt predicte
virtutes. ꝑcipue in perſona filij. Nam perſo/
na patris aliqualiter videt terribilis ⁊ po/
tens. ⁊ ſic ſuſpicari q̄dammodo potuiſſent
pax ⁊ miſericordia. Perſona vero ſpiritus ſcti
benigniſſima eſt. ⁊ ſic ſuſpicari poterant ve/
ritas ⁊ iuſticia. Unde perſona filij tanq̄ me/
dia accepta eſt ad hoc remedium faciēdum.
hoc autē non ꝓprie. ſed appropriate intelligas
Tunc ergo impletū eſt illud propheticum
Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi.
iuſticia et pax oſculate ſunt. Et hec de his
que in celis contingere potuerunt poſſum⁹
meditari.

¶ De vita Marie virginis ⁊ ſeptem petiti/
onibus eius.

Capitulū .iiij.

Circa virginem ex qua incarnatio facta fuit meditari poſſumus vitā ipſius. Unde ſcire debes ꝙ dum eſſet triū annorū fuit a parentibus oblata in templum. et ibi ſtetit vſqꝫ ad decimūquartū annum. Quid autē ibi fecerit ſcire poſſumus ex reuelationibꝫ ſuis factis cuidam ſue deuote. Et creditur ꝙ fuit ſancta Elizabeth. cuius feſtuz ſolenniter celebramus. In quibꝫ hec inter alia continentur. Cum inquit pater meus ꝛ mater mea me dimiſerūt in templo. ſtatui ī corde meo habere deū in patrem. ꝛ deuote ac frequenter cogitabam quid poſſem facere deo gratuz. vt dignaretur mihi dare gratiam ſuā. et feci me doceri legē dei mei. Ex omnibꝫ preceptis diuine legis [illegible] tria precepta precipue ſeruaui in corde meo. videlicet Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. et ex tota mente tua. et ex omnibus viribus tuis. Item diliges proximuz tuum ſicut teipſm̄. Item habebis odio inimicum tuū. Iſta inquit ſeruaui in aīo meo. et ſtatim om̄es virtutes cōphendi que in ipſis continētur. et ita volo te facere. Anima autē aliquam virtutez habere non poteſt ſi deū toto corde non diligat. Ab iſto ei amore deſcēdit om̄is gratie plenitudo. ſine qua nulla virtus ī animā deſcēdit. nec pſeuerat in anima. ſed fluit vt aqua. niſi ſuos inimicos. id eſt. vicia et peccata habuerit odio. Qui vult ergo ſuā gratiam habere et poſſidere. oportet eū cor ſuum ad amorē et odium ordīare. Volo ergo te facere vt faciebā ego. Surgebā enim ſemp in noctis medio ꝛ pergebā ante altare templi. ꝛ tanto deſiderio ꝛ tanta voluntate ꝛ tanta affectione q̄nta poterā ꝛ ſciebam petebā gratiam ab omnipotenti deo obſeruādi illa tria precepta. ꝛ om̄ia alia mandata legis. Et ſic ſtando ante altare ſeptem petitiōes domino faciebam que ſunt he. Primo enim petebam gratiā qua poſſem implere dilectionis preceptum. ſcilicet ipſum diligere ex toto. ꝛc̄.

Secundo petebaz gratiam qua poſſem diligere proximū ſm̄ voluntatem ꝛ beneplacitum ſuū. ꝛ vt faceret me amare omnia que ipſe amat ꝛ diligit. Tertio petebaz vt me faceret odire ꝛ fugere omnia que odit.

Quarto petebā humilitatem. patientiā. benignitatē. ꝛ manſuetudinē. ꝛ omnes virtutes per quas efficerer gratioſa ante conſpectum ſuū. Quinto petebā vt faceret me videre tempus in quo eſſet nata illa beatiſſima virgo que debebat filiū dei parere. et vt conſeruaret oculos meos vt poſſem eā videre. linguā vt poſſem eam laudare. manus vt poſſem ei ſeruire. pedes vt poſſem ire ad ſeruitiū ſuum. genua vt poſſem adorare dei filium in gremio ſuo. Sexto petebā gratiam obediendi mandatis ꝛ ordinationibꝫ pontificis templi. Septimo petebam vt templū ꝛ vniuerſum populū ſuū ad ſeruitium ſuū conſeruaret. His auditis dixit ancilla chriſti. O dulciſſima domina non eratis vos gratia ꝛ virtutibꝫ plena. Reſpondit beata virgo. Pro firmo ſcias ꝙ ita me reputabam reā et viliſſimam ꝛ gratia dei indignam ſicut tu. Propterea petebā ſic gratiam ꝛ virtutes. Et iterū. Filia tu credis ꝙ omnem gratiā quā habui habuerim ſine labore ſed non eſt ita. immo dico tibi ꝙ nullam gratiā donum vel virtutē habui a deo ſine magno labore. continua oratione. ardenti deſiderio. pfunda deuotione. multis lachrimis. ꝛ multa afflictione. dicendo. cogitādo ſemper placita ſibi ſicut ſciebam ꝛ poteram. excepta ſanctificatiōis gratia qua ſanctificata fui in vtero matris. Et addidit, pro firmo ſcias ꝙ nulla gratia deſcendit in aīam niſi per orationē ꝛ corporis afflictionem.

Poſtqꝫ autē dedimus deo que per nos poſſumus licet ſint pauca. ipſe venit in animaz ſecum ferēs iſta altiſſima dona ꝙ videt anima in ſeipſa deficere. ꝛ perdit memoriam. ꝛ non recordat ſe feciſſe vel dixiſſe aliquid deo gratum. ꝛ tūc videt ſibiipſi vilior ꝛ deſpectior ꝙ̄ vnqꝫ fuerit. Hucuſqꝫ de dictis reuelationibus. Beatꝰ vero Hieronymus d̄ vita ipſiꝰ ſic ſcribit. Hāc ſibi regulā beata virgo ſtatuerat. vt a mane vſqꝫ ad horam tertiam orationibus inſiſteret. A tertia vſqꝫ ad nonam externo ope ſe occuparet. A nona vero iterū ab oratione nō recedebat quouſqꝫ dum illi angelus appareret. de cuius manu eſcam accipere ſolebat. ꝛ meliꝰ in dī opere ꝛ amore proficiebat. Fiebat vt in vigiliis inueniretur prior. in ſapientia legis dei eruditior. in humilitate humilior. carminibus dauiticis elegantior. in charitate gratioſior. in puritate purior. in omni virtute perfectior. Erat enim conſtans ꝛ immobilis. ꝛ cum quotidie melius tranſiſſet hanc iraſcentem

nullus vel vidit vel audiuit. Omnis ſermo eius ita erat gracia plenus. vt cognoſceret͂ in lingua eius deus. Semꝑ in oratione et in ſcrutatione legis dei permanebat. Et erat ſolicita circa ſocias ſuas ne aliqua ex eis in vllo ſermone peccaret. ne aliqua in riſuꝫ vocem ſuam exaltaret. ne aliqua iniurias aut ſuperbiã contra parem ſuaꝫ exerceret. Sine intermiſſione benedicebat deum. ⁊ ne forte in ſalutatione ſua a dei laudibus tolleretur. ſi quis eam ſalutabat. illa pro ſalutatione deo gratias reſpondebat. Deniqꝫ primũ ab ipſa exijt vt dum ſalutant͂ homĩes ſancti deo gratias dicant. De eſca quam de manu angeli accipiebat. ipſa reficiebat͂. Quã vero a põtificibus templi accipiebat. pauperibus erogabat. Quotidie videbat͂ angelus loqui. ⁊ quaſi chariſſime ſorori vel matri obtẽperabat ei. Hucuſqꝫ Hieronymus. In decimoquarto autem anno fuit beata virgo maria deſponſata Joſeph per diuinã reuelatõnẽ. ⁊ redijt in nazareth. quod qualiter fuerit factũ. inuenies in legẽda de natiuitate ſua. Et hec ſunt que ante incarnationẽ domini Jeſu poſſumus meditari. ipſa rumines beneqꝫ delecteris in eis. toto affectu ea memorie commẽdando ⁊ opere adimplendo quia deuotiſſima ſunt. Nũc ad incarnatiõem veniamus.

## De incarnatione chriſti
## Caplm quintum

POſtq̃m autem venit plenitudo tẽporis vel deliberaſſet. quomodo ordinauit ſumma trinitas humano generi prouideri per incarnationem ꝟbi propter nimiã charitatem ſuam qua ipſum genus humanũ diligebat. commouentecum miſericordia ſua. ⁊ nihilominus ad inſtantiam ſupernorũ ſpirituũ. ⁊ beata virgo Maria rediſſet nazareth. vocauit deus omnipotens Gabrielẽ archangelum et dixit ei. Vade ad dilectiſſimã filiam noſtram Mariã deſponſatam Joſeph. ſuper om̃es creaturas nobis chariſſimã. et dic ei ꝙ filius meus concupiuit ſpeciẽ ſuam. et ſibi eaꝫ elegit in matrem. ⁊ roga eam vt ipſum letãter accipiat. quia per eum ſalutem toti⁹ generis humani operari decreui. ⁊ obliuiſci volo iniurie mihi facte. Attende hic ⁊ recordare que tibi in principio ſupra dixi. vt diſcas omnibus que dicunt͂. ⁊ fiunt te exhibere preſentem. Hic ergo imagineris ⁊ aſpicias deum vt potes. quia incorporeus eſt. ſꝫ aſpice eum tanq̃m magnũ dominũ ſedentẽ in ſolio excelſo. vultu benigno. pio. et paterno quaſi reconciliari volentem. ſiue reconciliatum eſſe. Hec verba dicentẽ. ⁊ Gabrielem facie hilari ⁊ iocunda flexis genibus et inclinato vultu timoroſo ⁊ reuerenti ambaſiatam domini ſui attente ſuſcipientem.

Surgẽs igitur gabriel iocundus ⁊ gaudens volitauit ab altis. ⁊ in humana ſpecie in momento fuit coram virgine Maria in thalamo domuncule ſue manente. Sꝫ nec "cito" ſic volauit quin preueniret͂ a deo. ⁊ ſanctam ibi trinitatẽ inuenit. que preuenit nuncium ſuũ. Scire namqꝫ debes ꝙ excelſum incarnationis opus totius trinitatis fuit. licet ſola perſona filij fuerit incarnata. quẽadmodũ ſicut tunicam induenti duo ex lateribus eius ſtantes adiuuarẽt eum et tunice manicas tenerent. Nunc ergo et hic bene aſpice ⁊ tanqꝫ ipſi facto preſens exiſteres. intellige omnia que dicunt͂ ⁊ fiunt. O qualis fuit ⁊ nunc eſt in meditatione tua illa domuncula vbi tales ſunt ⁊ talia exercẽtur. Nam licet vbiqꝫ ſit ſancta trinitas. tamẽ ibi nunc aliquo ſingulari modo eſſe mediteris ratione ſingularis operationis. Ingreſſus ergo Gabriel paranymph⁹ fidelis ad virginẽ mariam dixit. Aue gratia plena dominus tecũ. Benedicta tu in mulieribus. Ipſa vero turbata nihil reſpondit. Non fuit turbata turbatione culpabili. nec de viſione angeli. quia eos ſepe videre ſolita erat. ſed iuxta verba euangelij turbata fuit ĩ ſermonẽ eius cogitans de nouitate talis ſalutationis. Non enim ſic eã conſueuerat ſalutare. In qua ſalutatione cum videret ſe de tribus cõmendari. nõ poterat humilis dña non turbari. Cõmendabat͂ eñ ꝙ eſſet gratia plena. ⁊ ꝙ domin⁹ erat ſecũ. ⁊ ꝙ erat bñdicta ſuꝑ omnes mulieres. At humilis nõ poteſt ſui cõmendatiõem ſine rubore ⁊ turbatione audire. Turbata ergo fuit ex verecundia honeſta ⁊ virtuoſa. Cepit etiã timere an hꝰ eſſet verꝫ. nõ ꝙ ñ crederet angelũ ꝑa loqui. ſꝫ ex eo ꝙ ꝓpriũ eſt in humilib⁹ ꝙ non examinãt ſuas ꝟtutes ſꝫ defectus poti⁹ ruminãt. vt ſic ſꝑ ꝓficere poſſint reputãtes magnã ꝟtutẽ ꝑuã. ⁊ ꝑuũ defectũ magnũ valde. Tãqꝫ ꝙ prudẽs ⁊ cauta pauida ⁊ pudoroſa nihil r̃ſpõdit. Quid enĩ r̃ndiſſet? Diſce et tu

nō exemplo ſuo tenere ſilentiū ⁊ taciturnitatez amare. quia magna ⁊ vtilis valde talis virtus eſt. Nam ip̄a bis prius audiuit q̄ꝫ ſemꝰ nō reſponderet. Abominabile em̄ eſt virginez eſſe loquacē. Angelus em̄ cauſam ſue dubitationis cognoſcēs dixit. Ne timeas Maria. nec verecūderis de laudibꝰ quas dixi tibi. quia ſic eſt veritas. Nec ſoluz ipſa gratia plena. ſed eā toti generi humano recupaſti ⁊ reinueniſti a deo. Nā ecce concipies ⁊ paries altiſſimi filiū. qui te elegit in ſuā mr̄em. ſaluabit om̄es in eū ſperātes. Tunc ipſa reſpondit. nō tamē confitēdo nec negādo cōmendationes p̄fatas. ſed de alio certificari volens de quo modo plus dubitabat. ſ. ne perderet virginitatē ſuaz Queſiuit ergo ab angelo huiꝰ cōceptionis modū dicēs Quō fiet iſtō. que virginitatē meā firmiſſime domino meo deuoui. nec in perpetuū hoīem cognoſcā. Et angelus. Fiet p̄ operationez ſpiritusſancti. qui te ſingulari modo replebit. ⁊ eius virtute cōcipies ſalua tibi virginitate tua. ⁊ ideo filiꝰ tuus vocabit̄ filius dei. Nihil em̄ ei eſt impoſſibile. Nam elizabeth cognata tua cū eſſet ſenex ⁊ ſterilis. iam ſūt ſex menſes q̄ filiū virtute dei cōcepit In tuere hic p̄ deo ⁊ meditare qualiter tota trinitas eſt ibi expectās reſponſionē ⁊ ꝯſenſuz huius ſue filie ſingularis. amāter ⁊ delectabiliter aſpiciens verecundiā eius et mores. ⁊ verba. Et etiā qualiter angelus diligēter ⁊ ſapienter inducit eā. ⁊ ordinat verba ſua. ſtans inclinatus et reuerēs coram dn̄a ſua vultu placido ⁊ ſereno. fideliter exequēs ambaſiatā ſuam. ⁊ attēte obſeruans verba domine vt poſſit congrue reſpondere. et ſuper hoc opere mirifico perficere dn̄i volūtatem Et qualiter etiā domīa ſtat timorate ac humiliter. facie pudoroſa p̄euenta ab angelo. q̄ſi ex improuiſo in verbis iſtis nō extollitur neq̄ꝫ ſe reputat. Et cū audit magnalia de ſe qualia alicui nunq̄ꝫ dicta fuerunt totuz diuine gratie aſcribebat. Diſce ergo eiꝰ exemplo eſſe pudoroſa ⁊ humilis quia ſine his ꝟginitas parū valet. Gaudet prudentiſſima virgo ⁊ auditis verbis angeli conſenſit. Et vt in ſuis reuelationibꝰ continet̄ p̄funda deuotione genuflexit. ⁊ iunctis manibꝰ dixit. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſ̄m verbum tuū. Tūc filius dei ſtatim totus ⁊ ſine mora īntrauit vterum ꝟginis. ⁊ ex ea carnem aſſūpſit. ⁊ totus remanſit in ſinu patris. Potes autem pie imaginari qualiter ipſe filius tanq̄ꝫ obedientiā ⁊ laborioſam legationē ſuſcipiens. patri ſe inclinauit ⁊ recōmendauit. ⁊ in eodem inſtanti anima creata ⁊ infuſa fuit. p̄fectus homo ſ̄m om̄ia corporis lineamēta ſed paruulus valde. ita q̄ ī vtero poſtea naturaliter creſcebat vt alij. ſed non fuit dilata infuſio anime vel membroꝝ diſtinctio vt ī alijs. Erat em̄ perfectꝰ deus ſicut perfectus homo. ⁊ ita ſapiēs ⁊ potens vt eſt modo. Gabriel aūt tunc cū domina ſua ſimilit̄ genuflexit. ⁊ parū poſt cum ea ſurgens ſe iterū inclinans vſq̄ꝫ ad terrā ⁊ valefaciens ei diſparuit. ⁊ ad patriā rediens hoc narrauit. et fuit ibi nouū gaudiū ⁊ nouū feſtum ⁊ exultatio magna nimis. Dn̄a vero tota inflammata ⁊ in amore dei magis ſolito ſucceſa. ſentiēs ſe concepiſſe genibꝰ flexis gr̄as egit de tanto dono. humiliter ⁊ deuote ſupplicās eidē vt eam dignaret̄ inſtruere. ita q̄ in his que circa filiū ſuum faciēda occurrerēt. faceret ſine defectu. Conſiderare autez debes quanta eſt hodierna ſolennitas. ⁊ iubilare in corde tuo ⁊ agere dies leticie. Inaudita eſt em̄ vſq̄ꝫ tunc a ſeculis. nec vnq̄ꝫ fuerat ſolēnitas talis. nāq̄ꝫ Hodie eſt ſolennitas dī patris qui nuptias fecit filio ſuo in deſponſatione humane nature quā hodie filius ſibi vniuit inſeꝑabiliter. Hodie eſt ⁊ ſolennitas nuptiaꝝ filij ⁊ dies natalis eius in vtero. ſ3 poſtea erit ex vtero. Hodie eſt ſolēnitas ſancti ſpiritꝰ. propter hoc opus mirificum ⁊ ſingulare ipſiꝰ incarnationis. quod eidē attribuitur. ⁊ hodie incepit oſtēdere benignitatē ſingularē humano generi. Hodie eſt ſolēnitas glorioſa dn̄e noſtre que a patre in filiaz. a filio in matrē. ⁊ ſpiritusancto in ſponſam. eſt recognita ⁊ aſſumpta. Hodie eſt ſolennitas totiꝰ celeſtis curie. quia inchoatur eorū reparatio. Hodie eſt multomagis ſolennitas humane nature quia eius ſalus incepit ⁊ redemptio. ⁊ totius mūdi reconciliatio. et ſublimata eſt atq̄ꝫ deificata. Hodie nouam obedientiā ſuſcepit filius a patre de noſtra peragenda ſalute Hodie a ſummo celi egrediens exultauit vt gygas ad currendam viam. ⁊ ſe recluſit in orto vteri virginalis. Hodie etiaz factꝰ eſt q̄ vnus ex nobis ⁊ frater noſter. et cepit peregrinari nobiſcum. Hodie de celo lux ꝟa deſcēdit ad tollēdas ⁊ fugādas n̄ras tenebras Hodie panis viuꝰ q̄ dat vitam mūdo decoquitur in virginalis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veri clibano. Hodie verbū caro factum eſt.
vt habitaret in nobis. Hodie clamores et
deſideria patriarcharū ⁊ prophetarū exau/
dita ſunt ⁊ impleta. Clamabāt deſiderio in/
enarrabili ⁊ dicebāt. Emitte agnū domine.
⁊c. Et iterū. Rorate celi deſuper. Et iterū
Utinā dirūperes celos ⁊ deſcēderes. Et ite/
rum. Dn̄e inclina celos tuos ⁊ deſcēde. Et
iterum. Dn̄e oſtēde nobis faciē tuam ⁊c. Et
talia mlta de quibꝫ tota ſcriptura eſt plena.
Nam hodiernā diē vehementiſſime expe/
ctabant. Hodie eſt principiū ⁊ fundamen/
tum omniū ſolennitatū ⁊ initiū totiꝰ noſtri
boni. Nā vſqꝫ nūc indignatꝰ eſt dominꝰ cō/
tra genꝰ humanū ꝓpter tranſgreſſionē ꝑmo/
rum parentū. ſed ammodo vidēs filiū ho/
minē factū non vlteriꝰ iraſcet. Hodie dicit
eſſe tempis plenitudo. Uides admirabile
opus ⁊ q̄ꝫ ſolenniſſimū feſtū ſit iſtud. totum
eſt delectabile. totū iocundū. totum deſide/
rabile. ⁊ cū omni deuotiōe ſuſcipiendū. in
iubilatiōe. leticia ⁊ exultatione ducendum ⁊
omni veneratiōe digniſſimū. In his ergo
meditare. in his delectare ⁊ iocūdaberis. et
forte oſtēdet tibi dn̄s ampliora ⁊c.

Quomodo beata virgo viſitauit Eliza/
bet. Et quomodo Magnificat ⁊ Benedi/
ctus facta fuerunt.

Capitulum ſextum.

Poſt hec recogitās domina verborū
angeliq̄ que dixit de cōſobrina ſua eli/
zabeth. eā viſitare ꝓponit ad congra/
tulandū eidē. ac etiam ſeruiendū Juit ergo
cū Joſeph ſpōſo ſuo a nazareth ad do/
mū ipſiꝰ que diſtabat a hieruſalē per q̄ttuor/
decim vel q̄ndecim miliaria vel circa. Non
ergo retardat aſperitate vel longinquitate
vie. ſed cū feſtinatione iuit. quia nolebat diu
i publico videri. Et ſic non erat ex cōceptu fi/
lij aggrauata. vt alijs mulieribꝫ ɔtingit. nō
enim fuit dominꝰ Jeſus oneroſus matri.
Conſpice ergo hic quomodo vadit ſola
cum ſpōſo ſuo regina celi ⁊ terre. ⁊ nō equeſtris
ſed pedes. nō ducit frequentiā militum vel
baronū. nō camerariū ⁊ domicellarū comi/
tiuam. Uadūt autē cū ea paupertas. humili/
tas ⁊ verecūdia. omniūqꝫ virtutū honeſtas
Eſt ⁊ dominꝰ ſecū magnā ⁊ honorabilē co/
mitiuā habet. ſed nō ſeculi vanā ⁊ pōpoſā.
Cū aūt intrauit domū ſalutauit elizabeth.
dicēs. Salue ſoror mea elizabeth. Illa vō
exultās ⁊ tota exhilarata. ⁊ accēſa ſpiritusā/
cto ſurgit ⁊ amplexat eā tenerrime. ⁊ excla/
mās p̄ gaudio dixit. Bn̄dicta tu inť mulie/
res ⁊ benedictꝰ fructus vētris tui. Et vnde
hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me ⁊c.
Cū eṁ virgo ſalutauit elizabeth repletꝰ eſt
in vtero Johānes ſpūſancto. repleta eſt eti/
am ⁊ mater. Nec priꝰ replet mater q̄ꝫ filiꝰ. ſꝫ
filiꝰ repletus. replet ⁊ matrē. non quidem in
aīa matris aliq̄d efficiendo. ſed ꝑ ſpm̄ſan/
ctum aliq̄d in ea fieri ꝓmerendo. eo q̄ ī ipſo
ſpūſſancti gratia affluētior refulgebat ⁊ pri/
or gratiā ſenſit. Et ſicut illa Mariā. ſic ille
aduentū dn̄i ſenſit. ⁊ ideo exultauit. ⁊ illa ꝓ/
phetice locuta eſt. Uide quāta virtus ſit in
verbis dn̄e. quia ad eoꝝ ꝓnunciationē ɔfer/
tur ſpūſſanctꝰ. Sic eṁ abundāter ipſa erat
plena q̄ eiꝰ meritis ipē ſpirituſſanctꝰ etiam
alios replebat. Reſpōdit autē maria ad eli/
zabeth dicēs. Magnificat aīa mea dn̄m
⁊c. totū ibidem cōplens canticū iocūditatꝭ
⁊ laudis. Deinde ſe ad ſedendū ponētes do/
mina humilima ad inferiorē locū ſe poīt ad
pedes elizabeth. ſed illa in cōtinēti exurgēs
⁊ hoc nō patiēs erexit eā ⁊ pariter ɔſederūt
Querit aūt dn̄a de modo ſue cōceptionis ⁊
elizabeth de modo ſue. Et hec ſibi inuicem
narrant letāter. ⁊ laudāt deū de vtraqꝫ con/
ceptiōe. ⁊ in gratiarū actione ɔſiſtunt ⁊ agūt
dies leticie. Et ſtetit ibidē dn̄a quaſi menſi/
bus tribꝫ miniſtrās ⁊ ſeruiēs ei in omnibus
que poterat. humiliter. reuerēter. ⁊ deuote.
quaſi oblita ſe matrē dei eſſe ⁊ totius mūdi
reginā. O qualis domꝰ. qualis camera. qua/
lis lectus. in qua ⁊ quo pariter cōmorātur ⁊
requieſcūt. tales matres talibꝫ filijs fecūda/
te. maria ⁊ elizabeth ieſus ⁊ iohānes Sūt
⁊ ibi magnifici ſenes. ſ. Zacharias ⁊ ioſeph.

Adueniēte ergo tempe ſuo pepit Eliza/
beth filiū quē dn̄a leuauit a terra. ⁊ diligen/
ter aptauit vt expediens erat. Paruulꝰ autē
ipſam quaſi intelligēs aſpiciebat. ⁊ cum eū
matri porrigere vellet. caput ad eam verte/
bat ⁊ in ea ſolū delectabatur. ⁊ ipſa letanter
colludebat eidem. amplexabat ⁊ oſculaba/
tur iocunde. Conſidera magnificentiā Jo/
hannis. Nullꝰ vnq̄m talem baiulam habu/
it. Multa alia magna priuilegia reperiun/
tur ď ipſo quibꝫ non inſiſto ad preſens. Die
autem octauo circumciſus eſt puer. ⁊ voca/
tus eſt Johannes. Et tunc apertū eſt os za/
charie ⁊ ꝓphetauit dicēs. Benedictus do/
minus deus iſrael. ⁊c. Et ſic in domo illa h̄

duo cantica pulcerrima. ſcꝫ Magnificat et
Benedict⁹ facta fuerūt. Domina ꝟo ſtans
poſt aliquā cortinā ne videret̄ ab hominib⁹
qui cōuenerāt ad circumciſionē Johis au-
ſcultabat attēte ad canticū illud in quo de
filio ſuo fiebat mentio. ⁊ oīa cōferebat in
corde ſuo ſapiētiſſime. Tandē valefaciens
elizabeth ⁊ zacharie. ac benedicens Johan-
ni rediīt ad domū ſue habitatiōis in Naza-
reth. In qua reuerſione paupꝫtatē eius ad me-
moriā reuoca. Redit eñ ad domuꝫ in qua
nec panē nec vinū nec alia neceſſaria eſt in-
uentura. Sed nec poſſeſſiōes habebat nec
pecuniā. Stetit his trib⁹ menſib⁹ apud il-
los forte opulētos. Nūc autē redit ad paup-
tatem ſuā. ⁊ vt ꝑpꝛiīs manib⁹ laborando vi-
ctum ꝓcuret. Cōpatere ſibi ⁊ in amorē pau-
pertatis accēdere.

¶ Quomodo Joſeph voluit dimittere ma-
riam. ⁊ quomodo de⁹ ꝑmittit ſuos tribula-
ri. Capitulū. vij.

C Um autē ſimul habitarēt domina
⁊ ſpōſus eius Joſeph ⁊ creſcēte Je-
ſu in vtero matris. ꝑpendēs ioſeph
ſpam grauidā eſſe. doluit vltra modū. At-
tende hic bene quia m̄lta pulcra diſcere po-
teris. Si dubitas quare domin⁹ voluit
matrē ſuā habere virū cū ſemꝑ vellet eā vir-
ginem eſſe. Reſpōdeť ꝓpter tria. vt ſcꝫ ne gra-
uida infamaretur. vt viri miniſterio ⁊ ſocie-
tate frueret̄. Et vt diabolo partus filiī dei
occultaret̄. Cōſpiciebat ergo Joſeph cōiu-
gem ſuā ſemel ⁊ pluries. dolebat ⁊ turbaba-
tur. ⁊ eidē vultū oſtēdebat turbatū. et ocu-
los auertebat ab ea tanꝗ̄ a mala. ſuſpicans
eam ex adulterio cōcepiſſe. Uides q̄mo-
do de⁹ permittit ſuos tribulatiōibus vexa-
ri ⁊ temptari ad ipſorū coronā. Cogitabat
autē eā occulte dimittere. Uere de hoc dici
poteſt ꝙ eius laus eſt in euāgelio. Dicit̄ eñ
ibi ꝙ erat vir iuſtus. magne nāqꝫ virtutis
erat. Cū eñ cōmuniter dicat̄ ꝙ quaſi ſum-
me verecūdie. doloris. ⁊ furoris ſit viro. ad-
ulterium vxoris. tamen ipē virtuoſe ſe tem-
perabat ⁊ accuſare nolebat. patienter hanc
magnā pertrāſibat iniuriā. non ſe vindicās
ſed pietate victus cedere volens. occulte vo-
lebat eam dimittere. Sed nec domina per-
tranſiuit abſqꝫ tribulatione. perpendebat
enim ⁊ videbat eū turbatū. ⁊ de hoc etiam
ipſa turbabat̄. Humiliter tamen tacebat ⁊
occultabat donum dei. Potius volebat re-
putari vilis ꝗ̄ ipſum ſacramētū dei ꝓpalare
⁊ de ſe aliquid loqui quod ad iactantiā pu-
taretur pertinere. Rogabat autē dominum
vt ipē remediū apponere dignaret̄. et hanc
ſibi ⁊ viro ſuo tribulationē auferret. Uides
ꝗ̄ magna tribulatio ⁊ anxietas erat eis. ſed
domin⁹ ꝓuidit vtriqꝫ. Miſit ergo angeluꝫ
ſuū qui dixit ioſeph in ſomnis ꝙ vxor eius
de ſpiritu ſancto cōceperat ⁊ vt confident̄ ⁊
gaudēter ſtaret cū ea. Unde tribulatōe ceſ-
ſante rediīt conſolatio magna. Sic et no-
bis contingeret ſi in tribulationib⁹ patien-
tiaꝫ habere ſcirem⁹. Nā deus poſt tempeſta-
tem tranquilluꝫ facit. Nec dubitare debes
quia nō permittit eas ad ſuos venire niſi ꝓ
vtilitate coꝝ. Queſiuit Joſeph de hac con-
ceptione mirifica que ei dña diligenter nar-
rauit. Remanet ergo ⁊ ſtat Joſeph gaudēs
cū ſua cōiuge benedicta. Et vltra ꝗ̄ dici poſ-
ſit eam caſto diligit amore. ⁊ curā ipſi⁹ fide-
liter gerit. ⁊ domina cū eo cōfidenter mora-
tur. ⁊ in ſua paupꝫtate letanter viuūt. Stat
etiā domin⁹ Jeſus recluſus in vtero vſqꝫ
ad menſes nouē more alioꝝ. Stat benigne
ac patienter ſuſtinet ⁊ expectat tempus de-
bitum. Cōpatere ſibi ꝙ ad tantā humilita-
tis ꝓfunditatē deuenit. Multū ergo debe-
remus hāc affectare virtutē. nec vnqꝫ debe-
remus ad elationē vel ad noſtri reputatio-
nē ītumeſcere. quādo tātū ſe inclinauit do-
min⁹ maieſtatis. Et de hoc ... ſolo benefi-
cio huius tam ꝓlixe pro nobis recluſionis.
nunqꝫ ei digne poſſemus ſatiſfacere. Sed
ſaltim corde hoc cognoſcam⁹ et gratias ei-
dem toto affectu agamus. ꝙ nos ex aliīs aſ-
ſumere dignatus eſt. vt vel hoc modicū re-
pendam⁹ eidē vt recluſi ſtemus ad ſeruiti-
um ſuū. Ipſi⁹ quippe beneficium eſt hoc. nō
noſtrū meritū. ⁊ quidē per maximū multūqꝫ
acceptabile ac venerabile eſt. Nō eñ ad pe-
nam ſed ad tutelā recluſi ſumus ⁊ in arce re-
ligionꝭ tutiſſima collocati. Ad quam hui⁹
nequiſſimi mūdi venenoſe ſagitte vł̄ tumul-
tuoſi maris procelle. niſi noſtra temeritate
attingere non poterūt. Conemur ergo to-
to poſſe. mente recluſa ⁊ abſtracta ab omni-
bus caducis. eidem cordis puritate vacare.
nō quia corporalis recluſio nihil aut parum ſi-
ne mentali prodeſt. Eidem etiam domino
Jeſu in hoc compatere ꝙ eſt in continua af-
flictione. Et fuit a ſue conceptionis ꝑmor-
dio vſqꝫ ad mortē. ex eo ſcꝫ ꝙ patrem quem

ſumme diligebat/cognoſcebat ꝓpter idola re/
linquia peccatoribꝫ ⁊ inhonorari. ⁊ ex com/
paſſione quã habebat ad aĩas ad imaginez
ſuã creatas q̃s cernebat miſerabiliter et q̃ſi
vniuerſaliter dãnari. ⁊ erat ſibi maioꝛ pena
q̃ fuerat paſſio coꝛpalis. Nam ꝓpter hãc tol/
lẽdã ſuſtinuit illã. Uides q̃ꝫ pulcra fercula
hic tibi ꝑpinata ſunt. ſi vis eoꝝ ſentire dulce/
dinem. ea rumina diligẽter ⁊ ſepe.

Secunda feria

De natiuitate xp̃i ⁊ aliĳs. Capl'm. viĳ

Aduenient autez
a noue̅ menſiũ termino. exĳt edictuz
ab impatoꝛe vt deſcriberet̃ vniuer/
ſus oꝛbis. ſcꝫ quilibet in ciuitate ſua. Cũq̃ꝫ
ioſeph ire vellet in ciuitate̅ ſuã ſcꝫ bethleez.
⁊ ſciret inſtare tempꝰ partꝰ ſue ꝯiugis. duxit
eam ſecũ. Uadit ẽ iterũ dñ̃a hoc lõgo itine/
re. Nã bethlee̅ eſt ꝓpe hieruſale̅ ꝑ q̃nq̃ꝫ vl' ſex
miliaria. Ducũt aute̅ ſecũ boue̅ ⁊ aſinum. ⁊
vadũt ſicut paupes mercatoꝛes beſtiarum.
Cũ aũt fuerũt in bethlee̅. quia paupes erãt
(nã multi ꝯcurrerãt ꝑ eade̅ cauſa) hoſpitiũ
inuenire nõ potuerũt. Cõpatere hic dñ̃e
⁊ cõſpice ipam delicatã ⁊ iuuene̅ (quindecim
eñi erat annoꝝ) ex lõgo itinere fatigatã. ⁊ cũ
verecũdia inter gẽtes cõuerſante̅. querẽtem
vbi quieſcat ⁊ nõ inuenit. Om̃es licentiãt eã ⁊
ſociũ eiꝰ. ⁊ ſic cogũt̃ diuertere ad q̃ſdã viã co/
opertã vbi hoĩes tempe pluuie diuertebãt.
Ibidẽ ioſeph q̃ erat magiſter lignariꝰ forte
aliqualiter ſe clauſit. Nũc aũt diligẽtiſſime ĩ/
ſpice om̃ia. maxime q̃ referre intendo q̃ ab
ipa dñ̃a reuelata ⁊ oſtẽſa fuerũt. ꝑut a q̃daz
ſancto nr̃i oꝛdinis fidedigno habui. cui pu/
to reuelata fuiſſe. Cũq̃ꝫ veniſſet hoꝛa partꝰ
ſcꝫ in media nocte dñ̃ice diei. ſurgens ꝟgo
appodiauit ad quandã columnã q̃ ibi erat.
Ioſeph vero ſedebat meſtꝰ. ex eo forte q̃ ñ
poterat q̃ decebãt parare. Surgẽs ẽ ⁊ acci/
piens de feno p̃ſepis ꝓiecit ad pedes domi/
ne ⁊ vertit ſe in aliã parte̅. tũc filiꝰ dei eterni
exĩes de matris vtero ſine aliqua moleſtia
vel leſione in momẽto. ſicut erat in vtero ſic
fuit extra vterũ. ſup fenuz ad pedes matris
ſue. ⁊ mater in cõtinenti ſe inclinãs. recolli/
gens eũ ⁊ dulciter amplexans poſuit in gre/
mio ſuo. ⁊ vbere de celo pleno a ſpirituſan/
cto docta cepit lauare ſiue linire ipſum ꝑ to/
tum cũ lacte ſuo. quo facto ĩuoluit eũ ĩ velo
capitis ſui. ⁊ poſuit eũ in preſepio. ⁊ tũc bos
⁊ aſinus flexis genibꝫ poſuerũt oꝛa ſuper p̃/
ſepium. flãtes per nares ac ſi ratione vten/
tes cognoſcerẽt q̃ puer ſic pauperrime con/
tectus calefactiõe tẽpoꝛe tãti frigoꝛis indi/
gebat. Mater vero flexis genibꝫ adoꝛauit.
⁊ gratias agẽs deo dixit. Gratias tibi ago
dñ̃e ſancte pater qui filiũ tuũ mihi dediſti.
⁊ adoꝛo te deꝰ eterne. ⁊ te filiũ dei viui ⁊ me/
um. Ioſeph aũt ſimiliter adoꝛauit eũ ⁊ acci/
piens ſellã aſini ⁊ extrahẽs de ea cuſtinellũ
de lana ſiue boꝛa poſuit iuxta preſepe vt do/
mina ſup eo ſederet. Ipa ergo ſe poſuit ibi
ad ſedendũ. ⁊ ſellã poſuit ſubtus cubituz. ⁊
ſic ſtabat domina mũdi tenẽs vultũ ſuũ ſu/
per preſepe innixa oculis ⁊ toto affectu ſup
dilectiſſimũ filiũ ſuũ. Hucuſq̃ꝫ de reuelati/
one  His ergo ſic oſtẽſis diſparuit domi/
na ⁊ remãſit angelꝰ ⁊ dixit eidẽ laudes ma/
gnas. quas etiã ille mihi dixit. ſed nec diſcẽ/
di nec ſcribẽdi aptitudine̅ habui  Uidiſti
oꝛtũ ſacratiſſimi principis. vidiſti ſimul ⁊ ꝑ/
tum regine celeſtis. ⁊ in vtroq̃ꝫ artiſſimam
paupertate̅ potuiſti cõſpicere. multis neceſ/
ſarĳs indigere. Hanc virtute̅ altiſſimã do/
minꝰ reinuenit. Hec eſt illa euãgelica mar/
garita ꝑ qua emenda om̃ia ſunt vendenda.
Hec eſt totiꝰ ſpiritualis edificĳ primũ fun/
damentũ. Nã cũ ſarcina tẽpoꝛaliũ rerũ ſpi/
ritus ad deũ nõ poteſt aſcendere. de qua di/
cebat beatus Franciſcꝰ. Paupertatez fra/
tres noueritis eſſe ſpirituale̅ viam ſalutis.
tanq̃ꝫ humilitatis fomentũ ⁊ perfectiõis ra/
dicem. Cuiꝰ eſt fructꝰ multiplex ſed occultꝰ
Magna ergo nobis eſt verecũdia q̃ eã nõ
amplectamur toto poſſe. ſed oneramur ſu/
perfluis. quãdo mũdi dominꝰ ⁊ dñ̃a mater
eius eã ſic ſtrictiſſime ac ſtudioſiſſime ſerua/
uerũt. De qua ſic dicit Bernardꝰ in ſermo/
ne ꝑmo in vigilia natiuitatis dñ̃i. qui ſic ĩci/
pit Sonuit vox. Abundabat in terris hec
ſpecies ⁊ neſciebat homo preciũ eius. Hãc
itaq̃ꝫ dei filiꝰ concupiſcens deſcendit. vt eaz
eligat ſibi. ⁊ nobis quoq̃ꝫ ſua eſtimatione fa/
ciat p̃cioſam. Adoꝛna thalamũ ſyon. ſed hu/
militate ⁊ pauptate. in his complacꝫ ſibi pã/
nis. maria teſtimoniũ perhibẽte. His ſeri/
cis delectat̃ inuolui ⁊ abominationes egy/
ptioꝝ immola deo tuo. Hucuſq̃ꝫ Bernar/
dus. Idẽ in quinto ſermone natiuitat̃ ſer/
mo incipit Benedictꝰ deus ⁊ pater. Deniq̃ꝫ
populũ ſuũ conſolatur. Uis noſſe populũ
eius Tibi dꝛelictus eſt pauper ait homo ꝑm

Nota

tuũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coꝛ dei. Sꝫ ⁊ ipſe in euāgelio. Ve vobis in/
q̄t diuitib⁹ q̄ habetis hic ꝯſolationē veſtrā
Quid enī̄ ꝯſolet̄ eos qui ſuā habēt ꝯſolati/
onē. Nō ꝯſolat̄ xpi infantia garrulos. n̄ cō/
ſolant̄ xpi lachꝛyme cachinnātes. nō ꝯſolāt̄
panni eiꝰ ambulātes in ſtolis. nō ꝯſolāt̄ ſta/
bulū ⁊ ꝓſepe. amātes ꝓmas cathedras i ſy/
nagogis. Vigilātib⁹ paſtoꝛib⁹ annūciat̄ gaudiū
noue lucis. ⁊ eis natꝰ dr̄ eſſe ſaluatoꝛ. Pau/
perib⁹ atq; laborātib⁹. nō vobis diuitib⁹ qui
veſtrā habet̄ ꝯſolatōem ⁊ ve vr̄ū diuitum.
Hucuſq; Bern̄. Potuiſti etiā attendere in
vtroq; ꝓfundiſſimā humilitatē i hac ipā na/
tiuitate. Nō enī̄ ſunt ſtabulū dedignati. nō
beſtias. nō fenū. ⁊ cetera vilia. Hāc ꝟtutem
in oīb⁹ actib⁹ tā dn̄s q̄ dn̄a ꝑfectiſſime ſ̄/
uauerūt ⁊ nobis cōmendauerūt. Nitamur
ḡ oī quo poſſumꝰ ſtudio ipam amplecti.
q2 ſine ipā nō eſt ſalꝰ. Nulla enī̄ opatio nr̄a
cū ſupbia deo placere pōt. Nā ſ̄m beatū au
guſtinū. Supbia fecit angelos demones.
humilitas facit hoīes angelis ſil'es. Et ber/
nardꝰ ſcd̄o de viſione Iſaie. Qualē putas
neceſſe eſt hoīem inueniri. q̄ repudiati locū
angeli ſoꝛtiat̄. Semel turbauit ſupbia re/
gnū illud. cōcuſſit muros . etiā ꝓſtrauit ex
pte. ⁊ pte nō modica. Quid ergo? Nūq̄d nō
odit ciuitas illa. ⁊ vehemēter hmōi peſtē ab/
ominat̄. Certi eſtote frēs. eū qui ſupbis nō
pepcit angelis. nec hoīb⁹ pcituꝝ. Non eſt
ꝯtrariꝰ ſibi ipſi. Hucuſq; Bern̄. Potuiſti eti/
am attēdere in vtroq;. maxie in puero Ihu
nō puā coꝛpis afflictiōem. De qua ſic dicit
Bern̄. in t'cio ſmone natiuitatꝭ dn̄i. Naſciturꝰ
dei filiꝰ cuiꝰ i arbitrio erat q̄dcūq; vellet elige/
re tēpꝰ elegit qd̄ moleſtiꝰ ꝓſertim paruulo
⁊ paupis mr̄is filio. q̄ vix pānos haberꝫ ad
inuoluendū. ꝓſepe ad reclinandū. ⁊ cū tāta
eſſet neceſſitas. nullā audio pelliū fieri men/
tionē. Et infra. Chriſtꝰ vtiq; q̄ nō fallit̄. ele/
git qd̄ carni moleſtiꝰ eſt. Illud ḡ meliꝰ. illud
vtiliꝰ. illud potiꝰ eligendū. Et q̄ſq̄s aliō do/
ceat vel ſuadeat. ab eo tāq; a ſeductoꝛe cauē/
dum eſt. Et infra. Et tn̄ frēs ipe eſt ꝓmiſſus
olim p Iſa. vij. paruulꝰ ſciēs reprobare ma/
lū ⁊ eligere bonū. Malū ḡ voluptas coꝛpis ē.
bonū ꝟo afflictio eſt. Siquidē ⁊ hāc elegit.
⁊ illā reprobat̄ puer ſapiēs. ꝟbum infans.
Hucuſq; Bern̄. Vade ⁊ tu fac ſil'r. Diſcre/
te tamē vt nō excedas poſſe tuū. Et de his
ꝟtutib⁹ alias poterit dici. Redeamꝰ ad do/
mū natiuitatis. Nato itaq; dn̄o. angeloꝛuꝫ
multitudo ibi exiſtēs ſuū deū adoꝛauerūt.
⁊ cōfeſtim ad paſtoꝛes iuerūt. qui erāt ibi ꝓ/
pe foꝛte ꝑ miliare. nūciantes eis ipam nati/
uitatē ⁊ etiā locū. Exinde aſcenderūt in ce/
lum cū canticꝭ ⁊ iubilo . cōciuib⁹ ſuis ea ſil'r
nūciantes. Tota igit̄ ſupna curia exhilara/
ta. magnoq; facto feſto. ⁊ laudib⁹ ⁊ gratiarū
actionib⁹ deo patri exhibitis. venerūt oēs
quotq̄t ibi erāt ſucceſſiue ꝑ oꝛdīes ſuos vi/
dere faciē dn̄i dei ſui. ⁊ adoꝛātes eū cū omni
reuerētia ⁊ etiā mr̄em eiꝰ. laudē eidē ⁊ canti/
ca ꝓſonabāt. Quis enī̄ eoꝛū auditis nouis
remāſiſſet in celo q̄n viſitaſſet dn̄m ſuuꝫ ſic
humiliter cōſtitutū in terra. In nullo eoꝛū
hec ſupbia cadere potuiſſet. Et ideo dr̄ apo/
ſtolꝰ ad Hebꝛe. j. Et cū introducit primoge/
nitū in oꝛbē terraꝝ dicit. Et adoꝛēt eū oēs
angeli dei. Hec meditare de angelis iocun/
dū puto qualitercūq; ſe habuerit veritas.
Veneruntq; paſtoꝛes ⁊ adoꝛauerūt eū. refe/
rentes q̄ audierūt ab angelis. Mater vero
prudētiſſima oīa q̄ de ipo dicebant̄ ꝯſer/
uabat in coꝛde ſuo. Illi aūt gaudētes abie/
rūt. Genuflecte ⁊ tu q̄ tm̄ diſtuliſti ⁊ adoꝛa
dn̄m deū tuū ⁊ poſtea mr̄em eiꝰ. ⁊ reuerēter
ſaluta ſanctū ſenē ioſeph. Deinde oſculeris
pedes pueri ihu iacētis i ꝓſepio. ⁊ roga do/
minā vt eū tibi poꝛrigat vel ꝑmittat accipe.
Accipias eū inter brachia tua. retine ⁊ intu/
earis faciē eiꝰ diligēter. ac reuerēter deoſcu/
lare. ⁊ delectare i eo. Cōfidenter h̄ facere po/
tes. q2 ipe ad peccatoꝛes venit ꝓ eoꝝ ſalute
⁊ cū eis humilit̄ cōuerſatꝰ. Et tādem ſe ipſū
dimiſit in cibū. Vn̄ benignitas ſua patient̄
ſe tāgi ꝓ tuo velle ꝑmittet. Nec imputabit
ꝓſumptiōi ſꝫ amoꝛi. ſꝑ tamē cū reuerentia ⁊
timoꝛe hec facias. q2 ipe ſanctus ſanctoꝝ eſt.
Poſtea redde ipm matri. ⁊ cōſpice diligent̄
q̄ ſtudioſe ⁊ ſapiēter gubernat eū. lactat ac
cetera ei facit obſequia. Sta ⁊ tu adiuua eā
ſi potes. In his delectari. iocūdari. ac ſedu/
lo meditari memēto. ⁊ quantū potes famu/
leris dn̄e ⁊ puero ihu. ⁊ intuearꝭ faciē eius
ſepe. i quā deſiderāt angeli ꝓſpicere. Semꝑ
tamē vt dixi cū reuerētia ⁊ timoꝛe ne patia/
ris repulſam. Reputare enī̄ te debes indi/
gnam taliū cōuerſatione. Meditari debes
etiā cū gaudio q̄nta ſit hodierna ſolēnitas.
Hodie nāq; natus eſt xps . ⁊ ſic vere ē dies
natalis regis eterni ⁊ filij dei viui. Hodie fi/
lius datꝰ eſt nobis. ⁊ puer natus eſt nobis.
Hodie ſol iuſticie qui erat in nubilo clare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

refulſit. Hodie ſponſus eccl'ie electorū ca/
put proceſſit de thalamo ſuo. Hodie deſide/
ratam faciē oſtēdit forma ſpecioſus p̄ filiis
hoīm. Hodie fact⁹ eſt ille hymn⁹ angelic⁹
Gl'ia in excelſis deo. Hodie pax hoīb⁹ ē an/
nūciata vt in eodē hȳno cōtinet. Hodie vt
etiā cātat eccl'ia p totū mōm melliflui facti
ſunt celi. ⁊ in t'ra canūt angeli. Hodie p̄mi/
tus appuit benignitas ⁊ hūanitas ſaluato/
ris dei nr̄i. Hodie adorat⁹ eſt de⁹ ī ſil'itudīe
carnis pc̄ti. Hodie illa duo miracula ꝯtige/
rūt q̄ ſupant oēm intellectū ⁊ ſola fides ap/
prehēdere pt. ſ. ꝙ deus naſcit'. ⁊ v̄go parit.
Hodie alioꝝ miraculoꝝ claruit m'ltitudo
Deniqȝ oīa q̄ dicta ſunt de incarnatōe q̄ hic
clar⁹ elucēſcunt. ibi inchoata. h̄ manifeſta/
ta. Vide nūc illa. ⁊ iſtis meditatōib⁹ illa con/
iūge. Merito g̃ ē dies iſta iubilatōis ⁊ gau/
dij ⁊ leticie magne nimis. Nā rome de q̄dā
taberna dicta emētoria (q₂ milites ibi ſpa/
ciando ⁊ emēdo neceſſaria ea q̄ ſtipēdijs ſu/
is venerāt expendebant) fons olei largiſſi/
me emanauit de t'ra. ⁊ p totū diē largiſſimo
riuo fluxit. ⁊ circulus ad moduȝ celeſtꝭ arc⁹
circa ſolē in toto orbe appuit. ⁊ rome ſtatua
aurea quā romul⁹ in ſuo palacio poſuerat
q̄ ꝓhetabat' nō cadere donec v̄go pareret.
ſtatim vt xp̄s nat⁹ eſt. corruit. In q̄ loco ca/
lixt⁹ papa eccl'iam ſctē Marie que nunc dr̄
trans tyberim cōſtituit.

De circūciſiōe ⁊ fletu dn̄i. Cap. ix.

Octauo aūt die circūciſus eſt puer.
Duo auteȝ magna hodie facta ſunt
Vnū. q₂ manifeſtatū eſt nomē ſalutꝭ.
qd̄ ab eterno ſibi īpoſitū erat. ⁊ ab angl'o vo/
catū priuſqȝ in vtero conciperet'. hodie fuit de/
claratū ⁊ noīatū. Et vocauerūt nomē eius
Ieſum. Ieſus aūt dr̄ ſaluator. qd̄ eſt nomē ſu/
per omne nomē. Nec eſt eīn vt Apl'us petr⁹
ait aliud nomē ſub celo in q̄ nos oporteat
ſaluos fieri. Scdm̄ qd̄ hodie factū fuit.
q₂ incepit dn̄s ieſus ſuū ſacratiſſimuȝ ſan/
guinē p nobis effundere. Tēpeſtiue eīn ce/
pit p nobis pati. q̄ pc̄tm̄ nō fecit. p nr̄is pc̄tis
penā hodie portare incepit. Cōpatere tu ei. et
plora cū illo. q₂ hodie fortit' plorauit. Nā ī il/
lis ſolennitatib⁹ multū gaudere debem⁹ ꝓpter
nr̄am ſalutē. ſed multuȝ cōpati ⁊ dolere ꝓpt'
ſuas anguſtias ⁊ dolores. Audiſtꝭ in nati/
uitate q̄ntā afflictionē habuit ⁊ penuriaȝ. ⁊
nūc alia h̄ etiā fuit. ꝙ q̄ñ mr̄ poſuit eū in p̄ſe/
pio ad caput ei⁹ poſuit quedā lapidē inter/
poſito forte feno. et vt habui a frē nr̄o q̄ vi/
dit. ⁊ adhuc ille lapis appet ad mēoriā ibi/
dem murat⁹. Credas ꝙ libētius poſuiſſet
puluinar ſi habuiſſꝫ. ſed cū aliud ñ hr̄et qd̄
poneret. cū cordis amaritudīe poſuit illuȝ
lapidē. Audis ⁊ hodie q₂ ſanguinē ſuuȝ fu/
dit. Fuit eīn caro ipi⁹ cū cultello lapideo ī/
ciſa. Nōne g̃ cōpatiendū eſt ei. Ita. ſic certe
⁊ mr̄i. Plorauit g̃ puer ieſus hodie ꝓpter
dolorē quē ſenſit in carne ſua. Nā verā car/
nem ⁊ paſſibilē habuit ſicˀ ceteri hoīes Sȝ
co plorāte credis ne ꝙ mr̄ potuerit lachry/
mas ꝯtinere. plorauit g̃ ⁊ ipa. Quā plorātē
fili⁹ ſtans in gremio ei⁹ aſpiciens. paruulā
manū ſuā ad os. ⁊ vultū ei⁹ ponebat q̄ nu/
tu rogans eandē ne ploraret. Quā ei tener/
rime diligebat. a ploratu ceſſare volebat.
Sil'r ⁊ mr̄ cui⁹ viſcera totalit' cōmouebant'
in dolore ⁊ lachrymis filij. ⁊ nutu ⁊ v̄bis cō/
ſolabat' eū. Intelligebat eīn tanq̄ pruden/
tiſſima voluntatē ei⁹. q̄uis nōdū loq̄ret' Et
dicebat. Fili ſi vis me a ploratu ceſſare. ceſ/
ſa ⁊ tu. Nō eīn poſſum te plorante nō plo/
rare. Et tūc ex cōpaſſione mr̄is fili⁹ a ſingul/
tib⁹ deſiſtebat. Mater v̄o ⁊ ipi⁹ ⁊ ſuos ocu/
los tergebat. ⁊ vultū vultui applicabat. La/
ctabat eū ⁊ omib⁹ q̄b⁹ poterat modis ꝯſola/
bat'. Et ſic faciebat q̄tiens plorabat. qd̄ for/
te ſepe pueroꝝ more faciebat. ad oñdendaȝ
miſeriā nature hūane quā vere aſſūpſerat.
⁊ ad occultanduȝ ſe ne a diabolo cog̃ſceret'
Cantat nāqȝ de ipo ecc̄ia. Vagit infans in/
ter arta ⁊c̄. Hodierno aūt tp̄e ceſſat circūci/
ſio corpalis. ⁊ hēm⁹ baptiſmū q̄ eſt maioris
gr̄e ⁊ mīoris pene. Sȝ debem⁹ hr̄e circūci/
ſionē ſpūalē ⁊ oīa ſuꝑflua reijcere. ⁊ h̄ eſt qd̄
pauptatē cōmēdat. Nā ver⁹ paup eſt v̄e ſpi/
ritualit' circūciſus. Et hāc ſm̄ Bern̄. paucꝭ
verbis tradit Apl's di. Habētes victū ⁊ ve/
ſtitū his ꝯtenti ſim⁹. Spūalis etiā circūci/
ſio dȝ eſſe in oīb⁹ ſenſib⁹ corpis nr̄i. vidēdo.
audiendo. guſtādo. tangēdo. paucitate vta/
mur. ⁊ maxie in loq̄ndo. Loq̄citas eſt viciū
peſſimū ⁊ deo ⁊ hoīb⁹ odioſuȝ ⁊ diſplicibile
Vn̄ debem⁹ eſſe circūciſi lingua. i. pauca et
vtilia loq̄. Signū leuitatꝭ eſt multū loqui.
Vn̄ ſilentiū eſt v̄tuoſa res. ⁊ nō ſine cā in re/
ligionib⁹ ordinatū. Et circa hāc materiā ſic
dicit beat⁹ Greg̃. Ille loq̄ veracit' nouit q̄
prius bene tacere didicerit. Cenſura eīn ſi/
lentij eſt v̄bi neceſſariū inſtrumētū. Idem
alibi. Qui ſenſu leues ſunt. ⁊ in locutōes p̄/

cipites erūt. q2 qđ leuis ꝯſcia ꝯcipit leuius
ptin⁹ lingua promit. De h etiā dic̄ Bern̄. i
ephie ſmone q̄ incipit In opib9 dn̄i. Jā ve/
ro de lingua q̄s neſciat q̄ꝫ multū inq̄naue/
rit nos. p vaniloq̄a ꝛ mēdacia. p detractōes
ꝛ adulatōes. p v̄ba malicie ſiue iactātie. Pro
his oib9 neceſſaria ē ydria q̄nta. ſilētiū. ſ. cu/
ſtos religiōis. in q̄ eſt fortitudo nr̄a. Idē a/
libi. Ocioſitas mr̄ nugaꝝ eſt. ꝛ nouerca v̄tu/
tū. Int̄ ſeculares multe nuge. ſunt in ore ſa/
cerdotū blaſphemie. Sed ꝛ ſi nuge incidūt
interdū. ferende fortaſſe ſūt. ſꝫ inferēde nū/
q̄ꝫ. ꝯſecraſti em̄ os euāgelio. illicitū eſt iā ta/
lib9 apire illud.

De ephia ſiue appari/
tione dn̄i. Caplm̄. x.

D Ie aūt terciodecimo puer ih̄s ma/
nifeſtauit ſe gētib9. i. mag̃ q̄ gētiles
erāt. Attende circa diē iſtū. q2 vix inuenies
aliq̄đ feſtū ſic ab ecc̄ia ſolēnizatū ꝛ multipli/
catū in antiphōis. rn̄ſoriꝭs ꝛ ſmōib9 ꝛ aliꝭs
q̄ ad ſolēnitatē ptinēt ſic illud. Nō q: ſit ma/
ius oib9 aliꝭs. ſꝫ q2 multa et magna tali die
facta ſunt p dn̄m ih̄m. ꝛ maxie circa ipaꝫ ec/
cleſiā. Primū eſt q2 bodie ipa ecc̄ia i ſpōſa
ta eſt ab eo i pſona magoꝝ. q2 ecc̄ia ex gētib9
ꝯgregata eſt. Naꝫ die natalis ſui appuit
iudeis in pſona paſtoꝝ. q̄ iudei nō recepert
v̄bū dei niſi pauci ex ipis. Hodie v° appuit
gentib9. ꝛ h eſt ecc̄ia electoꝝ. Vn̄ feſtū hodi/
ernū eſt. ꝓprie feſtū ecc̄ie ꝛ fideliū xp̄ianorū.
Scōm. q2 ecc̄ia eſt hodie deſpōſata ab
eo. ꝛ eidē vere ꝯiūcta p baptiſmū. queꝫ tali
die ſuſcepit. ſ. reuoluto. xxix. anno. Et iō le/
tant̄ cantat̄. Hodie celeſti ſpōſo iūcta eſt ec/
cleſia ꝛc̄. Nā in baptiſmo deſpōſāt̄ aīe xp̄o.
q̄ a ſuo baptiſmo ſūpſit virtutē. ꝛ aīaꝝ ba/
ptizataꝝ congregatio vocat̄ ecc̄ia. Terci/
um. q2 tali die. ſ. reuoluto āno p⁹ baptiſmū
fecit p̄mū miraculū ad nuptias. qđ etiaꝫ ad
ecc̄liam ꝛ ſpūales nuptias p̄t adaptari Vi/
det̄ etiā poſtea feciſſe tali die miraculuꝫ de
multiplicatōe panū ꝛ piſciū. Sꝫ p̄ma tria
ecc̄ia hodie rep̄ntat. illud autē nō. Vides ḡ
q̄ꝫ venerabil̄ eſt dies illa. q̄ꝫ dn̄s elegit ad tot
magnifica ꝛ mirifica. Cōſiderās ḡ ecc̄ia tot
magna bn̄ficia hodie ſibi a ſuo ſponſo exhi/
bita. grata exiſtere volēs. exultat. iocundat̄
ꝛ iubilat. ꝛ hūc diē magnifice ſolēnizat Di/
cam⁹ ḡ de p̄mo. q2 de aliꝭs ſmo erit ſm or/
dinē vite ipi⁹ xp̄i. Sed de p̄mo ope. ſ. ō ma/
goꝝ aduentu ad xp̄m nō eſt intētōnis mee
narrare moralitates ꝛ expoſitōes q̄ ſic dili/
gent̄ p ſctōs tradite ſunt. Qualit̄ ḡ venerūt
magi ab oriente hieroſolymā. ꝛ q̄đ int̄ eos
ꝛ herodē actū ſit. ꝛ de ductu ſtelle. ꝛ q̄re ta/
lē oblationē fecerūt. ꝛ de aliꝭs hmōi. legas
textū euāgelij ꝛ ſctōꝝ expoſitōes ꝛ iuenies.
Ego em̄ in h ꝛ in aliꝭs vite xp̄i actib9 inten/
do vt in p̄ncipio tibi dixi aliq̄s meditatōes
tangere ſm q̄ſdā imaginarias rep̄ntatiōes
q̄s aīa diuerſimode pcipe p̄t ſm q: geſta fu/
erūt p ipm̄. vel ſic fuiſſe credi p̄nt. De expo/
ſitiōib9 aūt raro intromittere me cogitaui.
tū q2 ad h inſufficiēs ſum. tū etiaꝫ q2 nimis
eſſet longa materia. In p̄nti ḡ negocio ſis p̄/
ſens ꝛ ꝯſpice bn̄ ſingl̄a. q2 vt alias tibi dixi
h eſt tota vis haꝝ meditationū. Venerunt
ḡ iſti tres reges cū multitudīe magna ꝛ ho/
norabili comitiua. ꝛ ſtāt an̄ illud tuguriuꝫ
in q̄ nat⁹ eſt dn̄s ih̄s. Dn̄a ſentit ſtrepituꝫ ꝛ
tumultū. ꝛ accipit pueꝝ. Intrāt illi domun/
culā ꝛ genuflectūt ꝛ adorāt dn̄m pueꝝ ih̄m
reuerēt̄. honorāt vt regē ꝛ adorant vt deum.
Vide q̄ꝫ mag̃ fuit coꝝ fides. Quid ei erat
credere q: ille puerul⁹ ſic vilit̄ indutus. cuꝫ
paupcula mr̄e inuent⁹. ꝛ in loco ſic abiecto.
ſine ſocietate. ſine familia. ſine oī ornatu eēt
rex ꝛ de⁹ ver⁹? Et tn̄ vtrūq̄ꝫ crediderūt. Ta/
les duces ꝛ talia primitiua nos oportebat
hr̄e. Stāt ḡ genuflexi corā eo. colloquūt̄ cū
dn̄a. vel p interpretē vl̄ p ſeipos. q2 ſapien/
tes erāt. ꝛ forte linguā hebraicam ſciebant.
Querūt ab ea de cōditōib9 iſti⁹ pueri. Dn̄a
narrat. ꝛ illi oīa credūt. Cōſpice bn̄ ipos. q2
reuerent̄ ꝛ curialit̄ loquūt̄ ꝛ audiūt. Cōſpi/
ce ꝛ dn̄am. q2 cū rubore in v̄bis ꝛ oculis ad
terrā demiſſis ac cū verecūdia loquit̄. non
delectat̄ loqui nec videri. Dn̄s tn̄ dedit ei
vigorē in h magno opere. Quia illi rep̄nta/
bāt vniuerſam eccleſiā futurā ex gētib9. Cō/
ſpice ꝛ puerū ih̄m. nōdū loquit̄. ſed ſtat cuꝫ
maturitate ꝛ grauitate tāq̄ꝫ intelligēs. ꝛ be/
nigne reſpicit illos. ꝛ illi multū delectant̄ i
eo. tā viſu mētali tanq̄ꝫ int⁹ edocti ꝛ illumi/
nati ab eo. q̄ꝫ corpali. q2 ſpecioſus erat p̄ fi/
liꝭs hoīm. Tandē ꝯſolatōe magna recepta
offerūt eidē aurū thus ꝛ mirrhā. apientes
theſauros ſuos. ꝛ ponētes aliquē pannū vl̄
tapetū ante pedes dn̄i ieſu obtulerūt. ſ. q̄hi/
bet illoꝝ illa tria in maxia q̄ntitate p̄cipue
de auro. Alias em̄ p parua oblatōe n̄ opor/
tuiſſet apiri theſauros. q2 parua de leui ha/
buiſſent ad man⁹ ſeneſcalli coꝝ. Et tunc re/
uerent̄ ꝛ deuote oſculati ſunt pedes eius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quid ſi tunc puer ſapientiſſimus vt eos magis cõſolaret͛ ⁊ in amore ſuo roboraret. potreterat etiã deoſculandã manuz. Si-gnauit etiã eos ⁊ bñdixit. Illi ḡ ſe inclinan-tes ⁊ valefaciẽtes cũ magno gaudio receſſe-rũt ⁊ ꝑ aliã viã reuerſi ſunt ĩ regionẽ ſuam. Quid aũt de auro iſto factũ putas qḋ e-rat ſic magni valoꝝ? Nunqḋ dña reſuauit ſibi. vl͛ depoſitũ fecit. vel nunquid emit do-mos. agros ⁊ vineã? Abſit. nõ curat de tali-bus paupertatis amatrix. Zelans ḡ dña for-titer ꝑ paupertate. ⁊ intelligẽs filij volũtatez ſ ĩ int⁹ docent͛ q̃ꝫ foris ſigna oñdent͛. quia vultũ forte auertebat ab auro ⁊ vilipende-rat. totũ infra paucos dies paupib⁹ eroga-uit. Graue em̃ erat ſibi ſarcinã tenere vl͛ de-ferre. Vñ ſic iſta totalit͛ expenderat. ꝙ qñ i-trauit in tẽplũ nõ habuit vnde vnũ agnuz emeret quẽ offerret ꝑ filio. ſed emit turtu-res vel colũbas. Vñ nõ rõnabile ẽ credere ꝙ magna fuit oblatio magoꝝ. ⁊ ꝙ dña zelanſ paupertatẽ (q꜡ plena caritate) dedit eã pau-peribus. Vides ꝑconiũ paupertatis. ⁊ in duo-bus h̃ attẽde. Primo q꜡ hodie puer ihs ele-moſynã recepit vt paup ⁊ etiã mr̃ ſua. Se-cūdo q꜡ nõ ſolũ nõ curabãt acq̃rere vl͛ con-gregare. ſed etiã q̃ dabant͛ retinere nolebãt. Semꝑ in eis creſcebat deſideriũ paupta-tis. Sed nunqḋ circa hũilitatẽ aliqḋ at-tendiſti. Si bñ aduertit͛ etiã hũilitat͛ cer-nit͛ ꝓfunditas. Sũt em̃ qui ſe viles ⁊ abie-ctos reputãt in aĩo ſuo. ⁊ in ocul͛ ſuis nõ ex-tollunt͛. ſed nõ ſic eſſe volũt in ocul͛ alioꝝ. nec patiunt͛ vilipendi ab alijs vl͛ derideri. ⁊ ſuã vilitatẽ vel defect⁹ nolũt alijs innoteſce-re ne vilipendant͛. Non ſic fecit hodie puer ihs oĩm dñs. q̃ ⁊ alijs ſuos [illegible] vilia patere voluit. ⁊ nõ paruis aut pauc͛. ſed magnis ⁊ multis. ſ. regib⁹ ⁊ ſocijs coꝝ q̃ꝫ pluribus. Et i ta-li caſu ⁊ tpe in q̃ multũ erat timendũ. Nam cũ illi venirẽt vt inuenirẽt regẽ iudeoꝝ quẽ etiã deũ eſſe putabãt. dubitare poterãt ne hũilib⁹ de ipo viſis. reputãtes ſe fatuos ⁊ de-luſos. recederẽt ſine fide ⁊ deuotiõe. ſed nõ dimiſit hũilitat͛ amator. dans nob͛ exẽpluz ne ſub ſpẽ alicu⁹ apparent͛ boni recedamus ab hũilitate. Et ꝙ diſcam⁹ etiã ĩ alioꝝ ocul͛ viles ⁊ abiecti velle apparere.

De mora dñe apud ꝑſepe. Cap. xi.

Expeditis igit͛ mag͛. ⁊ ꝑ ſus patriã ſu-am regreſſis ⁊ totis eoꝝ oblatõnib⁹ erogat͛. adhuc ſtat dña mũdi cũ pu-ero ſuo ihu. ⁊ nutricio ſuo ſctõ ſene Joſeph apud ꝑſepe in illo locello patienter vſq̃ꝫ ad q̃dragesimã diẽ. ac ſi eſſet q̃dã mlr̃ alia de ꝑplo. ⁊ puer ieſus eẽt hõ pur⁹. ⁊ indigerẽt le-gis obſuatiõe. Sꝫ q꜡ nolebãt ꝑrogatiuas ſingl͛ares ſ legẽ obſuabãt vt ceteri. Nõ ſic fa-ciũt multi q̃ in cõi ꝯgregatõe degentes ſibi ſpeciales ꝑrogatiuas exigũt fieri. ⁊ ab alijs tãq̃ꝫ honorabiliores volũt in talib⁹ diſcer-ni. ſed h̃ nõ patit͛ hũilitas vña. Stabat ḡ do-mina more aliaꝝ. dictã diẽ expectãs ingreſ-ſura in tẽplũ. Stabat vigilãs ⁊ attẽta ſuꝑ cuſtodia dilecti filij ſui. O de⁹ cũ q̃nta ſoli-citudĩe ⁊ diligẽtia ipm gubernabat ne ĩ mi-nimo eẽt defect⁹. Cũ q̃ꝫta etiam reuerẽtia ⁊ cautela ⁊ q̃ timore ipm ꝯtrectabat quẽ ſcie-bat eſſe deũ ſuũ ⁊ dñm ſuũ. flexis genib⁹ ac-cipiebat ⁊ iponebat eũ in cunis. Cũ quãta etiã iocũditate ⁊ cõfidẽtia. ⁊ auctte materna ipm amplexabat͛. oſculabat͛. ſtringebat dul-cit͛. ⁊ delectabat͛ in eo quẽ ſciebat eſſe filiuz ſuũ. q̃ꝫ ſepe curioſe intuebat͛ euz in vultu. ⁊ ſingul͛ partib⁹ ei⁹ ſacratiſſimi corpis. q̃ꝫ ſeri-oſe ac pudent͛ tenella mẽbra faſcina cõpo-nebat. Sicẽ em̃ fuit hũillima. ſic fuit ⁊ pru-dẽtiſſima. Vñ in ſingul͛ officijs ⁊ obſequijs vigilanti ⁊ dormiẽti ſedule miſtrabat. nõ ſo-lũ infantulo ſed grãdeuo. O q̃ꝫ libent͛ eum lactabat. Vix fieri potuit q̃n magnã etiam alijs femĩs inexptã dulcedinẽ in tal͛ filij la-ctatiõe ſentiret. Sꝫ ⁊ de ſctõ ſene Joſeph refert Bern̄. ſe credere ꝙ pueꝝ ihm ſuꝑ ge-nua ſua tenẽs eidẽ freq̃nt͛ arriſit. Stante ḡ dña apud ꝑſepe. ſta ⁊ tu cũ ea iuxta ꝑſepe. ⁊ delectare freq̃nt͛ cũ puero ieſu. q꜡ ṽtus exit ab ipo. Quelibet aĩa fidelis ⁊ maxĩe religio-ſa ꝑſona. a die natiuitat͛ dñi vſq̃ꝫ ad purifi-cationẽ deberet ſaltẽ ſemel in die apud ꝑ̃di-ctum ꝑſepe dñam viſitare. adorare pueruz ihm ⁊ mr̃em ei⁹. affectuoſe meditari de pau-pertate. hũilitate ⁊ benignitate ipoꝝ.

De purificatiõe beate ṽginis. Ca. xij.

Adueniente aũt q̃dragesima die ꝑ ut in lege ſtatutũ erat. exijt dña de ſtabulo cũ puero ieſu ⁊ ioſeph. ⁊ iuerũt de beth-leem in hierl͛m q̃ ſunt q̃nq̃ꝫ vel ſex miliaria. vt ſm legẽ ſiſterẽt eũ dño. Vade ⁊ tu cũ eis ⁊ iuua portare pueꝝ. ⁊ ꝯſpice attẽte ſingu-la q̃ dicunt͛ ⁊ fiunt. q̃ deuotiſſima ſunt. Ad-ducũt ḡ dñm tẽpli. ad tẽplũ dñi. Cumq̃ꝫ in-traſſent templuz. emerunt duos turtures. aut duos pullos columbaꝝ vt offerrent ꝑ

eo ſicut p paup̄ib⁹ fiebat. Et q̄ erāt paup̄ri/
mi.credēdū ē mag⁹ de pullis colūbaꝝ. q̄ ꝛ
p minori p̄cio iueniunt.ꝛ iō in lege ponunt
in vltīo loco.ꝛ euāgeliſta tacet de agno qui
erat oblatio diuitū. Et ecce ſymeon iuſt⁹ in
ſpū venit in tēplū.vt ſic r̄n̄ſuz accepat.vide/
ret xp̄m dn̄i. Cū aūt feſtinant veniēs vidiſ/
ſet eū.ſtatī cognuit eū p̄phetico ſpū.ꝛ accele/
rans genuflexitꝛ adorauit eū inter brachia
m̄ris. Puer aūt bn̄dixit eū.ꝛ aſpiciēs m̄rez
inclinauit ſe.oñdens ſe velle ad eum ire.q̄
m̄r intelligēs q̄uis admirās,porrexit euz
ſymeoni. Jlle aūt gaudent ꝛ reuerent in vl/
nis ſuis eū recipiens ſurrexit.bn̄dicēs deū
ꝛ dixit. Nūc dimittis ſuū tuum dn̄e ꝛc. Deīde
paſſiōe ipi⁹ p̄phetauit. Superuenit ꝛ ipa hora
anna ꝛ adorās eū.ſil'r d̄ ipo loq̄batur.
Maria vero de his admirās,oīa ꝯſuabat
in corde ſuo. Deinde puer ih̄s extēdēs bra/
chia v̄ſus m̄rem.ad eā redijt. Poſtea vadūt
ad altare p̄ceſſionē facientes q̄ hodie repre/
ſentat p vniuerſuz mōm. P̄cedūt alacrit illi
duo venerabiles ſenes.ſ. Joſeph ꝛ ſymeon
tenētes ſe p man⁹.ꝛ cū exultatōe magna iu/
bilantes ꝛ pſallētes. Confitemini dn̄o q̄m
bon⁹ q̄m in ſecl'm ꝛc. Fidelis dn̄s in oībus
verb ſuis ꝛc. Q̄m h̄ eſt dn̄s de⁹ n̄r ineternū
ꝛ in ſeculū ſecl'i.ipe reget nos in ſecl'a. Su/
ſcepim⁹ de⁹ m̄iam tuā in medio templi tui.
Sequit m̄r portās regē ih̄m.ꝛ anna aſſociat
eā.vadēs ex latere cū reuerētia iubilans.et
ipa gaudio indicibili laudās dn̄m. Ab iſtis
ḡ fit p̄ceſſio.paucis q̄dez ſed valde magnis.
rep̄n̄tantib⁹.q̄ de oī genere hoīm ſunt int
eos.de maſculis ꝛ femīs.ſenib⁹ ꝛ iuuenib⁹.
virginib⁹ ꝛ viduis. Cū aūt p̄uenerūt ad al/
tare.m̄r cū reuerētia genuflexit ꝛ offert di/
lectiſſimū filiū ſuū deo p̄ri ſuo dicēs. Acci/
pite p̄r excellētiſſime vnigenitū v̄rm.quem
ſm mādatū v̄re legis vob offero.q̄ p̄mogē/
nit⁹ m̄ris eſt. Sed rogo p̄r vt eū mihi red/
datis.ꝛ ſurgēs dimiſit ipm ſuper altare. D
de⁹ q̄lis eſt oblatio iſta.nunq̄ a ſecl'o tal' fa/
cta fuit nec fiet. Reſpice bn̄ ſingula. Stat
puer ih̄s ſedēs ſup altare.ſic q̄libet ali⁹ pue/
rulus.ꝛ facie matura reſpexit m̄rem.ꝛ alios.
ꝛ humilit et patient expectat q̄d deinceps
fieri debeat. Aduocant ſacerdotes ꝛ redi/
mit dn̄s oīm tanq̄ ſu⁹ q̄nq̄ ſiclis more ali/
orū. Siclus erat gen⁹ monete.q̄b⁹ a ioſeph
ſacerdoti ſolutis,mater letant reaccepit fi/
liū. Accepit etiā de manu ioſeph p̄dictas a/
ues vt eas offerat.ꝛ genuflectēs ꝛ tenēs eas
in manu ſua.eleuatis ocul' ꝛ in celū porrect
eas obtulit dicēs. Accipite clemētiſſime p̄r
hāc oblationē ꝛ munuſculū.ꝛ p̄mū donum
q̄d paruul⁹ v̄r vob hodie de ſua pauptate p̄
ſentat. Sed ꝛ puer ih̄s man⁹ ſuas ad aues
porrigēs.ocl'os ad celū leuauit.ꝛ nōduz lo/
quēs geſtib⁹ vna cū m̄re offerebat.ꝛ poſue/
rūt eas ſup altare. Vidiſti q̄les ſūt obla/
tores iſti.m̄r ꝛ fili⁹. Nunq̄d potuit talis ho/
ſtia q̄uis p̄ua repudiari. Abſit.ſed pot⁹ p
man⁹ angeloꝝ fuit in ſup̄ma curia p̄n̄tata ꝛ
valde acceptata.ita q̄ tota curia iubilās ex/
ultauit. Poſtea v̄go ſc̄tā diſceſſit de hier'm
ꝛ viſitauit Elyzabeth. volēs videre iohem
p̄uſq̄ de partib⁹ illis diſcederet. Vade ꝛ tu
ſp cū ea q̄cūq̄ ierit.ꝛ adiuua portare ieſum
Cū ḡ veniſſet ad eā.feſtū magnū fecerūt.et
maxīe de pueris ſuis. Sed ꝛ pueri letabāt
ad inuicē.ꝛ iohes q̄ intelligēs reuerēter ſe
hēbat erga ih̄m. Accipe ꝛ tu reuerent iohez
q̄ hic puer magn⁹ corā dn̄o.ſi forte bn̄di/
xerit tibi. Aliq̄b⁹ aūt dieb⁹ ibi mora ꝯtracta.
diſcedūt volētes ire nazareth. Si aūt in p̄/
dictis vis informari.de h̄ūilitate ꝛ paupta/
te ꝯſiderata oblatiōe ꝛ redēptōe ac leg' ob/
ſeruatiōe.de facili potes aduertere.

Tercia feria.

De fuga dn̄i in egyptū. Ca. xiij

Cum ergo per/
gerēt v̄ſus nazareth neſciētes
adhuc ſup h̄ ꝯſiliū dn̄i.ꝛ q̄ he/
rodes pararet ſe ad necē pueri
ieſu. Angel⁹ dn̄i appuit ioſeph i ſomnis di/
cens ei.vt cū puero ꝛ m̄re fugeret i egyptū.
q̄ herodes volebat aīam pueri p̄dere. Jo/
ſeph vero euigilās ꝛ excitās m̄rem dixit ei.
Jpa incōtinēti ſurgēs.nulla mora ꝯtracta
voluit iter arripe.ꝯcuſſa eni ſunt ad hāc vocē
oīa viſcera ei⁹.ꝛ circa filij ſui ſalutez nolebat
negligēs inueniri. Ergo de nocte incōtinē/
ti ceperūt ire v̄ſus partes egypti. Cōſpicer
meditare p̄dicta ꝛ infra ſcp̄ta.ꝛ quō puerū
ih̄m dormientē eleuāt ꝛ ꝯparere ipis.ꝛ at/
tende h̄ diligent.q̄ multa bona ꝯſiderare
potes in p̄n̄ti negocio. Primo ꝯſidera quē/
admodū dn̄s in ſua pſona ſuſcepit aliq̄n p̄/
ſpera.aliq̄n aduerſa. Et cū ſil'e tibi ꝯtigerit.
nō ſis impatiēs. Nā iuxta montē inuenies
vallē. Ecce eni in natiuitate ſua xp̄s magni/
ficat⁹ fuit a paſtorib⁹ tanq̄ de⁹.ꝛ poſt partuz

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

parũ.circũciſus fuit tanq̃ pctõr. deinde ve/
nientes magi eũ plurimum honorauerũt. ⁊
nihilomin⁹ ipſe in ſtabulo remanens ſtabat
inf̃ beſtias ⁊ plorabat vt cuiuſdã homũcu/
li fili⁹. poſtea pñtat⁹ erat in tẽplo quẽ multũ
extulerũt ſymeon ⁊ anna. ⁊ nũc ab anglo dr̃
ꝙ fugiat in egyptũ. ⁊ de mult̃ talibꝫ poter̃
in vita ſua ꝑpendere q̃ ad nr̃am inſtructio/
nẽ poſſum⁹ retorq̃re. Cũ ḡ ꝯſolationez ha/
buer̃. tribulationẽ expecta. ⁊ ecõtra. Vñ in
eis nec extolli nec frãgi debem⁹. Dat enim
dñs ꝯſolatões ad ſpem ſubleuãdã ne deficiã/
mus. Et tribulationẽ ad hũilitatẽ ꝯſuan/
dã. vt cognoſcẽtes miſeriã nr̃am ſp̄ i ſuo ſte/
mus timore. Ad nr̃am ḡ inſtructõnẽ hec fe/
ciſſe meditemur. ⁊ etiã vt ſe diabolo occul/
taret. Scdo ꝯſidera circa dei beneficia ⁊
ꝯſolatões ꝙ q̃ ea ꝑcipit nõ dꝫ ſe ꝑferre non
ꝑcipienti. ⁊ q̃ nõ ꝑcipit nõ deiiciat̃ animo. nec
ꝑcipiẽti inuideat. Hoc dico. q2 angeloꝝ locuti/
ones fiebãt ioſeph. ⁊ nõ mr̃i. cum tñ lõge ea
eſſet inferior. Itẽ ⁊ q̃ ꝑcipit licet nõ ꝑcipiat
ꝓ ſuo velle. nõ dꝫ eſſe ingrat⁹ nec murmura/
re. cũ etiã ioſeph q̃ tant⁹ erat apud deũ non
palã ſed i ſomnis tales allocutiões ꝑcepit.
Tercio ꝯſidera quõ deus ꝑmittit ſuos ꝑ/
ſecutõibꝫ ⁊ tribulatõibꝫ vexari. Tũc em̃ ma/
gna erat tribulatio mr̃i ⁊ ioſeph. cũ viderẽt
pueꝝ ad occiſionẽ q̃ri. q̃d em̃ grauiꝰ audire
poterãt? Et erat eis in h̃ tribulatio magna.
q2 licet ſcirẽt eũ filiũ dei eſſe. tñ poterat ſen/
ſualitas eoꝝ turbari ⁊ dicere. Dñe de⁹ om/
nipotẽs. q̃d opus ẽ ꝙ iſte tu⁹ filius fugiat?
Nõ potes hic eũ defendere? Et etiã in hoc
erat tribulatio ꝙ in t̃rã longinquã õporte/
bat eos ire q̃ã ignorabãt. ⁊ ꝑ vias aſꝑas cuꝫ
ẽẽnt inhabiles ad eũdũ. Dña ꝓpt̃ iuuẽtutẽ.
ioſeph v̾o ꝓpter ſenectutẽ. ipſe etiã puer quẽ
portare hẽbãt vix erat duoꝝ mẽſiũ. ⁊ ꝑegri/
nari hẽbant in t̃rã alienã. ⁊ pauꝑes q̃ nihil
hñtes. Oĩa em̃ iſta ſunt afflictõis materia.
Tu ḡ cũ tribular̃ patiẽtiã habe. nec credas
tibi ab eo ꝑuilegiũ dari. qd̃ nec ſibi tribuit
nec mr̃i. Quarto ꝯſidera benignitatẽ dñi.
Vides em̃ quõ ⁊ q̃ꝫ cito ꝑſecutionẽ patit̃. et
fugã de t̃ra natiuitat̃ ſue. ⁊ tã benigne cedit
furori illi⁹ quẽ poterat ꝑdere in momento.
Profunda ẽ hec hũilitas. ⁊ patiẽtia magna
Nolebat em̃ ſibi vicẽ reddere nec offendere
eũ. ſꝫ fugiẽdo inſidias ei⁹ vitare. Sic ⁊ nos
facere tenemur. obiurgãtibꝫ. ſ. vel reꝓhẽdẽ/
tibꝫ vel ꝑſeq̃ntibꝫ nõ reſiſtere. vel de ipſis vin/
dictã expetere. ſꝫ patient̃ eos portare ⁊ ipſo/
rũ furori cedere. ⁊ qd̃ plus eſt ꝓ eis orare. vt
alibi dñs i euãgelio docet. Fugiebat ergo
dñs ante faciẽ ſui. imo potius ſui diaboli.
Portabat eũ mr̃ tenera ⁊ iuuenis valde. et
ſctũs ioſeph multũ ſenex in egyptũ ꝑ viam
ſiluestrẽ. obſcurã. nemoroſaꝫ. aſperã ⁊ inha/
bitatã. ꝑ viã etiã valde longam. Dicit̃ ꝙ ad
iter curſoꝝ ſunt. xij. vel. xv. diete. ꝓ eis autẽ
fuit forte iter duoꝝ menſiũ ⁊ pluriuꝫ. Iue/
runt em̃ vt dr̃ ꝑ deſertũ illud ꝑ qd̃ tranſiue/
rũt filij iſrl̃. in q̃ ſteterũt. xl. annis. Sꝫ quõ
faciebãt de victu ſecũ portãdo. Vbi etiam ⁊
quõ de nocte q̃eſcebãt ⁊ hoſpitabant̃. Ra/
ro em̃ domos i illo deſerto iueniebãt. Cõ/
patere ḡ eis. q2 labor difficil̓ ⁊ magn⁹. ⁊ lon/
gus eſt tã ipſis q̃ꝫ puero ihu. ⁊ vade cuꝫ eis.
⁊ adiuua pueꝝ portare ⁊ ſuias i oĩbꝫ in q̃bꝫ
potes. Nõ deberet videri nob̃ labor ꝓ no/
bis ipſis pñiaꝫ agere. ꝓ q̃bꝫ tantus labor ab
alijs ⁊ a talibꝫ ⁊ totiẽs eſt aſſumpt⁹. De his
aũt q̃ ipſis in deſerto ⁊ ꝑ viã ꝯtigerũt q2 pau/
ca autẽtica inueniunt̃. referre nõ curo. Cũ
ḡ egyptũ intrauerũt oĩa ydola ipſi⁹ ꝓuincie
corruerũt ſic̄ ꝑ Iſaiã fuit ꝓphetatum. Iue/
rũt ergo ad q̃ndã ciuitateꝫ q̃ vocat̃ Helio/
polis. ⁊ ibidẽ aliquã domunculã ꝯducẽtes
habitauerũt ibidẽ ꝑ ſeptẽ annos tãq̃ꝫ ꝑegri/
ni ⁊ aduene. pauꝑes ⁊ egeni. Sed hic oc/
currit pulchra pia ⁊ cõpaſſiua valde medi/
tatio. Aduertas bñ q̃ ſequunt̃. Vnde em̃ ⁊
quõ viuebãt iſti tãto tpe? Nunq̃d mẽdica/
bãt? Legit̃ autẽ de dña ꝙ colo ⁊ acu q̃rebat
ſibi ⁊ filio neceſſaria. Suebat ergo et fila/
bat mũdi dña. pauꝑtat̃ amatrix. Multuꝫ
ꝑ oẽm modũ iſti pauꝑtatẽ dilexerũt. ⁊ eidẽ
ꝑfecte vſq̃ꝫ ad mortẽ ſuauerũt fidẽ. Sꝫ nũ/
q̃d ibat ipſa ꝑ domos petẽdo pãnũ ⁊ alia in
q̃bꝫ oparet̃? Oportuit em̃ h̃ ꝑ vicinia inote/
ſcere. alias vacaſſet a talibꝫ opibꝫ. q2 ille mu/
lieres nõ poterãt diuiare. Sed ⁊ cũ ihs ce/
pit eſſe q̃nquẽnis vl̓ nr̃. Nunq̃d ⁊ ipſe porta/
bat ambaſiatas mr̃is. petẽdo ꝓ ipſa ea in q̃/
bus oꝑari valeret? Nõ em̃ hẽbat aliũ ſcutĩ/
ferũ. Sed ⁊ nũq̃d reportabat oꝑa facta. pe/
tens ex ꝑte mr̃is. ſolutionẽ ⁊ ꝑciũ? Nõne in
talibꝫ erubeſcebat puer ihs. fili⁹ dei altiſſi/
mi. ⁊ etiã mr̃ ipm mittẽs? Sꝫ q̃d ſi aliq̃tiẽs
dũ opus reddidiſſet ⁊ ꝑciũ peteret mlr̃ aliq̃
ſuꝑba. rixoſa ⁊ loquax. iniurioſe rñdit. op⁹
factũ accepit. eũ ſine ꝑcio expulit. ⁊ ſic vacu⁹
domũ redijt. O q̃t ⁊ q̃nte ſiũt iniurie adue/

nis. q̄s dn̄s vitare nõ venit ſȝ ſuſcipe. Quid
etiã ſi aliqñ domũ rediens. ⁊ famẽ patiens.
more puerorũ petijt panẽ. nec vnde daret ha/
buit mr̄. Nõne in his ⁊ ſimilibꝫ totaliť ꝯcutie/
bant̃ viſcera ſua. Cõſolabat̃ verbis filiũ ſuũ.
ope vt poterat ꝓcurabat. ⁊ ſibi forte aliqñ
ſubtrahebat de victu vt filio reſeruaret. Hec
⁊ his ſimilia de puero ihū meditari potes. de/
di tibi occaſionẽ. Tu vero ſic videbiť extẽdas
⁊ proſeq̄ris. ſiſqȝ paruula cũ paruulo ihū. nec
paruipẽdas talia hũilia. ⁊ q̄ puerilia videt̃
meditari de ipo. Videnť em̄ dare deuotio/
nẽ. augere amorẽ. accẽdere feruorẽ. induce/
re cõpaſſionẽ. puritatẽ ⁊ ſimplicitatẽ ꝯferre.
⁊ hũilitatis ⁊ paupertatis vigorẽ nutrire ⁊ ꝯſer/
uare. familiaritatẽ ⁊ ꝯformitatem facere. ac
ſpem eleuare. Nã ad ſublimia aſcendere nõ
valemꝰ. ſed qđ ſtultũ dei eſt ſapientiꝰ ẽ hoībꝫ.
⁊ qđ infirmũ. fortiꝰ. Videť etiã talium me/
ditatio ſupbiã tollere. cupiditatẽ eneruare.
ac curioſitatẽ ꝯfundere. Vides q̄t bona in/
de ꝓueniũt. His ḡ vt dixi cũ paruulo par/
uula. ⁊ cũ grãdeſcẽte grãdeſcas. ſꝑ tñ hũili/
tate ꝯſeruata. ⁊ ſeq̄ris eũ q̄cũqȝ ierit. ⁊ intuea/
ris faciẽ eiꝰ ſꝑ. Sed nunq̄d in ſupioribꝫ at/
tendiſti. q̄ꝫ laborioſa fuerit eorũ paupertas. ⁊
q̄ꝫ verecunda. Et ſi ex ope manuũ victũ q̄re/
re oportebat. q̄d de veſtimẽtis dicemꝰ. q̄d
de vtenſilibꝫ. ſ. lectis ⁊ alijs intra domũ opor/
tunis? Nunq̄d duplicia hēbãt. nunq̄d ſup/
flua. nũq̄d curioſa? Hec ꝯ paupertatẽ ſunt. et
iõ etiã ſi hr̄e poſſet nollet ea paupertatis ama/
trix. Sed ⁊ nũq̄d dn̄a ſuendo vł alias ope/
rãdo. faciebat more q̄rũdã opa curioſa? Ab/
ſit. Faciat hec q̄ tp̄s ꝑdere nõ curat. Nõ ei
poterat ipa in tãta poſita egeſtate tp̄s in va/
nis expendere. ſed nec alias feciſſet. Eſt ei
ꝑiculoſiſſimũ viciũ. ⁊ maxĩe tp̄ibꝫ nr̄is. Vis
videre quõ? Attẽde p̄mo quõ tp̄s ad laudẽ
dn̄i ꝯceſſum. expendit̃ ꝯ ipm in vanis. mul/
tũ em̄ plꝰ de tp̄e occupat q̄ꝫ expediat curio/
ſum opꝰ. ⁊ h̄ malũ eſt valde. Scđo q̄ꝛ faci/
enti eſt cã vane gl'e. Q̄ q̄tiens aſpicit. recogi/
tat ⁊ mente reuoluit. etiã qñ nõ opat̃. ⁊ etiã
qñ dꝫ diuinis intẽdere. vt pulchꝛũ opꝰ faciat. ⁊
exinde ſe reputat et vult reputari. Tercio
q̄ꝛ ei cui facit eſt cã ſupbie. tali ei oleo ignis
ſupbie nutrit̃ ⁊ magis accẽdit̃. Sic ei rudia
⁊ groſſa ſunt hũilitatis fomẽta. ſic iſta ſupbie
Quarto q̄ꝛ ẽ materia retrahẽdi aiam a deo
Nã iuxta btm̄ Gregoriũ. Tanto q̄s a ſuperno
amore diſſiũgit̃ q̄nto inferiꝰ delectat̃. Quin/
to q̄ꝛ eſt ꝯcupiſcẽtia oculorũ. de tribꝫ vnũ. ad q̄
oĩa pctã de mũdo reducunt̃. Ad nihilũ ei
talia curioſa valẽt. niſi vt exinde oculi vane
paſcant̃. Quotiẽs aũt q̄s in talibꝫ delecta/
biliť et vane oculos paſcit. tã q̄ facit. q̄ꝫ q̄ por/
tat ⁊ vtit̃. totiẽs offendit. Sexto q̄ꝛ multorũ
aliorũ eſt laq̄us ⁊ ruina. nã talia reſpicientes.
multis modis offendere pñt. Vel malũ ex/
emplũ p̄bñdo. vł delectabiliť aſpiciẽdo. vł ſi/
mile ꝯcupiſcẽdo vł iudicãdo vł murmurã/
do vł detrahẽdo. Cogita ḡ q̄tiẽs deꝰ offen/
di pt anteq̄ꝫ illa curioſitas ſit deleta. de oĩ/
bus aũt illis ipe q̄ tale opꝰ facit eſt cã. Vnde
etiã ſi tibi dicerẽ q̄ talia ꝓ me faceres. ⁊ cer/
tiſſime ſcires me talibꝫ vti velle. tu facere nõ
deberes. q̄ꝛ nulla de cã pctõ ꝯſentiendũ eſt
⁊ ab offenſa dei eſt omnibꝫ modis abſtinẽ/
dum. Quanto ḡ magis offendis ſi tuo motu
ad ſolã cõplacentiã facis. volẽs magis place/
re creature q̄ꝫ creatori. Hec igit̃ faciũt q̄ ſe/
culariť viuũt. Talia em̄ ſunt ornamẽta mũ/
di ⁊ blaſphemia dei. Sed q̄ in puritate cõ/
ſcientie viuere intẽdit. miror quõ hec face/
re audet ⁊ ſe hac fece fedare. Vides q̄t ma/
la ex tali curioſitate ꝓueniũt. Adhuc eſt ali/
ud malũ ⁊ peius. ſ. q̄ curioſitas directe ob/
uiat paupertati. Et vltra oĩa p̄dicta eſt etiã h̄
q̄ leuis ⁊ vani ⁊ incõſtantis animi ẽ indiciũ.
Hec aũt oĩa de curioſitate dixi. vt tu curio/
ſa deuites. Ab ipis igit̃ tã faciẽdis q̄ꝫ vtẽn/
dis tanq̄ꝫ a venenoſo ſerpẽte oĩno abſtinere
curato. Nõ tñ intelligi dꝫ q̄n aliqñ liceat fa/
cere opa pulchꝛa. ⁊ potiſſime in his q̄ diuino
cultui mãcipant̃. In q̄bꝫ tñ oĩno inordinata
affectio. intẽtio ⁊ delectatio ſũmope cauen/
da eſt. ⁊ ab aĩo ſollicite longiꝰ ꝓpellenda.
De hac aũt curioſitate ſic dicit Bern̄. i ſer/
monibꝫ ad clericos ca. xij. Spectacula va/
na. rogo q̄d corpi p̄ſtãt. q̄d ve aĩe ꝯferre vi/
dent̃. nã certe nihil in hoīe cui curioſitas p̄/
ſit inuenies. friuola p̄rſus ⁊ inanis ac nuga/
toria ꝯſolatio. ⁊ neſcio q̄d illi durꝰ impcer
niſi vt ſꝑ hēat qđ req̄rit. q̄ iocũde q̄tiſpa
fugitãs. curioſa inq̄etudie delectat̃. Sȝ re/
deamꝰ ad dn̄am in egyptũ. a q̄ digreſſionẽ
fecimꝰ ꝓpter maledictũ curioſitatis viciũ. et
ꝯſpice ipam i laboribꝫ ſuis. ſuendo ⁊ filãdo.
texendo. quõ facit ea fideliť. hũiliť ⁊ ſollici/
te. hñs nihilominꝰ diligentiſſimã curã ſup
filio ſuo. ⁊ ſup gubernationẽ domꝰ. necnon
vigilijs ⁊ oroĩbꝫ iuxta poſſe ẽ ſꝑ intẽta. Tu
ḡ toto affectu eidẽ cõpatere ⁊ ꝯſidera q̄ nõ

dei
habuit oīno grat̄ regnū̄ dn̄a regni. Sed ⁊ illud forte ꝯtingebat freq̄nt̄ q̄ aliq̄ue bone matrone vidētes ei⁹ paupertatē. aliq̄ trāſmittebāt eidē. q̄ hūilit̄ ⁊ cū grā̄ ꝛ actiōe recipiebat. Sed ⁊ ſctūs ioſeph ſenex aliq̄d opabatur i arte lignaminis. Undiq̄ȝ igit̄ occurrit cōpaſſiōis materia. cū q̄ tandē cū aliquam morā cū ea ꝯtraxerīt̄ pete licentiā recedēdi. ⁊ bn̄dictōe recepta p̄mo a puero ihū. deinde a mr̄e. poſtea a ioſeph / genib⁹ flexis cū lacrimis ⁊ cōpaſſione magna. valefacias eis. q̄ꝛ tāq̄ȝ exbāniti ⁊ exules a patria ſua ſine aliq̄ cā remanēt ad pegrināđū ibidē p ſeptē annos. in ſudore ſui vultus victuri.

De reditu dn̄i ex egypto. Ca. xiiij.

Ompletis ſeptē ānis q̄b⁹ ieſus pegrinat⁹ eſt i egypto. angel⁹ dn̄i appuit ioſeph in ſomnis dicēs. Tolle puerū ⁊ mr̄em ei⁹. ⁊ vade in trā iſrl̄. Defuncti ei ſunt q̄ q̄rebāt aīam pueri. Qui accepit puerū ⁊ mr̄em ei⁹ ⁊ rediȷ̄t in trā iſrl̄. ⁊ cū puenit ibi audiēs q̄ archelaus fili⁹ herodis regnaret ibi. timuit illo ire. Et iteꝝ admonit⁹ ab angelo iuit i galyleā ciuitatē nazareth. Fuit aūt redit⁹ ei⁹ circa feſtuȝ ephie. ſ. ſcđa die put in martilogio legit̄. Uides etiā hic ſicut fuit tactuȝ in ſupiori tractatu. quō dn̄s dat ꝯſolatiōes ⁊ reuelatōes p partes. ⁊ non ita plenas vt appetit⁹ expoſceret. qđ ex duob⁹ i h̄ facto ppendere potes. Tū q̄ꝛ in ſomnis nō palā vt tibi dixi. tū etiā q̄ꝛ nō vna vice ſꝫ ſed p duas vices ei dixit ad quē locū ire deberet. Et dicit glo. q̄ h̄ fecit dn̄s q̄ꝛ ex freq̄nti viſitatōe q̄s certior reddit̄. Un̄ q̄leſcūq̄ȝ ſunt nob̄ debēt videri magne. ⁊ inde ſimus grati. q̄ꝛ ſp ex pte ſua facit qđ nob̄ vtili⁹ eſſe cognoſcit. Nūc aūt circa dn̄i reditū inſiſtamus. Circa quē diligent̄ attēde. q̄ꝛ pia eſt h̄ meditatio valde. Redeas ḡ in egyptuȝ grā viſitādi pueꝝ ihm̄. quē cū extra int̄ pueros forte inueneriſ. ipe te vidēs occurret tibi. q̄ꝛ benign⁹ ⁊ affabilis ⁊ curial̄ eſt. Tu vero genuflectens oſculeriſ pedes ei⁹. ⁊ poſt int̄ brachia ipm̄ ſuſcipias ⁊ aliq̄ntulū cū eo q̄eſcas. Tandē forte dicet tibi. Data eſt nob̄ licentia in trā nr̄aȝ. ⁊ cras hinc recedere debemus. bona hora veniſti. q̄ꝛ redibis nobiſcuȝ. cui alacrit̄ rn̄deas. te ex h̄ multum gaudere. ⁊ q̄ eū optas ſeq̄ q̄cunq̄ȝ ierit. ⁊ in his collocutionib⁹ delecteriſ cū eo. Dixi iā tibi. q̄ h̄mōi q̄ puerilia vident̄ meditari. multū valēt. ⁊ poſtea ad maiora trāſmittūt. Poſtea ducet te ad mr̄em. ⁊ curialit̄ honorabit. tu ꝑo genuflectens. fac ei reuerētiā ⁊ ſctō ſeni ioſeph. et req̄eſcas cū eis. Mane ſeq̄nti die videb̄ aliq̄s bonas matronas de ciuitate. ⁊ etiaȝ homines veniētes ad ſectandū eos vſq̄ȝ extra portā ciuitatiſ. ꝓpter placabilē ⁊ ſctām ꝯuerſationē ipoꝝ. Predixerāt ei diſceſſuȝ ſuū p viciniā p plures dies. Primū q̄ꝛ nō ē ꝯueniens q̄ ſubito q̄i furtim inde recederēt. ſecus tn̄ fuit q̄n venerūt in egyptū. q̄ꝛ timuerūt mortē pueri. Incipiūt eñ recedere ⁊ ioſeph cū homib⁹ p̄cedit. ⁊ dn̄a ſequit̄ a longe cū matronis. Tu vero accipiēs pueꝝ p manū vade in medio an̄ mr̄em. nā ipm̄ poſt ſe nō dimittet. Cū aūt ſūt extra portā. ioſeph nō ſe patit̄ ampli⁹ ſociari. Tunc vero aliq̄s ex illis diues cōpatiēs paupertati eoꝝ. pueꝝ vocat vt aliq̄s ei denarios tribuat ꝓ expenſis. Uerecundat̄ puer accipe. tn̄ paupertatis amore manū parat. pecuniā accipit verecūde ⁊ grās agit. ſic ⁊ plures fecerūt. Uocatur etiā a matronis. ⁊ ſilr̄ faciūt. Nec min⁹ hic mr̄ verecundat̄ q̄ȝ fili⁹. Uerūtn̄ hūilit̄ grās eis egit Uere hic eis cōpati potes. cum ille cui⁹ eſt trā ⁊ plenitudo ei⁹. ꝓ ſe ⁊ mr̄e ⁊ nutricio ſuo ſic paupertatē artā elegerit. ⁊ in tanta penuria vixit. Multū in eis relucet paupertas ſctiſſima. ⁊ nob̄ amabilē ⁊ imitabilē oñdunt. Tandē grās agētes eis valefaciūt oīb⁹. ⁊ ſuum arripiūt iter. Sed quō redibit puer ihs adhuc tener infantul⁹. difficilior eñ mihi videt̄ redit⁹ q̄ȝ acceſſus. nā q̄n venit in egyptuȝ ita paruulus erat q̄ portari poterat. nunc aūt ſic magnus eſt q̄ portari non p̄ualet. et ſic paru⁹ q̄ p ſe ire nō poteſt. Sed forte aliquis ex illis bonis viris dedit vel accomodauit aliquē aſellū ſup queȝ ire poſſet. O puer egregie ac delicate. rex celi ⁊ terre quātū laboraſti ꝓ nob̄. ⁊ q̄ȝ cito cepiſti. Bene ꝓpha i vr̄a p̄dixit pſona. Paup ſum ego ⁊ in laborib⁹ a iuuentute mea. Penurias magnas. labores arduos. ⁊ afflictiones corpis ꝯſtantiſſime aſſūpſiſtiſ. habuiſtis voſ ipos q̄i odio ꝓ amore nr̄o. Certe ſolus hic labor de q̄ nunc tractam⁹ ad plenā redemptionē ſufficere debuiſſet. Accipe ergo puerū ihm̄ ⁊ pone ſup aſellū. ac fideliter ducas eū. ⁊ cum deſcēdere voluerit letant̄ eum in brachȷ̄s ſuſcipias ⁊ aliquātuluȝ teneas. ſaltē quouſq̄ȝ veniat mr̄ ei⁹. q̄ aliq̄ntulum tardius ſiue plani⁹ ambulat. tūc puer ibit ad eam. eritq̄ȝ mr̄i requies magna. re/

ceptio filij. Uadunt ḡ ꝛ tráſeunt ꝑ deſertuꝫ
ꝑ qđ venerũt. ꝛ in ipſo itinere ſepe poterꝭ eis
cópati. hñtes parũ qetis. ꝛ reſpice eos fati
gatos. ꝛ ex labore deuictos tã de die q̃ꝫ de
nocte. Cũ autẽ fuerũt ꝓpe finẽ deſerti inue-
nerũt iohẽm baptiſtã. q̃ iam ibi pniam age
re cepat. cũ tñ nullũ hr̃et pctm̃. Dicit ꝙ lo-
cus iordanis in q̃ iohes baptizauit eſt ille
vnde tranſierũt filij iſrl' qñ venerũt de egy-
pto ꝑ dictũ deſertũ. ꝛ ꝙ ꝓpe illũ locuꝫ in ipſo
deſerto iohes pniam fecit. Uñ poſſibile eſt
ꝙ puer ihs inde tráſiens in reditu ſuo inue
nit cũ ibidẽ. Mediteris ḡ quõ ſuſcepit eos
alacrit. ꝛ ibi aliquãtulũ ſubſiſtẽtes comede
rũt cũ eo illa cruda cibaria. Tandẽ in men
ſa recreatione ſpũs habita. valefecerunt ei.
Tu aũt ꝛ in aduentu ꝛ in receſſu genuflecte
iohãni. deoſculãs pedes eius. bñdictioneꝫ
petens ꝛ ei te recõmẽdans. excellẽs ei ꝛ val
de mirabilis a cunabulis eſt puer iſte. Ipſe
eñi fuit pm⁹ heremita ꝛ pncipiũ viuere religi
oſe viuere volentiũ. Fuit ḡgo puriſſimus.
fuit pdicator pmaxim⁹. fuit plus q̃ꝫ ꝓpha. fu
it etiã martyr glioſus. Poſtea tranſeuntes
iordanẽ applicauerũt ad domuꝫ elyzabeth.
vbi magnũ ꝛ iocundũ feſtũ factũ fuit inter
eos Et ibidẽ audiẽs ioſeph ꝙ archelaus fi
lius herodis regnabat i iudea. timuit. ꝛ ad-
monit⁹ in ſomnis ab angelo iuerũt in galy
leã in ciuitatẽ nazareth. Ecce reduxim⁹ pu
erũ ihm de egypto. ꝛ eo reuerſo ꝯcurrũt ſo
rores dñe. ꝛ alij ꝯſanguinei ꝛ amici ad viſi-
tandos eos. Ipſi aũt in nazareth q̃eſcunt. ꝛ
paupem vitam ducũt. Exinde aũt vſq; ad
duodecimũ etatꝭ annuꝫ pueri ihu aliq̃d nõ
legit de ipſo. Dicit tñ ꝛ veriſimile eſt ꝙ ad-
huc ibi eſt fons de quo puer ihs deferebat
aquã mri. Faciebat eñi hmõi ſuitia matri
hũilis dñs. nõ eñi hẽbat aliuꝫ ſeruientem.

Potes etiã hic meditari ꝙ cũ mr̃e ꝓpria
ſcꝫ ſorore dñe veniebat iohes euãgeliſta. q̃
tũc erat ãnoꝝ q̃nq;. Nã legit de ipſo ꝙ obijt
anno a paſſione dñi. lxvij. etatis ḡo ſue an
no. xcviij. ꝛ ſic tpe paſſionis dñi hẽbat. xxxj.
annos. cũ dñs hr̃et. xxxiij. vel paꝝ pluſ. Cũ
ergo in hoc reditu domin⁹ eſſet. vij. annoꝝ.
iohannes erat q̃nq;. Intuere itaq; ipſos ſtã
tes ſimul ꝛ cõuerſantes ſicut dominus da
bit tibi. Hic enim fuit poſtea ille diſcipul⁹
quẽ familiari⁹ diligebat ieſus.

## Quõ puer ieſus remanſit in hieruſalẽ. Capitulum. xv.

Cum aũt eſſet annoꝝ. xij. aſcẽdit cũ
parẽtib9 in hierl'm ſcḋm ꝯſuetudineꝫ legis
ꝛ pceptũ diei feſti. ꝛ durabat ꝑ dies
octo. Laborabat ḡ etiã nũc puer ihs itine-
rib9 longis. ꝛ vadit vt honoret pr̃em ſuũ ce-
leſtẽ in feſtis ſuis. Eſt eñi amor ſũm⁹ inter
pr̃em ꝛ filiũ. ſed maior erat ei afflictio. ꝛ do-
lor cordis acerbior. de inhonoratiõe pr̃is
in pctoꝝ multiplicium cõmiſſiõe q̃ꝫ de hono-
re parentis ꝛ exterioris pompe feſti leticia.
Stabat ḡ dñs legꝭ obſuans legẽ. ꝛ inꝭ ali-
os ꝯuerſans humilit q̃i q̃libet ali⁹ paupcu-
lus. Conſũmatꝭ aũt dieb9 feſti recedentib9
parentib9 ipſe i hierl'm remãſit. Attende hic
bene. ꝛ oĩb9 q̃ dicunt ꝛ fiũt te pñtem exhibe-
as. Ualde eñi deuota materia ꝛ pficua eſt
hec. Dixi autẽ iã tibi ſup ca. vj. in pncipio ꝙ
nazareth vbi dñs hĩtabat a hierl'm diſtat
xiiij. vel. xv. miliaria vel circa. Cũ ergo mr̃ ꝛ
ioſeph ꝑ diuerſas vias incedentes venerũt
in ſero ad locũ. vbi dieta explebat ꝛ vbi ho-
ſpitari deberẽt. videns dña ioſeph ſine pu-
ero quẽ cum ipſo rediſſe credebat. querit ab
eo. vbi eſt puer. ꝛ iſte. ego neſcio. non redijt
mecũ. tecũ eñi eũ rediſſe credebam. Tũc il-
la dolore vehementi cõcuſſa cũ lachrymis
dixit. nõ redijt mecũ. Uideo ꝙ nõ bene fili-
um meũ cuſtodiui. ꝛ velociter cepit ire ꝑ do-
mos. ꝛ q̃ꝫ decent potuit illo ſero circuibat.
querẽs de ipſo ꝛ dicẽs. Uidiſtis vos filium
meum? ꝛ vos vidiſtꝭ ne filiũ meũ? ꝛ vix ꝑ do-
lore ꝛ ardore deſiderij ſe ſentiebat. Ioſeph
vero ſequebat eandẽ cũ fletu. Quo non in-
uento. qualẽ quietẽ habere poterant cuipa
cogita ꝛ maxime mater que ipm̃ artius di-
ligebat. Et licet a notis cõfortaret. non ta-
men poterat cõſolari. Quid eñi erat ꝑdere
ieſum. Conſpice bene ipſam ꝛ vehement cõ-
pate. eiq; in anguſtia eſt aĩa ſua. nunq̃ꝫ ex-
quo nata fuit vſq; tunc fuit in tãta. Nõ ergo
turbemur qñ tribulatiões habem⁹. cũ etiã
matri nõ pepcit dñs. Ad ſuos eñi eas pmit-
tit venire. ꝛ ſignũ ſunt ſue dilectõis. Nobis
autẽ expedit eas habere. Tandẽ dña in ca-
mera ſe recludens. ad orationẽ ꝛ planctum
ſe cõuertit. dicẽs. O deus ꝛ pater eterne cle-
mentiſſime ac benigniſſime vobis placuit
mihi dare filiũ veſtrũ. ſed ecce ꝑdidi eum. ꝛ
neſcio vbi ſit. Reddite eũ mihi. O pater no-
lite mihi amaritudinẽ iſtã ꝛ oñdite mihi fili-
um meum. Reſpicite pr̃ afflictioneꝫ cordis
mei ꝛ nõ ad negligentiã meã. Incaute eñi

me habui. sed ignorās feci. sed ꝓpter boni/
tatem vestrā reddite ip̄m mihi. q̄ꝛ sine ipso
viuere nō possuꝫ. O fili dilectissime vbi es?
quid est de te? apud quē nūc hospitaris? Nū/
quid ad patrē tuū redisti in celū? Scio em̄
ꝙ deus es ⁊ dei filꝰ. Sed quomō mihi nō
dixisses? sed ⁊ nunq̄d insidiose ab aliquo es
quesitꝰ? Scio em̄ ꝙ verus homo es ex me
natus. ⁊ alias te ab herode quesituꝫ in egy/
ptū portaui. Pater tuꝰ te ab om̄i malo cu/
stodiat fili mi. Indica mihi fili mi vbi sis ⁊
veniam ad te. vel tu redi ad me. parce mihi
hac vice. q̄ꝛ nunq̄ꝫ amplꝰ continget mihi vt
te custodiā negligentͤ. Nunq̄d aliquā offen/
sam feci tibi fili mi? ꝓpter quā ergo causaꝫ re/
cessisti a me? Scio ꝙ dolorē cordis mei co/
gnoscis. O fili mi ne tardes venire ad me.
Nunq̄ꝫ ex quo natꝰ es vsq̄ꝫ modo sine te fui.
comedi vel dormiui. nisi nunc solū. mō aūt
sum sine te ⁊ nescio qualitͤ hoc factuꝫ sit. tu
scis. q̄ꝛ tu es spes mea. vita mea. ⁊ omne bo/
nū meum. ⁊ sine te esse nō possum Indica ḡ
mihi vbi tu es. ⁊ quomō te valeā inuenire.
Talibꝫ ⁊ similibꝫ dictꝭ se mater ꝑ nocteꝫ an/
gustiabat sup̱ dilecto filio suo. Mane vero
sequēti die tempestiue domū exeūtes. que/
rebant eū etiā ꝑ circūstantia loca. nā ꝑ plu/
res vias patebat reditꝰ. Sicut q̄ de senis
vellet redire pisas. posset ire ꝑ podium bo/
nichi ⁊ ꝑ colle ⁊ ꝑ alia loca. Die ergo sequē/
ti ibant ꝑ alias vias q̄rentes eū intͤ cogna/
tos ⁊ notos. quo etiā tunc nō inuento matͤ
q̄si sine spe anxiabatͤ ⁊ nō poterat consola/
ri. Tercia vero die redeūtes in hierusalem
inuenerūt eū in templo sedenteꝫ in medio
doctorū. tunc ip̄a videns eū exhylarata q̄si
reuiuiscens genuflexit ⁊ cū lachrymis deo
grās egit. Puer aūt iesus videns matrē ve/
nit ad eā. quē ip̄a inter brachia suscipiēs et
stringēs ⁊ osculās dulciter. ponit vultuꝫ ad
vultū. ⁊ tenēs eū in gremio suo aliquātulū
cū eo sic req̄euit. neq̄ꝫ em̄ tūc aliq̄d p̄ teneri/
tudine dicere potuisset. Postea respiciens
eum dicit. Fili q̄d fecisti nob̄ sic. ego ⁊ p̄r tu/
us dolētes q̄rebamꝰ te. Et ille. q̄re me q̄rebatis Nesciebatis q̄ ī his ~~em̄~~ q̄ p̄ris mei sunt oꝫ me eē.
Quod verbū illi nō intellexerūt. Dicit ḡ ei
mater. Fili volo ꝙ redeamꝰ ad domuꝫ no/
strā. nō vis redire nobiscū? Et ille. ego faci/
am qd̄ placuerit vob̄. ⁊ rediꝫt cū illis naza/
reth. Uidisti ḡ afflictionem mr̄is in p̄dicto
negocio. Sed q̄d fecit p̄dictꝰ puer ī isto tri/
duo. Conspice etiā eū attente quomō se re/
ducit ad aliqd̄ hospitale pauperū. Etiā cū
verecundia petit se hospitari. ⁊ ibidē come/
dit ⁊ hospitabatͤ cum paupibꝫ iesus pau/
per. Conspice eū sedentem inter doctores
vultu placido. sapienti ⁊ reuerenti. ⁊ audie/
bat ⁊ interrogabat eos q̄si ignorans. quod
ex humilitate faciebat. ⁊ etiā ne illi verecū/
darentͤ super mirabilibꝫ responsis eiꝰ. Cō/
siderare autē potes in p̄dictis tria valde no/
tabilia. Primuꝫ ꝙ q̄ deo vult adherere.
nō debet inter cōsanguineos ꝯuersari. sed
ab eis discedere. Nam ⁊ puer iesus a se di/
misit dilectissimā matrē. cum operibus pa/
tris sui intendere voluit. ⁊ etiā postea que/
situs inter cognatos ⁊ notos inuentꝰ non
fuit. Secundū ꝙ qui spiritualiter viuit
non miretͤ si aliquādo mente arida rema/
nens videtͤ sibi se esse derelictū a deo. cum
etiā matri dei hoc cōtigerit. Nō ergo men/
te tabescat. sed diligentͤ eum querat ī sacris
meditationibꝫ ⁊ bonis operibꝫ ꝑsistendo. ⁊
reinueniet eū. Terciū ꝙ non debet quis
esse ꝓprij sensus vl' ꝓprie voluntatis. Naꝫ cū
dominꝰ iesus dixisset ꝙ oportebat euꝫ ope/
ribus patris intēdere. mutauit consiliuꝫ. ⁊
matris voluntatē secutus est. ⁊ recessit cuꝫ
ea ⁊ nutricio suo ⁊ erat subditus illis. In q̄
etiā admirari potes humilitatē ip̄ius. de q̄
plenius infra ꝓximo dicemus.

Quid dominꝰ fecit a duodecimo anno
vsq̄ꝫ ad tricesimū annū. Capl'm. xvj.

Reuersus ergo dominꝰ iesus a tem/
plo ⁊ hierusalē cum parentibꝫ suis ī
ciuitatē nazareth. erat subditus il/
lis. ⁊ habitauit ibidem cū eis ab inde vsq̄ꝫ
ad principiū tricesimi anni. Nec in scriptu/
ris reperitͤ ꝙ in toto isto tempore aliq̄d fe/
cerit quod mirabile videtͤ valde. Quid ergo
meditabimur ⁊ imaginabimur ip̄m fecis/
se? Stetit ne dominꝰ iesus ociosus tāto tē/
pore. vt nihil faceret dignū recitatōe ⁊ scri/
ptura? Si enim fecisset. cur non fuisset scri/
ptum sicut reliqua facta sua? Omnino stu/
por videtͤ. Sed attende hic bene. quia pa/
tenter videre poteris ꝙ nihil faciendo fecit
magnifica. Nihil enim de factis suis a my/
sterio vacat. sed sicut virtuose operabatur.
sic virtuose tacebat. quiescebat. ⁊ se subtra/
hebat. Magister ergo summus aliquādo
docturus virtutes ⁊ viam vite. cepit a sua

iuuentute opa facere ꝟtuoſa. ſed mō mira/
bili ⁊ incognito. ac retroactꝭ tpibꝫ inaudito.
ſe vicȝ reddendo in ꝯſpectu hoīm inutilē ⁊
abiectū ⁊ inſipientē. vt deuote ⁊ ſine omi te
meraria aſſertiōe cogitari pōt. Nulla tñ in
hac meditatōe tibi affirmo. q̄ ꝑ auctē ſacre
ſcripture vel doctoꝝ ſacroꝝ non ꝓbanꝭ. vt
etiā in ꝑncipio tibi dixi. Subtrahebat ḡ ſe
a ꝯſortio ⁊ ꝯuerſatōe hoīm. Ibat ad ſyna/
gogā (.i. eccīam) ſtabat multū ibi in oꝛone.
in loco vilioꝛi ſe ponēs. redibat domū. ſta/
bat cū mr̄e. ⁊ aliqn̄ ſuū nutricium adiuua/
bat. ꝑtrāſibat eundo ⁊ redeundo int̄ hoīes
ac ſi nō videret hoīes. Mirabanꝭ cūcti cer/
nētes iuuenē tā ſpecioſum nihil facere qḋ
apparebat laude dignū. Expectabāt eñ ꝙ
magnifica faceret. ⁊ opa ꝓbi viri. Cū eñ pu/
er erat ꝓficiebat etate ⁊ ſapia corā deo ⁊ ho/
minibꝫ. ſed creſcēs ⁊ ꝑueniens a .xij. āno vſ/
ꝗ .xxx. ⁊ vltra nulla opa faciebat ꝑtendētia
ſpeciē aliquā ꝓbitatis ⁊ virilitatꝭ. ſtupebant
vehementꝭ ⁊ deridebāt eū dicentes. Iſte eſt
q̄dā inutil. ipē ē idiota ⁊ hō de nihilo ⁊ ſtul/
tus ⁊ inſipiēs. Nec etiā lr̄as diſcit. ⁊ int̄ gen/
tes in ꝓuerbiū venit. ꝙ erat grādis ⁊ capti/
uus. Et hūc viuendi moꝛē ſic tenacit̄ tene/
bat ⁊ ꝯtinuabat/ꝙ apud oēs cōiter erat vi/
lis. ⁊ abiectꝰ reputabaꝭ. Qḋ bñ ante ꝑ ꝓphe/
tā dictū fuit in ꝑſona eiꝰ. Ego ſum vermis ⁊
nō hō ⁊c̄. Vides ḡ q̄d faciebat nihil facien/
do. reddebat ſe vilē ⁊ abiectū vt dixi oībꝫ.
ſed an h̄ tibi paꝝ videꝭ. ipē q̄dē non indige/
bat ſed ego. Certe in opibꝫ nr̄is nullū maiꝰ
reputo nec difficiliꝰ cognoſco. Ad altiſſimū
gradū mihi ꝑueniſſe videꝭ. q̄ ad hoc ꝑuenit.
vt ex coꝛde ⁊ aīo vero nō ficto ita ſe vincit
ac dn̄aꝭ aīo ſuo. ac ſuꝑbo ſuꝑcilio carnis ſue
ꝙ nolit aliq̄d reputari. ſed ſꝑni vt abiectꝰ et
vilis. Maiꝰ eſt h̄ ꝙ̄ vincere vꝛbes iuxta ſen/
tentiā Salomōis Prouer. xvj. dicētꝭ. Me/
lioꝛ eſt patiēs viro foꝛti. ⁊ q̄ dn̄aꝭ aīo ſuo ex/
pugnatoꝛe vꝛbiū. Vſqꝫ ḡ ꝑuenias ad hūc
gradū nihil tibi videarꝭ feciſſe. Nā cū in ve/
ritate oēs ſimꝰ inutiles etiā cū oīa bñ fece/
rimus iuxta ꝟbum dn̄i. quiſqꝫ in h̄ abiectio/
nis gradu nō ſumꝰ. adhuc ī ꝟitate nō ſumꝰ.
ſed in vanitate ꝯſiſtimꝰ ⁊ ambulamus. Qḋ
etiā apl's māifeſte oſ̄dit di. ad Gal. vj. Qui
ſe exiſtimat aliq̄d eſſe cū nihil ſit. ipē ſe ſedu/
cit. Si ḡ q̄ras quare dn̄s ih̄s hoc faciebat.
Rñdeo tibi. nō q2 indigeret. ſed vt nos in/
ſtrueret. Vñ ſi nō diſcimꝰ. inexcuſabiles ſu/
mus. Abhoīabile ꝑꝛſus eſt. ſi ſe erigit ꝟmi/
culus ⁊ vermiū eſca futurꝰ. vbi ſic ſe humili/
ans abiecit dn̄s maieſtatꝭ. Si aūt abſur/
dū alicui videaꝭ. ꝙ ſic inutilit̄ ſtaret. ⁊ ꝙ euā/
geliſte multa obmiſerūt. ⁊ ſilīa dicat. rñde/
ri pōt. ꝙ nō erat inutile tante ꝟtutꝭ exēplū ꝑ/
bere ⁊ facere. imo erat vtiliſſimū ⁊ oīm ꝟtu/
tum rectū ac ſtabile fundamētū. Sed ⁊ ex
ꝟbis ipiꝰ in euāgelio Ioh. xvj. ſic habemꝰ.
Cū venerit paraclytꝰ quē ego mittā vobꝭ a
pr̄e ſpūȝ veritatꝭ q̄ a pr̄e ꝓcedit. ille teſtimo/
niū ꝑhibebit de me. ⁊ vos teſtimoniuȝ ꝑhi/
bebitis. q2 ab initio mecuȝ eſtis. ſ. ꝓdicato/
res. Et petrꝰ in electōne ſcī Matthie apl'i
dicit. Opoꝛtet ex his viris ⁊c̄. q̄ intrauit int̄
nos dn̄s ih̄s incipiens a baptiſmate iohīs
⁊c̄. Tūc aūt erat incipiēs q̄ſi annoꝝ .xxx. ſed
nec ipē iohēs eius ꝑcurſoꝛ fuiſſet. ſi dn̄s ie/
ſus ꝑus eo ꝓdicare cepiſſet. Itē ſi ꝑus ince/
piſſet. quō nō fuiſſet notꝰ in tot annis a vi/
cinis. q̄ dicebāt. Nōne h̄ eſt fabri filꝰ. cū po/
ſtea in paruo tpe filꝰ dauid vocareꝭ etiaȝ a
ſociꝭs. Si ḡ citius incepiſſet. vel aliq nota/
bilia feciſſet. ſcripta eſſent vl' ſaltē aliqua ex
eis. nec ſic ex toto oēs euāgeliſte tacuiſſent.
Hoc aūt qḋ dico videꝭ ipē Bern̄. ſentire vt
habebis in primo tractatu in vltima aucte
Quōcūqꝫ ſe habeat ꝟitas. ego ſic meditari
piuȝ valde puto. Fabricabat ḡ dn̄s ih̄s ſic
faciendo gladiū hūilitatꝭ vt ꝑ ꝓpham fuerat
dictū ei. Accingere gladio tuo ſuꝑ femur tu/
um potētiſſime. Nullo q̄ppe decētiꝰ gladio
ꝙ̄ hūilitatis. decebat ſuꝑbū aduerſariū iu/
gulare. Nā gladio ſue magnitudinis nō le/
gimꝰ ꝙ fuerat vſus. ſed potiꝰ ꝯtrariū ꝑ illo
tpe. q̄ maxime indiguiſſet. ſcȝ tpe paſſiōis.
Idē ꝓpheta ꝯq̄ſtus eſt ad deū pr̄em ꝓ filio
dicens. Auertiſti adiutoꝛiuȝ gladij eius. ⁊
nō es auxiliatꝰ ei in bello. Habes ḡ quō
dn̄s ih̄s cepit ꝑus facere ꝙ̄ docere. Doctu/
rus ei erat. Diſcite a me q2 mitꝭ ſuȝ ⁊ hūilis
coꝛde. Hoc ḡ ꝑmo facere voluit. ⁊ nō ficte.
ſȝ ex coꝛde faciebat. ſic ꝟe ⁊ ex coꝛde hūilis
erat ⁊ mitis. Nō poterat ī eū cadere ſimula/
tio. ſȝ potiꝰ intrīn fundauit ⁊ ꝓfundauit ſe in
hūilitate ⁊ vilitate ⁊ abiectōe. ⁊ ſic etiā ſe in
ꝯſpectu oīm ānihilauit. ꝙ etiā poſtꝙ̄ ꝓdica/
re incepit. ⁊ loq̄ altiſſima ⁊ dina. ⁊ etiā face/
re miracula ⁊ magnifica opa. non reputa/
bant eū. ſed vilipendebant ⁊ deridebāt. di/
centes. Quis eſt hic? Nonne hic eſt fabri fi/
lius? et alia ſimilia deriſoꝛia et deſpectiua.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Verificatū ģ ē ẜ hūc itellectū ỽbū apli dicē-
tis. Exinanivit ſeipm formā ſui accipiēs. ⁊
nō ſolū cuiuſq̧ ſui p incarnationē. ſed īuti-
lis ſui p hūilē ⁊ abiectā ꝯuerſationē. Vis ģ
videre ꝙ potētiſſime hūc gladiū ſibi accin-
xerit ꝯſidera ſingulos eius actꝰ. ſp in eis relucet
hūilitas. vidiſti in ſupioribꝫ. reducas hū in
memoriā. Habemꝰ in ſeqntibꝫ etiā ī multꝭ.
ꝙ augmentatā vſq̧ ad mortē fidē ei ſuavit.
etiā poſt mortē. necnō etiā pꝰ aſcēſionem.
Nōne in fine lavit pedes diſciplorū? Nōne
hūiliatꝰ vltra ꝙ̄ dici poſſet crucꝭ patibulū
ſuſtinēdo? Nōne pꝰ reſurrectōēz glorificatꝰ
vocabat diſciplos ſuos frēs? Vade (dixit
magdalene) ⁊ dic fribꝫ meis. Aſcēdo ad pa-
trē meū ⁊c. Nōne etiā pꝰ aſcēſionē locutꝰ eſt
paulo hūilit̄ qi ad cōparē ſuū. Saule ſau-
le qd me pſeqris? Nec ibi noīavit ſe deū ne-
ꝗ ihm. Nōne ⁊ in ſede maieſtatꝭ ſue ꝯſiſtēs
dicturꝰ eſt ī die iudicij? Q̄diu feciſtꝭ vni ex
his fribꝫ meis mīimis. mihi feciſtis Nō ſine
cā ỽtutē hāc tm̄ amavit. Sciebat em̄ ſicut ē
iniciū pcti ſupbia ſic fundamētū oīs boni ⁊ ſa-
lutis hūilitas. Sine h̄ fundamēto fruſtra
fit edificiū. Vñ nec de ỽginitate nec de pau-
pertate nec de aliq̄ ỽtute vel ope ſine hūili-
tate ꝯfidas. Hic ģ ipam fabricavit. i. oñdit
qlit̄ poſſit acqri. ſ. p vilificationē ⁊ p abiecti-
onē ſuipſiꝰ in ſuo ⁊ alioꝝ ꝯſpectu ⁊ p ꝯtinuū
exercitiū hūiliū opeꝝ. Vade ģ ⁊ tu fac ſilr̄.
ſi hūilitatē vis adipiſci. Oportet eni ꝙ pce-
dat hūiliatio. i. ſui vilificatio ⁊ exercitatio vi-
liū opeꝝ ⁊ hūiliū. De q̄ ſic ait Bern. in epla
ad egregiū canonicū ſecularē. Hūilitas ad
quā vtiq̧ ducit hūiliatio. totiꝰ eſt ſpūalis fa-
brice fundamētū. Siqdē hūiliatio via eſt
ad hūilitatē, ſic patiā ad pacē. ſic lectō ad ſci-
entiā. Si ỽtutē appetꝭ hūilitatꝭ. viā nō refu-
gias hūiliatōis. Nā ſi nō poterꝭ hūiliari nō
poteris ad hūilitatē pvehi. Idē. xxxiiij. Cā-
tico. Oportet hūilit̄ ſentire de ſe. nitentē
ad altiora. ne dū ſup ſe attollit̄. cadat a ſe.
niſi in ſe firmit̄ p verā hūilitatē fuerit ſoli-
datꝰ. Et qꝛ niſi hūilitatꝭ merito maīa mi-
nime obtinent̄, ꝓpterea q̄ pvehēdꝰ eſt cor-
reptiōe hūiliat̄. hūilitate meret̄. Tu ģ cū te
hūiliari viderꝭ. habeto ſignū illud in bonū.
oīno argumētū eſt grē appropinqntꝭ. Nā ſic
ante ruinā exaltat̄ cor. ita ⁊ añ exaltationē
hūiliat̄. Sane vtrūq̧ legꝭ. deū. ſ. ⁊ ſupbis re-
ſiſtere. ⁊ hūilibꝫ dare grām. At par eſt. cū p
ſeipm nos hūiliat deꝰ. ſi tunc libent̄ accipi-
mus. niſi qñ ⁊ p aliū h̄ facit. ſapiamꝰ ſimilit̄.
Quobrē accipe hꝰ rei mirabile documentū
de ſctō david. Aliqñ maledictū eſt ei etiā a
ſuo. at ille nec cumulatā iniuriā ſenſit. qꝛ p̄-
ſenſit grām. Quid mihi ait ⁊ vob filij ſaruie.
O vere hoīem ſcḿ cor dei. qui ſe vlciſcēti po-
tius ꝙ̄ exprobrāti ſuccēſendū vel iraſcēdū
putavit. Vñ ⁊ ſecura ꝯſcīa loqbat̄. Si red-
didi retribuenti ⁊c. Et de hac ỽtute hec ad
pñs ſufficiāt. Et redeamꝰ ad intuendos
actꝰ ⁊ vitā dñi ieſu ſpeculi nr̄i. ſic ē pncipa-
le nr̄m ꝓpoſitū. Igit̄ te oībꝫ pñtē exhibeas
vt ſepiꝰ tibi dixi. Et ꝯſidera illā ſup oēs ali-
as bñdictā familiā parvā. ſed valde excelſā
paupem ⁊ hūilē vitā ducentē. Felix ioſeph
ſenex q̄rebat qđ poterat de arte lignamīs.
dña vero acu ⁊ colo pcio laborabat. Facie-
bat ⁊ alia domꝰ obſequia q̄ multa ſūt. vt tu
meliꝰ noſti. Parabat victū ſponſo ⁊ filio et
alia expedientia faciebat. nō em̄ hēbat ſui-
entē. Cōpatere ģ ſibi quā ſic ſuis manibꝫ la-
borare oportet. Cōpatere etiā dño ihū. q̄a
ipe eā adiuvabat. fidelit̄ laborabat ī his q̄
poterat. Venit em̄ vt ipe ait miſtrare et nō
miſtrari. Nōne ģ ipōnēda mēſula. cubilibꝫ
aptādis ⁊ alijs ſecretioribꝫ domꝰ eā adiu-
vabat. Intuere ģ eū hñ hūilia obſequia per
domū facientē. Et nihilominꝰ etiā dñam
intuere. Cōſpice etiā qlit̄ ipi tres ſil̄ come-
dūt ad vnā menſulā p ſinglos dies. nō lau-
tas ⁊ exq̄ſitas. ſ; paupes ⁊ ſobrias cenas ſu-
mentes. Et qlit̄ poſtea colloquunt̄. nō in-
ania ⁊ ocioſa ỽba. ſed plena ſapīa ⁊ ſpūſctō.
nec minꝰ mēte reficiunt̄ ꝙ̄ corpe. Et qliter
pꝰ aliqlē recreatōnē ad orōnē ſe ꝯvertūt in
cubilibꝫ ſuis. nō eī erat eis domꝰ ampla ſ;
pva. Meditare et tria cubicula. ſ. vnū p q̄-
libet eoꝝ. ⁊ intuere dñm ihm ſup vnū in ſe-
ro pꝰ orōnē ſe cōponere p ſingulas noctes
tā lōgiſſimi tpis ſic hūilit̄. ſic vilit̄. vt q̄cūq̧
aliꝰ paupculꝰ de pplo. ſic etiā pſeverant̄ qli-
bet ſero in h̄ ſtrato deberes eū aſpicere. O
deꝰ abſcondite q̄re ſic affligebatꝭ corpꝰ iſtō
innocentiſſimū. vnius q̄ppe noctꝭ pegrina-
tio ſufficere debebat ad totius mūdi redē-
ptionē. Amor ad h̄ cōpellebat īmēſus. vehe-
ment̄ zelabatꝭ p oue pdita. vr̄is humerꝭ ad
celeſtia paſcua reportāda. Vos rex regū et
deꝰ et̄ne qui oīm penuriā ſublevatꝭ. oīa ſub-
miniſtratꝭ oībꝰ abūdant̄ put exigit cuiq̧ cō-
ditio. Vob tātā paupertatē vilitatē ⁊ aſpitatē
vigilādo. dormiēdo. abſtinēdo. comedēdo.

⁊ aliJs v̄ris oīb⁹ actib⁹ ꝑ tā longa t̄pis ſpa/
cia refuaſtis. Ubi ḡ ſūt q̄rētes ocia corꝑis.
q̄rentes curioſa ornamēta ⁊ varia. Nō di/
dicim⁹ in ſcola h⁹ mgr̄i q̄ talia volum⁹. ſed ⁊
nunq̄d ſapiētiores eo ſum⁹. Ipē nos docu
it v̄bo ⁊ exēplo hūilitatē. pauꝑtatē. afflictio/
nē corꝑis ⁊ laborē. Seq̄mur ḡ ſūmū mgr̄m
q̄ nec fallere vult nec falli p̄t. Et hn̄tes iux/
ta doctrinā apl̄i victū ⁊ veſtitū. his cōtenti
ſim⁹ ad ꝯgruentē neceſſitatē. nō ſuꝑhabun/
dantiā. AliJs etiā v̄tutū exercitiJs ⁊ ſp̄ūali
ſtudio ꝯtinue indeſinent̄ ⁊ vigilātiſſime in/
ſiſtentes ⁊c.

De baptiſmo dn̄i no/
ſtri ieſu chriſti. Capl̄m. xvij.

Completis ḡ. xxix. annis etat̄ ſue. q̄/
bus vt dictū eſt ſic penoſe vixerat ⁊
abiecte. Dicit dn̄s ih̄s mr̄i. Temp⁹
eſt vt vadā ⁊ glorificē ⁊ manifeſtē p̄rem me/
um. ⁊ oñdā me mōo ⁊ operer aīaꝝ ſalutē ꝑ
q̄ me p̄r huc miſit. Cōfortere ḡ mr̄ bona. q̄
cito redibo ad te. ⁊ genuflectēs hūilitat̄ ma/
giſter petiJt bn̄dictionē. Ipa v̄o ſil̄r genu/
flectens ⁊ cū lachrymis eū amplexās tener/
rime dixit. Fili mi bn̄dicte vade cū bn̄dicti/
one p̄ris tui ⁊ mea. eſto mēor mei. citoq̄ re/
dire memēto. Sic ḡ reuerent̄ ſe licentians
ab ea ⁊ nutricio ſuo Joſeph. iter arripuit a
nazareth v̄ſus hierl̄m ad iordanē vbi erat
iohēs baptizās. q̄ loc⁹ diſtat a hierl̄m. xviij
miliaria. Uadit aūt ſol⁹ dn̄s mōi. nōdū em̄
hēbat diſcipulos. Intuere ḡ eū ꝓ deo dili/
gent̄ quō vadit ſolus. pedib⁹ nudis. ꝑ tam
longa itinera. ⁊ vehement̄ eidē cōpatere. O
dn̄e. ḡ tranſit̄. Nōne vos eſtis ſuꝑ oēs re/
ges t̄re. O dn̄e. vbi ḡ ſunt barones ⁊ comi/
tes. duces ⁊ milites. equi ⁊ cameli. elephan/
tes ⁊ curr⁹. harneſiJ ⁊ famuli ⁊ frequētia co/
mitiue. Ubi ſūt q̄ vos circūdēt ⁊ defendāt
ab irruentib⁹ turbis. vt mos eſt alioꝝ regū
⁊ viroꝝ magnoꝝ. Ubi ſunt tubaꝝ clangor.
inſtrumentoꝝ ſonit⁹. ⁊ vexilla regalia. Ubi
ſunt q̄ p̄cedāt ad hoſpicia ⁊ neceſſaria p̄pa/
rāda. Ubi ſunt honores ⁊ pompe q̄b⁹ nos
v̄miculi vtimur. Nōne dn̄e pleni ſunt celi ⁊
t̄ra gl̄a v̄ra. quō ḡ ſic itis inglori⁹. Nōne vos
eſtis cui mille milia miſtrabāt ī regno v̄ro
⁊ decies cētena milia aſſiſtebant. Cur ḡ ſic
ſolus incedit̄ calcādo t̄ram pedib⁹ nudis.
Sȝ nō eſtis ī regno v̄ro mō. quā puto cāȝ.
Nā regnū v̄r̄m nō eſt de h̄ mōo. Exinaniſt̄
vosipm̄ ſumēdo formā ſui. nō regis. Fact⁹
eſtis ſic vn⁹ ex nob. ꝑegrin⁹ ⁊ aduena ſic oēs
p̄res n̄ri. fact⁹ eſtis ſu⁹ vt nos reges fiam⁹.
Ueniſtis em̄ vt nos ad regnū v̄r̄m adduce/
ret̄. viā ponēdo an̄ oculos n̄ros ꝑ quā illuc
aſcēdere valeam⁹. Sed q̄re illā negligim⁹.
q̄re vos nō ſeq̄mur. q̄re nō hūiliamus nos/
ipos. q̄re honores ⁊ pompas. caduca ⁊ va/
na ſic auide q̄rim⁹ ⁊ tenem⁹. Certe q̄ re/
gnū n̄r̄m ē de h̄ mōo. nec ꝯſideram⁹ nos eē
ꝑegrinos. ⁊ p̄pterea oīa iſta mala incurrim⁹.
O vani filiJ hoīm. cur vana ꝓ veris. caduca
ꝓ firmis ⁊ certis. t̄palia ꝓ et̄nis acceptam⁹.
⁊ ſic ſtudioſe amplectimur. Certe bone dn̄e
ſi mēte fixa ſuſpiraremꝰ nos eē ꝑegrinos et
aduenas. facilit̄ vos ſeq̄remur. ⁊ ex his viſi/
bilib⁹ t̄m neceſſaria ſumētes nō retardare/
mus poſt vos currere ī odorē vngētoꝝ ve/
ſtroꝝ. Eſſem⁹ em̄ ſine ſarcina ⁊ iſta trāſito/
ria q̄ ī iā trāſacta reputarem⁹ ⁊ leuit̄ ſperne/
rem⁹. Uadit ḡ dn̄s ih̄s ſic hūilit̄ cōtinuat̄
dietis q̄uſq̄ ꝑueniat ad iordanē. Cū ḡ veīt
ad iordanē. inuenit iohēm baptizantē pc̄tō/
res. ⁊ turbā magnā q̄ illuc ꝯcurrerat ad p̄/
dicationē ip̄i⁹. Habebāt eī eū q̄ xp̄m. Di/
cit ḡ ei dn̄s ih̄s. rogo te vt me cū iſt̄ bapti/
zes. Johēs v̄o intuēs ⁊ eū ſp̄ū cogſcens. ti/
muit ⁊ reuerenter dixit. Dn̄e ego a te debeo
baptizari. Cui dn̄s ih̄s. Sine mō. Sic eī
decet nos īplere oēm iuſticiā. Non dicas h̄
mō. nec me diuulges. q̄ nōdū veīt t̄ps me/
um. ſȝ me baptiza. nūc em̄ ē t̄ps hūilitat̄. et
iō implere volo oēm hūilitatē. Attende ḡ
tu etiā hic de hūilitate. nā loc⁹ eſt de ip̄a tra/
ctādi. Et debes ſcire q̄ ſic in h̄ loco dic̄ glo.
Hūilitas hȝ tres grad⁹. Prim⁹ eſt ſubdere
ſe maiori ⁊ nō p̄ferre ſe eq̄li. Sc̄ds ē ſubde/
re ſe eq̄li. ⁊ nō p̄ferre ſe miori. Terci⁹ ⁊ ſum/
mus ē ſubdere ſe miori. ⁊ hūc gradū h̄ tenu/
it xp̄s. ⁊ iō oēm hūilitatē impleuit. Uides
quō augmētata eſt ei⁹ humilitas a p̄cedenti
tractatu. Subiecit em̄ hic ſe ſuo ſuo. ſe vili/
ficat ⁊ ſuū ſuū iuſtificat ⁊ magnificat. Sed
in alio ꝯſidera quō creuit hūilitas. nā vſq̄
mō ꝯuerſat⁹ ē hūilit̄ q̄ inutil̄ ⁊ abiect⁹. Hic
etiā pc̄tōr voluit appere. Pc̄tōrib⁹ eī p̄dica/
bat iohēs pn̄iam ⁊ baptizabat. Et dn̄s ih̄s
int̄ eos. ⁊ corā eis voluit baptizari. Hic au/
tē quātū ad h̄ ſic dicit Bern̄. ꝑmo ſmōe epi/
phanie. Inter popl̄ares turbas ad baptiſ/
mū iohīs aduenit. Uenit tāq̄ vn⁹ de p̄plo q̄
ſolus erat ſine peccato. Quis eī tūc crederet
filiū dei. q̄s putaret dn̄m maieſtat̄. Ualde
q̄dē hūiliaſ̄ dn̄e. nimis abſcōderis. ſȝ iohēs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

latere nõ poterꝫ. Hucuſqꝫ Bern̄. Et licꝫ idẽ
dici poſſet de circũciſiõe. qꝛ ibi voluit appa/
rere pctõꝛ. tñ h plus. qꝛ h corã turba publi/
ce. ibi occulte. Sed nõne h timendũ fuerat
cũ ipſe amodo vellet intẽdere ad p̄dicandũ
ne ſperneret tãqꝫ pctõꝛ. Sed nõ ꝓpterea di/
miſit hũilitatẽ mgr̄ q̄n ꝓfundiſſime ſe hũili/
aret. Ipſe ẽ voluit appere qd̄ nõ erat i abie/
ctione ꝛ deſpectuꝫ ſui. ſp nos inſtruẽdo. At
ↄtra nos volum⁹ appere qd̄ nõ ſum⁹ i lau/
dem ꝛ gl'am nr̄am. Si q̄d eñ in nob videt
ẽ ꝓbitatꝫ oñdim⁹. defect⁹ v̄o celam⁹ cũ ſim⁹
pctõres ꝛ mali. Qual' humilitas nr̄a. Audi
ſup h nõ me ſꝫ Bern̄. q̄ ait ſmo. xlij. Canti.
Eſt hũilitas quã caritas format ꝛ inflãmat
ꝛ eſt hũilitas quã nob v̄itas parit. ꝛ nõ hꝫ
calorẽ. atqꝫ h q̄dẽ in cognitõe. illa in affectu
ↄſiſtit. Etenĩ ſi tu temetip̄m int⁹ ad lumen
v̄itatꝫ ꝛ ſine diſſimulatõe iſpicias. ꝛ ſine pal/
liatione diiudices nõ dubito q̄n hũilieris.
tu in ocul' tuis fact⁹ vilioꝛ tibi ex hac vera
cognitõe tui. q̄uis necdũ fortaſſe illud eſſe
patiarꝫ in ocul' alioꝝ. Eris ẽ humil'. ſed de
ope iterim v̄itatꝫ. ꝛ minime adhuc de amoris
infuſiõe. Nã ſi v̄itatꝫ ip̄i⁹ q̄ te tibi veraciter
atqꝫ ſalubrit' demõſtrauit. ſic ſplẽdoꝛe illu/
minat⁹ ita affectus amoꝛe fuiſſes. voluiſſes nõ
pculdubio qd̄ in te ẽ eandẽ de te oẽs tenere
ſniam quã ipſe apud te v̄itatẽ hr̄e cognoſcis
Sane qꝛ tr̄e dixeri. qm̄ plerũqꝫ nõ expe/
dit inoteſcere oĩb oĩa q̄ nos ſcim⁹ de nob.
atqꝫ ip̄a veritatꝫ caritate ꝛ caritatꝫ veritate ve/
tamur palã fieri qd̄ noceat agſcẽti. Alioq̄n
ſi p̄uato amoꝛe tui tent⁹. detines pit' ĩtra te
iudiciũ veritatꝫ incluſuꝫ. cui dubiuꝫ ẽ min⁹
te veritatẽ diligere. cui ꝓpriũ p̄fers l' cõmo/
dũ vel honoꝛẽ. Et infra. Tũc ſi iã apud te/
metip̄m hũiliat⁹ fuerꝫ. neceſſaria illa hũili/
tate quã ſcrutãs coꝛda ꝛ renes v̄itas ſenſi/
bus ingerit aĩe vigilantꝫ. adhibe voluntatẽ
ꝛ fac de neceſſitate v̄tutẽ. qm̄ nll'a ẽ v̄t⁹ ſine
ↄuenientia voluntatꝫ. Sic aũt fiet illud. ſi
nolis alit' appere foꝛꝫ qꝫ te inuenis int'. A/
lioq̄n time. ne ↄ teip̄o legas. Qm̄ doloſe e/
git in cõſpectu ei⁹. vt iueniat iniq̄tas ei⁹ ad
odiũ. Pond⁹ inq̄t ꝛ pond⁹ abhoĩatio ẽ apd̄
deũ. Quid eñ. Tu te dep̄ciarꝫ in ſecreto apd̄
teip̄m v̄itatis trutina ponderat⁹. ꝛ foꝛꝫ alte/
ri⁹ p̄cij mẽtiens. maioꝛi te pondere vendis
nob qꝫ ab ip̄a accepiſti. Time deum et noli
hãc rẽ peſſimã facere. vt quẽ hũiliat veritas
extollat volũtas. Hoc eñ ẽ reſiſtere v̄itati.

h pugnare ↄ deũ. Magis aũt acq̄eſce deo.
ꝛ ſit volũtas ſubdita v̄itati. nec tm̄ ſubdita.
ſed ꝛ deuota. Nõne deo inq̄t ſubiecta erit
aĩa mea. At parꝫ ẽ eſſe ſubiectũ deo. niſi ſiꝫ
oĩ hũs ne creature ꝓpter deũ: ſiue abbati tã/
qꝫ p̄cellenti. ſiue p̄oꝛib ab eo ↄſtitutis. Ego
pl⁹ dico. ſubdere parib. ſubdere ꝛ mioꝛib.
Sic eñ decet nos inq̄t iplere oẽm iuſticiã
Vade ꝛ tu ad minoꝛẽ. ſi vis i iuſticia eẽ pfe/
ctus. defer iſerioꝛi. mioꝛi te inclinato. Huc/
uſqꝫ Bern̄. Idẽ ſmo. xlvij. Cant. ſic dicit.
Quis iuſt⁹ niſi humil'. Deniqꝫ cũ ſe ma/
nib baptiſte. ſ. ſui dñs inclinaret. ꝛ ille ex/
paueſceret maieſtatẽ. Sine inq̄t. ſic decet
nos implere oẽm iuſticiã. ↄſũmatõem pfe/
cte iuſticie in hũilitatꝫ pfectõe ↄſtituẽs. Iu/
ſtus ẽ hũilis. Hucuſqꝫ Bern̄. Hec aũt iu/
ſticia in h appet in hũili. qꝛ reddit vnicuiqꝫ
ius ſuũ. nõ ſumit alienũ. ſed honoꝛẽ dat do
ꝛ ſibi retinet vilitatẽ. Hoc v̄o meli⁹ cogno/
ſces ſi ↄſideraueris iiuſticiã elati qui bona
dñi ſibi attribuit. De q̄ ideꝫ Bern̄. ſic dicit
lxxxiiij. Cant. Sic ẽ de magnis bõis mala nõ mini
ma oriri ſolẽt. cũ facti eximij de bonis domi/
ni. vtimur donis tãqꝫ nõ datis. nec damus deo
gl'iam. Ita pfecto q̄ maximi videbant' p ac/
cepta gr̄a. p reddita mimi reputãt' apud de/
um. Ego aũt parco vob. plus ſum modeſti/
oꝛib vocib. maxio mĩmoqꝫ. ſed qd̄ ſentio
nõ expſſi. diſcrimẽ inuolui. ip̄e nudabo. op/
timũ peſſimũqꝫ dixiſſe debuerã. Nã vere ꝛ
abſqꝫ dubio eo q̄ſqꝫ peſſim⁹. q̄ optimus ẽ. ſi
hoc ip̄m q̄ optim⁹ ẽ aſcribit ſibi. Nẽpe peſ/
ſimuꝫ h. q̄ ſi dicat q̄s. Abſit. Agnoſco. Gr̄a
dei ſum id qd̄ ſum. ſtudeat aũt captare gl'am
p gr̄a quã accepit. nõne fur ẽ ꝛ latro. Audi
at q̄ eiuſmoĩ ẽ. Ex oꝛe tuo te iudico ſue nequã
Quid nequi⁹ ſuo vſurpante ſibi gl'am dñi
ſui. Hucuſqꝫ Bern̄. Vides quõ pfectio iu/
ſticie i hũilitate ↄſiſtit. ꝛ nõ ſurripit honoꝛẽ
deo. nec ſibi attribuit q̄ non dꝫ. certe nec le/
dit ꝓximũ. nõ eñ diiudicat eũ. nec alicui ſe p̄/
fert hũilis. ſe mioꝛẽ oĩb reputat. ꝛ locũ no/
uiſſimũ eligit ſibi. De q̄ idẽ Ber. ſic dic' Cã/
ti. xxxvij. Quid ſcis o hõ ſi vn⁹ ille quẽ foꝛ/
te oĩm viliſſimũ atqꝫ miſerrimũ reputas. c⁹
vitã ſceleratiſſimã ac ſingularit' fediſſimaꝫ
hoꝛres. ꝛ ꝓpterea illũ putas ſp̄nẽdũ. nõ mõ
p̄ te. q̄ forte iam ſobrie ꝛ iuſte ꝛ pie viuere te
confidis. ſed etiã pre ceteris omnib ſcelera/
tis tanq̄ꝫ omniũ ſceleratiſſimum. quid ſcis
inq̄ꝫ ſi melioꝛ ꝛ te ꝛ illo ſ mutatõe dextere ex/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

celſi in ſe q̄dez futur⁹ ſit. in deo vero iā ſit. Et
ꝓpterea nō mediocrē nō vel penultimū. nō
ip̄m ſaltē int̄ nouiſſimos eligere locū nos
voluit. Sed recūbe inq̄t in nouiſſimo loco.
vt ſolus vicȝ oīm nouiſſim⁹ ſedeas. tecꝫ ne/
mini nō dico p̄feras. ſȝ nec cōpare p̄ſumas
Hucuſqꝫ Bern̄. Hec hūilitatꝭ virt⁹ multi/
plicibꝫ auctatibꝫ cōmendat̄ ab eodē Bern̄.
Dicit em̄. lxxxv. Cant. Magnifica res ꝛ ſubli/
mis ꝟtus humilitas. q̄ p̄meret̄ qđ nō docet̄.
digna adipiſci qđ nō valet addiſci. digna a
ꝟbo ꝛ de ꝟbo cōcipe. qđ ſuis ip̄a ꝟbis expli/
care nō p̄t. Cur hoc? Nō q᷑ ſit meritū. ſed q᷑
ſic eſt placitū corā p̄reꝟbi ſponſi aīe ieſu xp̄i
dn̄i nr̄i q̄ eſt ſup omia de⁹ bn̄dict⁹ in ſecula.
Idē in ſermo. de gradibꝫ hūilitatꝭ. Humili/
tas ē virt⁹ q̄ hō veriſſima ſui cognitōe ſibi/
ip̄i vileſcit. Idez in ſmō᷑ de natiuitate dn̄i.
Sola ꝟtus hūilitas leſe ē caritatꝭ reparatio.
Idē in ep̄la ad hereticū. Sola pfecto non
ſolet gl'iari. nō nouit p̄ſumere. ꝯtēdere non
ꝯſueuit hūilitas. nō ꝯtendit iudicio. nō p̄tē/
dit iuſticiā. q᷑ vere hūilis eſt. Porro hūili/
tas deo nos recōciliat. deo placꝫ in nobis.
Idē ſup Miſſus ē gabriel. Semp ſolet eē
diuīe gr̄e familiarꝭ ꝟtus hūilitas. Nimirū
ꝯſuāde hūilitatꝭ gr̄a dīna ſolet pietas ordi/
nare. vt q̄nto q̄s plus pficit. eo min⁹ ſe repu/
tet pfeciſſe. Nā vſqꝫ ad extremū exercitū ſpi/
ritual' gradū ſi q̄s pfecerit aliq̄d ei de primi
grad⁹ ipfectōe relinquet̄. vt vix p̄mū ſibi vi/
deat̄ adept⁹. Idē ibidez. Pulchra p̄mixtio
ꝟginitatꝭ ꝛ hūilitatꝭ. Nec mediocrit̄ placet
illa aīa in q̄ hūilitas cōmēdat ꝟginitatē. ꝛ ꝟ/
ginitas exornat hūilitatē. Sȝ q̄nta putas
veneratiōe digna ē in q̄ hūilitatē exaltat fe/
cunditas. ꝛ part⁹ ꝯſecrat ꝟginitatē. Audis
ꝟginē. ꝛ audis humilē. Si nō potes ꝟgini/
tatē hūilis. imitare hūilitatē ꝟginis. Lau/
dabil' virt⁹ ꝟginitas. ſed magꝭ hūilitas ne/
ceſſaria. Illa ꝯſulit̄. iſta p̄cipit̄. Ad illā inui/
taris. ad iſtā cogerꝭ. De illa dr̄. q̄ p̄t cape ca/
piat. de iſta dr̄. Niſi q̄s efficiat̄ ſic paruulus
iſte nō intrabit in regnū celoꝝ. Illa ḡ remu/
nerat̄. iſta exigit̄. Potes deniqꝫ ſine ꝟginita/
te ſaluari. ſine hūilitate nō potes. Pōt inqꝫ
placere hūilitas. q̄ ꝟginitatē deplorat amiſ/
ſam. Sine hūilitate audeo dicere. nec ꝟgi/
nitas marie placuiſſet. Sup quē inq̄t req̄/
eſcet ſpūs me⁹. niſi ſup hūilē ꝛ q̄etū ꝛc. Si ḡ
maria humil' nō fuiſſet ſup eā ſpūſſctūs nō
req̄euiſſet. Si nō ſup eā req̄euiſſet. nec im/
pregnaſſet. Quō em̄ de ip̄o. ſine ip̄o cōcipet?
Patet itaqꝫ. q᷑ vt de ſpūſctō ꝯcipet. ſicut ip̄a p/
hibet. reſpexit dn̄s hūilitatē ancille ſue. po/
tius q̄ꝫ ꝟginitatē. Vn̄ cōſtat q᷑ vt placeret
virginitas. hūilitas pculdubio fecit. Quid
dicis ꝟgo ſupbe? Maria ſe virginē oblita.
gloriat̄ de hūilitate. Et tu negligēdo hūili/
tatē blandirꝭ tibi de ꝟginitate. Reſpexit ait
illa humilitatē ancille ſue. Que illa? Virgo vtiqꝫ
ſctā. virgo ſobria. virgo vtiqꝫ deuota. Nun/
quid tu caſtior illa? nunq̄d deuotior? nūq̄d
tua forte pudicicia gratior caſtitate marie.
vt ſcȝ ſine hūilitate placere ſufficias ex tua.
qđ illa nō potuit ex ſua? Deniqꝫ q̄nto hono/
rabilior es ex ſingulari munere caſtimonie.
tanto tibi tu maiorē iniuriā facis. q̄ eius
decorē fedas p̄mixtiōe ſupbie. Idē in ep̄la.
ad Henrꝭ. ep̄m. Caritas. caſtitas ꝛ humili/
tas nulli⁹ colorꝭ ſunt. ſed nō nulli⁹ decoris.
nec mediocris decorꝭ. q̄ dīnos q̄ȝ delectari
p̄nt aſpect⁹. Quid caſtitate decori⁹. q̄ mun/
dū de īmundo ꝯceptū ſemine. de hoſte do/
meſticū. angelū deniqꝫ de hoīe facit? Diffe/
runt q̄dē int̄ ſe angel⁹ ꝛ pudic⁹ hō. ſed felici/
tate. nō ꝟtute. ꝛ ſi illi⁹ caſtitas felicior. hui⁹
tn̄ fortior eē cognoſcit̄. Sola ē caſtitas q̄ in
h̄ mortalitatꝭ loco ꝛ t̄pe ſtatū q̄ndā imortal'
gl'ie rep̄n̄tat. Sola int̄ ſolēnia nuptiaꝝ. nu/
ptiaꝝ morē illi⁹ btē regiōis vendicat ſibi. in
q̄ neqꝫ nubēt neqꝫ nubent̄. p̄bēs q̄dāmō iā
celeſtꝭ illi⁹ ꝯuerſatōis experientiā. Vas inte/
rim fragile qđ portam⁹. in q̄ ꝛ crebro piclita/
mur. tenet caſtitas i ſctificatōem inſtar odo/
riferi balſami. q̄ ꝯdita cadauera incorupta
ſuant̄. ſenſus ip̄a ꝛ art⁹ ꝯtinet ꝛ ꝯſtrigit. ne
diſſoluant̄ i ocijs. ne corrūpāt̄ i deſiderijs.
ne carnis voluptatibꝫ cōputreſcāt. Verꝫ q̄n/
talibet venuſtate ſui. caſtitas eminere appa/
ret ſine caritate. tn̄ nec p̄ciū hȝ. nec meritūȝ.
Nec mirꝫ. q᷑ abſqꝫ illa nec bonū fidei ſuſci/
pit̄. etiā ſi mōtes trāſferat. Scientia nec il/
la q̄ linguis loquit̄ angeloꝝ. martyriūȝ nec
illud. ſi tradidero inq̄t corp⁹ meū ita vt ar/
deā. neqꝫ cū illa q̄dlibet exiguū reſpuit̄. Ca/
ſtitas ſine caritate. lampas ſine oleo. ſubtra/
he oleū. lāpas nō ardet. tolle caritatē caſti/
tas nō placꝫ. Iā ꝺ tribꝫ q̄ ꝓpoſuim⁹. ſola tra/
ctāda ē hūilitas q̄ duabꝫ p̄miſſis ꝟtutibꝫ i/
tm̄ eſt neceſſaria. vt abſqꝫ iſta. ille nec eſſe v/
tutes videant̄. Nempe vt caſtitas ſiue cari/
tas obtineat̄. hūilitas meret̄. Qm̄ hūilib⁹
de⁹ dat gr̄am. Seruat hūilitas etiā virtu/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tes acceptas. q² nec requieſcit ſpūs niſi ſup q̄/
etū ꝛ hūilem. ſuatas ꝯſumat. nā virt⁹ in in/
firmitate pficit̄. H̄ ē in hūilitate. inimicā oīs
gr̄e oīſqȝ initiū pc̄ti debellat ſupbiā. ꝛ tam a
ſe q̄ȝ ab alijs ꝟtutib⁹ ſupbā illi⁹ ꝓpulſat tirā/
nidē. Que q̄dē ſupbia ex alijs q̄buſcūqȝ bo/
nis viriū ſuaꝝ magis cape ſolet incremētū.
Sola hec oīm ꝓpugnaculū q̄ddā ſtriſqȝ ꝟtu/
tū. eius fortit̄ reſiſtit malicie. obuiat pſum/
ptioni. Hucuſqȝ Berñ. Igit̄ habuiſti m̄lta
ꝛ pulchra de hūilitate in tractatu pñti a ve/
riſſimo Berñ atqȝ hūillimo. Vide vt ea ēt
q̄ de alijs ꝟtutib⁹ tangit. mēte intelligas et
ope cōpleas. Sed iā ad baptiſmū dñi re/
deam⁹. Poſtq̄ȝ ḡ iohēs vidit dñi volūtatez
obediuit ꝛ eū baptizauit. Nunc ergo eū bñ
ꝯſpice. Spoliat em̄ ſe dñs maieſtat̄ ſic q̄li/
bet alius homūculus. ꝛ mergit̄ in aq̄s frigi/
dis. tp̄e frigoris magni. p nr̄o amore opat̄
nr̄am ſalutē. ꝯſtituēs ſacr̄m baptiſmi. ꝛ la/
uans crimia nr̄a. Deſponſat ḡ vniuerſalez
eccl̄iam. ꝛ ſingularit̄ oēs aīas fideles. Nam
i fide baptiſmat̄ deſpōſamur dño ieſu xp̄o.
dicēte ꝓpha in pſona ipi⁹. Sponſabo te mi/
hi in fide. Vñ hec ſolēnitas ꝛ hec operatio
magna ꝛ vtilis valde eſt. Et iō cantat eccl̄ia
Hodie celeſti ſponſo iūcta eſt eccl̄ia. q̄m
in iordane lauit xp̄s ei⁹ crimia. Et in h̄ ope
excellentiſſimo. tota ſe trinitas mō ſingula/
ri manifeſtauit ꝛ deſcēdit. ꝛ requieuit ſpūſſan/
ctus ſup eū in ſpē colūbe. ꝛ vox pr̄is intonu/
it. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ in q̄ mihi bene cō/
placui. In h̄ aūt loco dicit Berñ. Ipm in/
q̄t audite. Ecce dñe ieſu. vel nūc iā loq̄re. li/
centiā loq̄ndi hēs a p̄re. Q̄diu dei ꝟtus et
dei ſapīa q̄ī infirm⁹ aliq̄s ꝛ inſipiēs lates i
ꝑplo? Q̄diu nobilis rex. ꝛ rex celi. fabri filiū
te pater̄ appellari piter ꝛ putari? Etem̄ Lu/
cas euāgeliſta teſtat̄. q̄m adhuc fili⁹ ioſeph
putabat. O hūilitas virt⁹ xp̄i q̄ntū ꝯfūdis
ſupbiā mee vanitat̄. parū aliq̄d ſcio vl̄ ma/
gis ſcire mihi videor. ꝛ iā ſilere neſcio. nam
impudent̄ ꝛ imprudent̄ me ingerēs ꝛ oſten/
tās promptul⁹ ad loq̄ndū. velox ad docen/
dū. tard⁹ ad audiendū. Et xp̄s cū tāto tpe
ſilebat. cū ſeipm abſcōdebat nunq̄ȝ inanez
gloriam metuebat. Quid timeret ab inani
glīa. q̄ eſt vera glīa pr̄is? Vtiqȝ timebat. ſed
nō ſibi. nob̄ timebat ab illa q̄b⁹ nouerat eē
timendū. Nob̄ cauebat. nos inſtruebat. ta/
cebat ore. ſed inſtruebat opere. ꝛ qd̄ docuit
poſtea ꝟbo. iā clamabat exemplo. Diſcite a
me q² mitis ſuȝ ꝛ hūilis corde. Nā de iſan/
tia dñi paꝝ aliq̄d audio. extunc iā vſqȝ ad
hūc. xxx. annū nihil iuenio. Nūc vero iam
latere non p̄t. q² tā manifeſte demonſtrat̄ a
p̄re. Hucuſqȝ Berñ. Et h̄ eſt auctas quā in
ſupiori tractatu allegaui. p quā hēs quō ſi/
luit dñs ihs hūilit̄ ad nr̄aȝ inſtructōez. Vi/
des ḡ vbiqȝ redolere hūilitatem. De hac li/
bent̄ tibi loq̄r. q² magnifica ꝟtus ꝛ valde eſt nēcaria
ꝛ ea plurimū indigem⁹. coqȝ ſtudioſi⁹ q̄rēda
affectuoſiuſqȝ amāda. q̄ dñs in ſingul̄ ſuis
actib⁹ tam ſignant̄ ſtuduit eā obſuare.

¶ De ieiunio ꝛ tēptatōib⁹ xp̄i. Itē de redi/
tu eius ad m̄rem. De q̄ttuor q̄b⁹ puenit̄ ad
cordis puritatē. De ozone plura bona. De
reſiſtendo gule. Quare ꝛ p quib⁹ deus fecit
mirabilia. Capl̄m. xviij.

Poſtq̄ȝ dñs ihs fuit baptizat⁹ incōti/
nenti prexit in deſertū ſup quendā
montē ibi ad q̄ttuor miliaria vl̄ cir/
ca. q̄ vocat̄ quarētana. ꝛ ieiunauit. xl. dieb⁹ ꝛ
xl. noctib⁹. ꝛ iuxta Marcū erat ibi cū beſtijs
Cōſidera ḡ hic ꝛ attente ꝯſpice ipm. plu/
riū ei ꝟtutū exēpla tibi demonſtrat. Vadit
em̄ in ſolitudiē. ieiunat. orat ꝛ vigilat. iacet
ꝛ dormit in plana t̄ra ꝛ hūilit̄ cū beſtijs con/
uerſat̄. Cōpatere ḡ ei q² ſp ꝛ vbiqȝ ſed h̄ ma/
xime vita ſua penoſa eſt ꝛ corpis afflictiua.
Ac eius exēplo diſce ab eo in his exercitari
Nā q̄ttuor h̄ tangunt̄ q̄ ſpūalis exercitij
ſunt. ꝛ mirabilit̄ ſeinuicē adiuuant. ſ. ſolitu/
do. ieiuniuȝ. ozo. ꝛ afflictio corpis. Et p iſta
maxie puenire poſſum⁹ ad cordis puritatē.
q̄ puritas vtiqȝ ē nimiū poptāda. eo q̄ in ſe
oēs ꝟtutes q̄dāmō cōphēdit. Cōtinet ei ca/
ritatē. hūilitatē. patiam ꝛ ceteras ꝟtutes. et
remotionē oīm vicioꝝ. q² cū vicijs vl̄ cū de/
fectu ꝟtut̄ nō ſtat puritas cordis. Et ꝓpte/
rea i collatōib⁹ ſctōꝝ patꝝ tradit̄ q̄ totū ex/
ercitiū monachi dȝ eē ad cordis puritatez
hñdā. Hec eni ē p q̄d hō meret̄ videre deū. quā
dicēte dño i euāgē. Bti mūdo corde. q̄m ipi
deū videbūt. Et ſm Berñ. Qui clarior ē. il/
le deo ꝓpinq̄or. Eſſe aūt clariſſimū ꝓueniſſe ē
Ad hāc āt hñdā. m̄ltū valȝ ozo feruēs ꝛ aſſi/
dua. de q̄ pleni⁹ infra doceberis. Sȝ ozo cū
crapula vl̄ ingurgitatōe corpis vl̄ ei⁹ molli/
cie vel ocioſitate paꝝ valet. Et iō requirit̄
ieiunium ꝛ afflictio corpis. diſcreta tamen.
Naȝ indiſcreta impedit omne bonū. Prop/
terea ad oīm predictoꝝ ꝯſūmatiōez videt̄
facere ſolitudo. Nam cū tumultu ꝛ ſtrepitu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō pōt decent oratio fieri. ⁊ videre ⁊ audire
multa. vix fieri pt ſine impuritate ⁊ offenſa
Mors eñ intrat p feneſtras nr̄as ad aīas
Et iō dn̄i exēplo vade in ſolitudinē. i. q̄ntū
potes te ſepa ab aliaꝝ ꝯſortio ⁊ ſis ſolitaria
ſi vis ei ꝯiūgi ⁊ p puritatē cordis eū videre.
fuge etiā collocutōes ⁊ maxīe ſecularīū pſo-
naꝝ. Nō q̄ras nouas deuotōnes ⁊ amicici-
as. Nō impleas oc̄los ⁊ aures fantaſmati-
bꝰ vanis. ⁊ oīa q̄ q̄etē animi ⁊ trāq̄llitatē mē-
tis pturbāt tāq̄ꝫ venenoſa ⁊ aīe inimica de-
uita. Nō eñ ſine cā ſc̄ti p̄res petebāt nemo-
ra ⁊ loca remotiſſima ab oī hoīm ꝯuerſati-
one. Et nō ſine cā mandabāt his q̄ in ceno-
bijs remanebāt. ꝙ eſſent ceci ſurdi ⁊ muti.
Ut autē h̄ meliꝰ intelligas. Audi q̄d ſup h̄
dicit Bern̄. ſer. xl. Cant. Tu inq̄ꝫ ſi ad ſpūſ-
ſc̄ti incitamēta mouer̄ꝫ. ⁊ inardeſcīs dare ope-
rā quō aīam tuā facias ſponſaꝫ dei. ſedeas
ſm̄ ꝓpheram ſolitarius. qm̄ leuaſti te ſup te.
ſup te ē angeloꝝ dn̄o deſponſari. An nō ſup
te. adherere deo. atq̄ꝫ vnū ſpm̄ eſſe cum eo?
Sede itaq̄ꝫ ſolitariꝰ ſic̄ turtur. nihil tibi et
turbis. nihil cū multitudine ceteroꝝ. etiāq̄ꝫ
obliuiſcere pp̄l'm ⁊ domū p̄ris tui. ⁊ cōcupi-
ſcet rex decorē tuū. O ſc̄tā aīa ſola eſto. vt
ſoli oīm ſerues teipam. quē ex oībꝫ tibi ele-
giſti. Fuge publicuꝫ. fuge ⁊ ipſos domeſti-
cos. ſecede ab amicis ⁊ ab intimis ⁊ ab il-
lo q̄ tibi miſtrat. An neſcis te verecundum
hr̄e ſponſuꝫ. ⁊ q̄ nequaq̄ꝫ ſuā velit tibi idul-
gere p̄n̄tiā. p̄n̄tibꝫ ceter̄ꝫ. Secede ḡ. ſed mē-
te nō corpe. ſed intentiōe. ſed deuotiōe. ſed
ſpū. Spūs eñ ante faciē tuā xp̄s dn̄s. ſpi-
rituſq̄ꝫ req̄rit nō corpis ſolitudinē. q̄ꝫq̄ꝫ in-
terdū ⁊ corpe nō ocioſe te ſepas cū oportu-
ne potes. p̄ſertim t̄pe oroīs. Et infra. So-
lus es ſi nō cōīa cogites. ſi nō affectes p̄n̄tia.
ſi deſpicias qd̄ multi ſuſcipiunt. ſi faſtidias
qd̄ multi deſiderāt. ſi iurgia deuites. ſi dā-
na nō ſentias. ſi nō recorder̄ꝫ iniuriaꝝ. alio-
q̄n nec ſi ſolus corpe es. ſolꝰ es. Vides ne
poſſe te eſſe ſolū etiā int̄ multos. ⁊ int̄ mul-
tos cū ſolus es. Solus es in q̄cūq̄ꝫ hoīm cō-
uerſeris frequētia. tm̄ caue aliene ꝯuerſati-
onis eſſe aut curioſus explorator aut teme-
rariꝰ iudex. Hucuſq̄ꝫ Bern̄. Vides quō ne-
ceſſaria ſit ſolitudo. ⁊ quō nō ſufficit corpal'
ſine mentali. Sed vt mētalis habeat̄ opor-
tet corpalē eſſe artiſſimā. vt mens p exterio-
ra nō effluat. vt ſe cū ſponſo ſuo recolligere
poſſit. Igit̄ toto affectu. toto poſſe tuo co-

neris imitari dn̄m ihm̄ ſpōſum tuū i ſolitudīe
⁊ orōne ⁊ ieiunio ⁊ corpis afflictōibꝫ diſcre-
tis. In eo vero ꝙ cōuerſat̄ cū beſtijs. diſce
int̄ alios hūilit̄ ꝯuerſari. ⁊ eq̄nimit̄ tolera-
re etiā eos q̄ tibi videnł aliq̄n irrōnabilit̄ ſe
hr̄e. Ipm̄ aūt dn̄m ſepe in hac ſolitudīe vi-
ſita. ꝯſpiciēs eū q̄lit̄ ꝯuerſat̄ ibidē. Et maxi-
me q̄liter iacet de nocte in t̄ra. Quelibꝫ eñ
aīa fidelis deberet eū in die ſemel ad minꝰ
viſitare. Marie ab ep̄hia vſq̄ꝫ ad. xl. dies q̄-
bus ibi manebat. Cōpletis aūt. xl. diebꝫ do-
minꝰ eſuriuit. Tūc temptator acceſſit ad eū
volens explorare vtꝝ fuiſſet filiꝰ dei. Tem-
ptauitq̄ꝫ eū de gula dicēſ. Si filiꝰ dī es. dic
vt lapides iſti panes fiāt. ſed nō potuit ma-
giſtrū decipe. Talit̄ eñ r̄n̄dit. ⁊ ſic ſe habu-
it. ꝙ nec in t̄ptatōe gule ſuccubuit. nec ſci-
re aduerſariꝰ potuit quod voluit. Nō eñ
negauit nec aſſeruit ſe eſſe filiū dei. ſed eū au-
ctoritate ſcp̄ture cōuicit. Et nota hic exem-
plo dn̄i eſſe reſiſtēdū gule. Nā ab ea incho-
andū eſt ſi vicia volumꝰ ſupare. Videt̄ eñ
ꝙ q̄ gule ſuccūbit imbecillis reddat̄ ad alia
vicia deuincēda. Sic eñ dicit glo. in loco
iſto ſup Math. Niſi p̄us gula refrenet̄ fru-
ſtra ꝯtra alia vicia laborat̄. Poſtea diabolꝰ
aſſumpſit eū ⁊ portabat eū in hierl'm. q̄ di-
ſtat inde p. xviij. miliaria vl' circa. Has autē
locoꝝ diſtātias q̄s pluries in h̄ opuſculo ti-
bi narro. ab his audiui q̄ in illis ptibꝫ fue-
rūt. Cōſidera hic benignitatē ⁊ patientiaꝫ
dn̄i. Permiſit ei ſe portari ⁊ ꝯtrectari ab il-
la cruenta beſtia. q̄ ſuū ⁊ oīm amatoꝝ ſuoꝝ
ſanguinē ſitiebat. Statuēs aūt eū ſup pin-
naculū t̄epli. temptauit eū de vana gl'a. ſilr̄
volens explorare qd̄ ſup. Sed ⁊ h̄ auctori-
tate ſcp̄ture deuincit̄ ⁊ ſua intentōe fruſtra-
tur. Ex tunc ḡ ſm̄ Bern̄. ſup pſ̄. Qui habi-
tat. Quia dn̄s nihil oñdit diuinitat̄ꝫ arbi-
tratꝰ eſt hoſtꝫ eū eſſe hoīem. t̄eptauit eū ter-
cio vt hoīem. Exinde ḡ aſſumēs eū repor-
tauit in montē excelſuꝫ ꝓpe dictū montē de
q̄rentana p duo miliaria. ⁊ tūc t̄eptauit euꝫ
de auaricia. ſed ⁊ h̄ homicida ille ſuccubuit
Vidiſti quō dn̄s ieſus fuit ꝯtrectatꝰ ⁊ tem-
ptatꝰ. Miraris ḡ ſi nos t̄eptemur. fuit etiā
ipe alias t̄eptatꝰ. Vñ Bern̄. dicit. Qui gr-
tā temptationē de dn̄o nō legit. igrat ſcp̄tu-
ram. q̄ dicit ꝙ t̄eptatio eſt vita hoīs ſup ter-
ram. Ap̄l's q̄ꝫ dicit eū fuiſſe t̄eptatū p oīa
p ſilitudīe abſq̄ꝫ pctō. Victoria itaq̄ꝫ facta.
venerūt angeli ⁊ miſtrabāt ei. Hic aūt dili-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſibi ꝓuideret

genter attēde ꝛ ꝯſpice dn̄m comedentē ſo/
lum circūſtātibꝫ angelis. ꝛ ꝯſidera bn̄ om̄ia
que ſequūť. qꝛ pulcra ſunt ꝛ deuota valde.
Et q̄ro q̄d angeli miniſtrabāt vt comede/
ret poſt tā longū ieiuniū. De hoc ſcp̄tura n̄
loquiť. Poſſum⁹ aūt hoc victorioſum pran/
diū ſic volum⁹ ordinare. Et quidē ſi ei⁹ po/
tentiā ꝯſiderem⁹ expedita ē queſtio. qꝛ res
quas vellet creare ꝛ de creatis hr̄e poterat
ꝓ ſuo arbitrio volūtatꝭ. Sꝫ nō inuenim⁹ ꝙ
hac potētia ꝓ ſe vl̄ ꝓ diſcipulis ſuis vſus fu/
erit. ꝓ turbis aūt fecit q̄s pauit duabꝫ vicibꝫ
in multitudine magna de panibꝫ paucꝭ. De
diſcipulis aūt legim⁹ ꝙ eo p̄n̄te ſpicas vel/
lebāt ꝓpter famē ꝛ ꝯmedebāt. Silr̄ cū fati/
gat⁹ ex itinere ſedebat ſup puteū loq̄ns cuꝫ
ſamaritana. nō d̄r ꝙ creauit cibos ſꝫ ꝙ miſit
diſcipulos in ciuitatē ad querenduꝫ cibos.
Hec eſt veriſimile ꝙ ꝑ miraculū. qꝛ miracl̄a
faciebat ad alioꝝ edificatōꝫ ꝛ in p̄n̄tia pluri/
mū. ſꝫ hic nō erant niſi angeli. Quid ḡ circa
h̄ meditabim⁹. In mōte nāqꝫ illo nō erat ha/
bitatio hoīm. nec cibi pati. ſꝫ aliūde pata ci/
baria portauerūt angeli ei. ſic ꝯtigit danieli
Cū eīn abacuc ꝓpheta paraſſet pulmentū ꝓ
meſſoribꝫ ſuis. portauit eū angel⁹ dn̄i ꝑ ca/
pillos de iudea in babylonē ad danieleꝫ vt
comederet. ꝛ poſtea in momēto eū reporta/
uit. Immoremur ḡ hic ꝛ hūc modū aſſuma/
mus ꝛ iocūdemur cū dn̄o in h̄ prandio ſuo.
ſentiatqꝫ mr̄ ſua excellētiſſima de hac eadeꝫ
iocūditate ꝛ victoria. Pie aūt ac deuote ſic
meditemur. Veniūt angeli ſathana repulſo
in multitudine magna ad dn̄m Ihm xp̄m.
ꝛ adorātes eū ꝓciderūt in terram dicentes
Salue te dn̄e ihu de⁹ ꝛ dn̄s noſter. ꝛ dn̄s hu/
militer ac benigne recepit eos ꝛ cū capitꝭ in/
clinatiōe cogitās ſe fore hoīem minoratuꝫ
paulomin⁹ ab angeľ. Dicūt ei angeli. Domi/
ne multū ieiunaſtꝭ. q̄d vultis vt vob ꝑem⁹?
Et ille. Ite ad mr̄em meaꝫ chariſſimā. et ſi
q̄d hꝫ ad man⁹. deferte. qꝛ d̄ nullis cibis ſic
libēter veſcor ſicut de ſuis. Tūc duo ex ipſis ꝑ/
gentes in momēto fuerūt cū ea. ꝛ eā reueren/
ter ſalutātes ambaſiatā faciūt ꝛ modicū pul/
mentū. q̄d ſibi ꝛ ioſeph ꝑ pauerat panē cū tobalia et
aliqꝫ oportunis portāt. Et forte dn̄a etiam
aliqꝫ piſciculos ſi potuit ꝓcurauit. Reuerſi
ḡ parāt in plana terra. ꝛ mēſe bn̄dictiōꝫ ſo/
lēniter ꝑagūt. Cōſpice aūt eū hic bn̄ ī ſingu/
lis q̄ agit. Sedet eīn in terra cōpoſite ac cu/
ralite ꝛ ſobrie comedit. circūſtant angeli mi/

paraverat

niſtrātes dn̄o ſuo. Ali⁹ ſeruit ei de pane. ali/
us de vino. ali⁹ parat piſciculos. ꝛ alij cātāt himnū
de cāticis ſyon ꝛ iocundanť. ꝛ diē feſtū agūt
corā eo. Si liceat dici. ꝑmixtū eſt h̄ feſtū cō/
paſſione ꝑmaxīa ꝓpter quā ꝛ nos deberem⁹
plorare. Cōſpiciūt eīn eū reuerēter. ꝛ ꝯſide/
rātes deū ꝛ dn̄m ſuū ꝛ toti⁹ mūdi creatorē q̄
dat eſcā om̄i carni ſic hūiliatuꝫ. ꝛ ſuſtētatiōe
cibi corꝑalis indigentē. ꝛ comedentē ſic ce/
teros de ꝑplo. mouenť cōpaſſiōe clamares ꝛ
diceres. O dn̄e q̄nta feciſtis. oīa opa veſtra
ſunt plena ſtupore. adiuuate me vt ego ali/
qua patiar ꝓ vob̄. q̄ ꝓ me tot ꝛ tāta ſuſtinui/
ſtis. Certe h̄ ſolū te in ei⁹ amore deberet ve/
hemēter accēdere. Tandē ſumpta refectiōe.
dicit angelis vt reportēt res. ꝛ dicāt mr̄i ꝙ
cito redibit ad eā. Ipis autē reuerſis d̄t oī/
bus. Redite vos ad p̄rem ꝛ ad gaudia vr̄a.
me eīn adhuc ꝑegrinari oportet. Rogo aūt
vos vt me recōmendetꝭ patri ꝛ toti curie ce/
leſti. Qui ꝓcidētes in terrā ꝛ bn̄dictiōeꝫ pe/
tentes. ea recepta redierūt ad patriā. ei⁹ iuſ/
ſa cōplētes. ꝛ de ei⁹ victoria. ꝛ de his nouis
totā celeſtē curiā impleuerūt. Dn̄s aūt ihs
volēs redire ad mr̄em. cepit de mōte deſcen/
dere. Cōſpice nūc etiā bn̄ eū. quō ſol⁹ vadit
pedibꝫ nudis dn̄s oīm. ꝛ ei vehemēter cōpa/
tere. Venit aūt ad iordanē. queꝫ Iohēs vi/
dens ad ſe venientē. oſ̄dit eū digito dicēs.
Ecce agn⁹ dei. ecce q̄ tollit pctā mundi. ipſe
eſt ſup quē vidi ſp̄m ſcm̄ quieſcentē quando
baptizaui eū. Et etiā altera die duꝫ videret ihesū
ambulantē iuxta iordanem dixit ſilr̄. Ecce
agn⁹ dei. Tūc andreas ꝛ etiā vn⁹ ali⁹ ex diſci/
pulis iohīs iuerūt poſt ihm. Benign⁹ autē
dn̄s ſitiēs eoꝝ ſalutē. vt daret eis de ſe fidu/
ciā. vertit ſe ad eos ꝛ dixit. Quid q̄ritis. At
illi dixerūt. Rabi vbi habitas. ꝛ ipſe duxit
eos ad domū in q̄ tūc ſe reducebat in ꝑtibꝫ
illis. ꝛ ſteterunt cū eo illa die. Poſtea duxit
andreas petꝝ frēm ſuū ad ihm. quē alacriť
ſuſcepit. Sciebat eīn q̄d de eo erat factur⁹.
Et dixit ei. Tu vocaberꝭ cephas. ꝛ ſic in ali/
qualē noticiā ꝛ familiaritatē venit cum eis
Poſtea volēs dn̄s ihs redire in galylcā ad
mr̄em diſceſſit de ꝑtibꝫ illis ꝛ cepit reuerti.
Quē etiā nūc cōpatiēdo reſpice ꝛ vade ſem/
per cū eo. Nā ſol⁹ vadit more ſolito nudis
pedibꝫ ꝑ tā longā quattuordecim miliario/
rū viā. Cū aūt domū deuenit mr̄ eū vidēs.
vltra q̄ꝫ dici poſſet exhilarata ſurgit. occur/
rit. ꝛ in amplex⁹ ſtrictiſſimos recipit. cui ipſe

MD

ſup eo. Et credo ꝙ ſi corde affectuoſo ꝛ hoc eū reſpiceres. ꝛ cū aliq̄lit' diligeres. ex valida cōpaſſione

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſe reuerēter inclinauit ⁊ etiā nutritio ſuo io/
ſeph ⁊ cū eis more ſolito māſit.

### Feria quarta
### De apertione libri in ſynagoga
### Capitulum .xix.

Hucuſqꝫ per dei
b gr͡am vitā dn̄i Jhu ordinate teti/
gimꝰ paꝝ vel quaſi nihil ꝺ his q̄
ſibi cōtigerūt. vel ꝑ ipm̄ facta ſunt obmittē/
tes. Sed nō ſic deinceps facere intēdo. Ni/
mis em̄ eſſet longū om̄ia que dixit ⁊ fecit. in
meditatiōes redigere. maxime qꝛ noſtre ſo/
licitudinis dꝫ eſſe facta xp̄i ꝯtinue more be/
ate cecilie portare in ſecreto pectoris noſtri
Igit̄ aliqua ex geſtis eiꝰ colligamꝰ in q̄bus
meditādo verſemur aſſidue. ⁊ h̄ vſqꝫ ad paſ/
ſionē ſuā. Ex tūc em̄ nihil eſt obmittēdum.
Alia etiā nō debemꝰ ex toto dimittere q̄n ꝓ
loco ⁊ tp̄e meditemur in eis. Meditatōnes
aūt nō intēdo deinceps plixius tractare ni/
ſi ꝑraro. Sufficit em̄ ꝙ rē ꝑ cū geſtā vel di/
ctam an̄ oculos mētis ponas. ⁊ ꝙ cū eo cō/
uerſeris et familiaris ei fias. Nā in h̄ vide/
tur haberi maior dulcedo ⁊ deuotio effica/
cior. ⁊ quaſi totꝰ fructꝰ haꝝ meditationū ꝯſi/
ſtere. vt vbiqꝫ ⁊ ſꝑ intuearis cū deuote i ali/
quo actu ſuo vt q̄n ſtat cū diſcipulis ſuiſ. q̄n
cū peccatoribꝫ. q̄n etiā loquit̄ eis. q̄n p̄dicat
turbe. q̄n vadit ⁊ q̄n ſedet. q̄n dormit et q̄n
vigilat. q̄n comedit. ⁊ q̄n aliꝫs miſtrat. q̄n ſa/
nat egrotos. ⁊ q̄n alia facit miracula. In hiſ
aūt ⁊ ſimilibꝫ ꝯſidera om̄es geſtꝰ ſuos. maxi/
me ꝯtemplās faciē eiꝰ ſi potes imaginari qꝺ
ſuꝑ oīa p̄dicta mihi videt̄ difficiliꝰ Illꝺ etiā
attēte obſ̄ua ſi forte īpete cū benignitate re/
ſpiciat. Et tibi hec ſint ꝓ recurſu ⁊ doctrina
omniū q̄ ſequūt̄. ⁊ vbicūqꝫ narrauero ſi alit̄
non expſſero ſingulares meditationes. vel
iſtas omiſero. recurras ad hūc locū ⁊ ſuffic̄
tibi. Ad narratiōem aūt ſequētiū accedamꝰ
Poſtqꝫ g̊ dn̄s Jhs rediꝫt a baptiſmo cō/
uerſabat̄ humilitatꝫ magiſter humiliter. vt
ante ſolitꝰ erat. Cepit tn̄ paulatim ſe manife/
ſtare aliquibꝫ docēdo ⁊ p̄dicādo occulte. Nō
em̄ ꝑ totū annū ſequentē p̄dicatiōis officiū
publice ꝺꝛ aſſumpſiſſe videlicet vſqꝫ ad mi/
raculū de nuptiꝫs. qꝺ fuit eodē die quando
fuit baptizatꝰ anno reuoluto. Et ſi aliq̄n p̄/
dicabat. ⁊ diſcipuli baptizabāt. nō tn̄ adeo
p̄dicatōem ipam ꝑ ſe ⁊ ſuos frequētabat an̄
iohānis īcarceratōꝫ ſicut poſt. ex hoc nobiſ
tribuēs ſtupēde humilitatꝫ exemplū. dū io/
hanni ſe lōge ⁊ lōge inferiori in p̄dicationis
officio ꝓut ex ſuꝑioribꝫ p̄ie ꝑcipi aut cogita/
ri poteſt humilit̄ deferebat. Nō g̊ cepit cum
boatu ⁊ pompa ſꝫ humiliter ⁊ paulatim.
Quadā g̊ die ſabbati dū eſſet in ſynagoga
cū aliꝫs in eccl̄ia iudeoꝝ. ſurrexit legere in li/
bro Iſaie. ⁊ legit locū vbi ſcriptū eſt. Sp̄us
dn̄i ſuꝑ me. ꝓpter qꝺ vnxit me. euangelizare
pauꝑibꝫ miſit me. Et tūc cū plicuiſſet librū
dixit. Hec ſcriptura impleta eſt hodie in au/
ribꝫ veſtris. Cōſpice g̊ eū quō humiliter ſu/
ſcipiēs lectoꝝ officiū benigno ⁊ placito vul/
tu legit inter eos et exponit ſcripturā. Et q̄/
modo humilit̄ ſe incipit manifeſtare dū di/
cit. Hodie impleta eſt h̄ ſcriptura. i. ego ſuꝫ
ille de quo loquit̄. Et ora omniū erāt in eū
intēta ꝓpter efficaciā verboꝝ. ⁊ aſpectū hūi/
lem ⁊ decoꝝ. Fuit em̄ pulcerrimꝰ. fuit etiaꝫ
eloquētiſſimꝰ. Et de vtroqꝫ ſic ꝑ ꝓphetaꝫ di/
ctū fuerat. Specioſus forma p̄ filiꝫs hoim
diffuſa eſt gr͡a in la[…]tuis.

### De vocatione diſcipulorum
### Capitulum .xx.

Cepit etiā dn̄s ihs vocare diſcip̄los
c ⁊ ſe ſollicitū reddere circa nr̄am ſalu/
tem ſꝑ hūilitate ſeruata. Et vocauit
petrū ⁊ andreā tribꝫ vicibꝫ. Prima de q̄ di/
ctū eſt ſupra. q̄n erat circa iordanē. ⁊ tūc i ali/
qualē venerūt eiꝰ noticiā. Secūda de naui.
q̄n ceperūt piſces. vt narrat Lucas. Tūc ei
ſecuti ſunt eū aīo redeūdi ad ꝓpria. Cepert
tn̄ audire doctrinā ipſiꝰ. Tertia de naui vt
narrat mattheꝰ cū dixit. Venite poſt me fa/
ciā vos piſcatores hoim. tūc relictꝫ retibꝫ
ſecuti ſunt eū. Silr̄ vocauit Jacobū ⁊ Jo/
hannē in p̄dictꝫ duabꝫ vicibꝫ vltimis. Et in
eiſdē locis ꝯtinet̄ de ipis. in q̄bꝫ cōtinet̄ de
petro ⁊ andrea. vocauit etiā iohēm ꝺ nupti/
is. vt dic̄ Hiero. In textu tn̄ euāgeliꝫ nō ha/
bet̄. Itē vocauit philippū dicēs. Seq̄re me
Silr̄ mattheū publicanū. De mō ꝟo voca/
tiōis alioꝝ nō eſt ſcriptū. Cōſidera g̊ ⁊ ꝯſpi/
ce eū in p̄dictis vocatiōibꝫ ⁊ ꝯuerſatione cū
ipis. qꝫ affectuoſe vocat eos. reddens ſe eis
affabilē ⁊ domeſticū ⁊ obſeq̄oſum. attrahēs
eos intꝰ et extra. ducēdo etiā eos ad domū
mr̄is. et familiarit̄ vadēs ad domos eoꝝ.
Docebat ⁊ inſtruebat eos et curā ꝺ ipis ha/
bebat p̄cipuā ſic̄ mr̄ de vnico filio. Dicitqꝫ
beatꝰ petrꝰ referebat ꝙ q̄n in aliq̄ loco dor/
miebat cū eis. ſurgēs de nocte. et ſi aliquem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ea͂ inueniebat diſcopertū recooperiebat
eoſ.q2 tenerrime diligebat eos. Sciebat eñ
qd de ipſis erat factur⁹.q̄uis eſſent homies
rudis ꝯditiõis ꝛ humilis natiõis.tñ princi/
pes mūdi ꝛ duces in bello ſpūali omniū fi/
deliū cõſtituētur⁹ eos erat. Et ꝯſidera ꝑ deo
a qualib⁹ cepit eccl'ia. Noluit eñ dñs elige/
re ſapiētes ꝛ potentes hui⁹ ſeculi.ne ipoꝝ ꝓ/
bitati aſcriberētͬ opa que fiēda erant.ſ3 ſibi
hec reſeruauit ꝛ in ſua bonitate potentia et
ſapiētia nos redemit.

De cõuerſione aq̄ in vinū ad nuptias.
Capitulū.xxi.

Quamuis dubiū ſit cui⁹ fuerant nu/
ptie in chana galilee ſic̄ magiſter ī hi/
ſtoria ſcolaſtica tāgit. Nos tñ medi/
temur fuiſſe iohis euāgeliſte qd̄ habetͬ in ꝓ/
logo ſup Joh.vbi Hiero.affirmare ħ vide/
tur. In eis dña nr̄a fuit.nō tñ inuitata tāq̄3
extranea.ſ3 q̄ſi maior ꝛ dignioꝛ ꝛ ꝓmogeni/
ta inter ſoroꝛes.fuit ī domo ſoroꝝ q̄ſi in do/
mo ſua ꝛ tāq̄3 admīſtratrix ꝛ dña nuptiaru3
Qd ex trib⁹ colligere poſſum⁹. Primo ex eo
q in eis ꝯtinetͬ q mr̄ Jeſu erat ibi. ꝛ de ieſu
ꝛ diſcipulis q erāt vocati.ꝛ ſic de alijs q̄ ibi
fuerūt intelligi debet. Cū ergo ſoroꝛ ei⁹ ma/
ria ſalome vxoꝛ zebedei iuiſſet ad eam naza/
reth.q̄ diſtat a loco de chana ꝑ q̄ttuoꝛ mili/
aria vel circa.dicēs q volebat facere nupti/
as filio ſuo iohi.ipa iuit cū ea ꝛ ꝓuenit aliq̄t
dies ad ꝓparatõ3.ita q q̄ñ alij erāt inuitati
ipa iā erat ibi Scdo ex eo colligere poſſu/
mus q ipa ꝑpēdit defectū vini. vñ ipa non
erat ſic vna ex diſcūbentib⁹.ſ3 ſic̄ ꝑ cui⁹ ma/
nus res ibāt. Et iō vidit ibi deficere vinu3
Si eī tūc diſcubuiſſet. nunq̄d iuxta filium
inter hoies mater verecūda ſurrexiſſet. Et ſi
aliqui iter mulieres nūq̄d ꝑpendiſſ3 defectū
vini mag' q̄3 alie.ꝛ ſi ꝑpendiſſet nūq̄d ſurre/
xiſſet de prādio ꝛ iret ad filiū. Incõuenietia
hec viderentͬ. Et iō veriſimile eſt q tūc non
diſcūbebat. De ipa nāq̄3 dicitͬ q erat valde
obſequioſa. Tertio colligitͬ ex eo q ipa ꝓ/
cepit miſtris vt irēt ad filiū ꝛ facerēt qd̄ mā/
daret. Et ſic videtͬ q ꝓcepiſſet eis ꝛ q nuptie
gubernabātͬ ꝑ eā.ꝛ iō ſollicita fuit ne ibi de/
fectus ꝯtingeret. Igitͬ ſm modū hūc cõſpi/
ce dñm Jhm intͬ alios comedentē ſic̄ vnum
quēuis de ꝓplo.ꝛ ſedentē in loco hūili.nō in/
ter maioꝛes.put ex loco ipo colligim⁹ Non
eñ ſupboꝝ moꝛe volebat ꝓmos recubit⁹ in
cenis.nā doctur⁹ erat. Cū inuitat⁹ fuerꝭ ad
nuptias recūbe in nouiſſimo loco. Ipſe vo
cepit ꝓus facere q̄3 docere. Cõſpice etiā do/
minā obſeq̄oſam alacrē ꝛ ſollicitā in cūctis
faciēdis ꝛ ꝓbentē ꝛ oſtendentē miſtris quid
ꝛ qualiter diſcūbētib⁹ deferāt. Cunq̄3 ꝓpe fi/
nem ꝯuiuij rediret ad eā miniſtri dicentes
Nō habem⁹ pl⁹ de vino q̄d apponamus eis.
Ipa rñdit. Ego ꝓcurabo q habebitꝭ. expe/
ctate parūper. ꝛ exiēs ad filiū q̄ humiliter vt
dixi ſedebat in fine mēſe ꝓpe oſtiū camere.di/
xit ei. Fili mi hic vinū deficit ꝛ hec nr̄a ſoroꝛ
eſt paup ꝛ neſcio qualitͬ habere poſſemus.
Qui rñdit. Quid mihi ꝛ tibi ē mulier? Dura
videtͬ rñſio ſ3 ad nr̄am inſtructiõe3 fuit. Sm
Bern.q̄ in ħ loco ſic dic̄ ſmõe.. ij.ī epipha/
nie. Sermo incipit. In opib⁹ dñi. Quid ti/
bi ꝛ illi dñe? Nõne qd̄ filio ꝛ mr̄i? q̄d ad illa3
ꝑtinet q̄ris.cū ſis benedict⁹ fruct⁹ vētris e⁹
immaculati? Nõne ipa eſt q̄ ſaluo pudoꝛe cõ/
cepit ꝛ ſine te peperit? Nõne ipa eſt in cu/
ius vtero nouē mēſib⁹ moꝛat⁹ es.cui⁹ virgi/
neis vberib⁹ lactat⁹ es.cū q̄ iā duodecī āno/
rum fact⁹ de hierl'm deſcēdiſti.ꝛ eras ſubdi/
tus illi? Nūc ḡ dñe q̄d moleſt⁹ es illi dicens
Quid tibi ꝛ mihi? Multū ꝑ omnē modū. Sed
iam manifeſte video.q nō velut indignans.
aut ꝯfundere volēs v̄ginis mr̄is teneram
verecūdiā dixeris. Quid mihi ꝛ tibi. Veni/
entib⁹ eñ ad te iuxta ꝓceptū miniſtrꝭ . nihil
cūctat⁹.facis qd̄ ſuggeſſit. Vt q̄d ḡ fratres.
vt q̄d rñderat ꝓus. Vtiq̄3 ꝓpter nos vt ꝯuerſos
ad dñm iā nō ſollicitet carnaliū cura pa/
rentū.ꝛ neceſſitudines ille nō impediāt ex/
ercitiū ſpūale. Q̄diu eñ de mūdo ſum⁹.de/
bitoꝛes nos ꝯſtat eſſe ꝑentib⁹. At poſtq̄3 re/
liquim⁹ noſmetipos.multo mag' ab eoꝝ ſo/
licitudine liberi ſum⁹. Vñ legim⁹ frēm q̄n/
dam in heremo ꝯuerſantē.cū ad eū carnalis
frater auxilij gr̄a aduenirſſet rñdiſſe vt adire3
alterꝝ fratrē coꝝ.cū ille vtiq̄3 iā obiſſet. Cun
q̄3 admirat⁹ q̄ venerat rñderet.q2 ille obijt.
heremita q̄3 ſe ſilr obiſſe rñdit. Optime er/
go docuit dñs ne ſollicitī ſim⁹. ſup ꝓpinquis
carnis nr̄e pl⁹ q̄3 religio poſtulet.q̄ñ ipe ma/
tri ꝛ tali mr̄i rñdit. Quid mihi ꝛ tibi ē muli/
er. Sic ꝛ in alio loco. Cū ſuggereret ei q̄dā
q̄m mr̄ ei⁹ ꝛ frēs foris ſtarēt.querētes ei loq
Rñdit. Que ē mr̄ mea ꝛ frēs mei? Vbi mo/
do ſunt q̄ tā carnalitͬ ꝛ inanitͬ ſup carnalib⁹
ꝓpinq̄s ſuis ſoliciti ſūt. ac ſi adhuc viuerent
cū eis ꝛ ipi cū eis. Hucuſq̄3 Bern. De hac
ḡ rñſione mr̄ nō diffidēs ſ3 de ſua benigni/

ſtatī pſumēs redijt ad miniſtros ꝛ dixit. Jte
ad filiū meū et qcqd vob dixerit facite. qui
cūtes impleuerūt iuxta dn̄i mādatū idrias
aqua. Quo facto dixit eiſ. Haurite nūc ꝛ fer
te architriclino Jn h̄ aūt nota pmo diſcre
tionē dn̄i. q2 pmo miſit magis honorabili
viro. Scdo q ipe ſedebat lōge ab eo cū di
ceret. ferte illi. qſi ab eo remoto. Sz cū ille
ſederet in loco magis honorabili. colligere
poſſū9 q dn̄s noluit ibi ſedē iuxta eū imo ele
git ſibi hūiliorē locū. Miniſtri g dederūt vi
num illi et alijs. diuulgātes miraculū. qnīā
ipi ſciebāt quō factū fuerat. ꝛ crediderūt in
eū diſcipuli ei9. Finito aūt ꝯuiuio dn̄s Je
ſus vocauit Johem ſeorſum dicēs. Dimit
te hāc vxorē tuā ꝛ ſequere me. q2 ad altiores
nuptias te pducā. q ſecut9 eſt eū. Jn h̄ ergo
q dn̄s nuptijs īterfuit matrimoniū carna
le approbauit tāq a deo inſtitutū. Sz ī hoc
q vocauit Johem de nuptijs apte dedit in
telligere q lōge digni9 eſt ſpūale mrīmoniū
q carnale. Receſſit g inde dn̄s Jeſus volēs
his q ad ſalutē hoīm ptinēt deinceps publi
ce ꝛ palā intēdere. Pri9 aūt voluit reducere
mrēm ad domū ſuā. Talē em̄ dn̄am. talē ſo
cietatē hr̄e decebat. Accipit g ꝛ eā ꝛ Johem
ꝛ alios diſcipulos ꝛ iuerūt in chapharnauz
ppe nazareth. ꝛ poſt aliqt dies nazareth Cō
ſpice g eos p viā qualr̄ vadūt pariter. mater
ꝛ fili9. humilr̄ vadūt ꝛ pedeſtres. ſz multuz
amāter. O qles duo ſunt illi. nūq alij tales
duo in terra viſi fuerūt. Cōſpice etiā diſci
pulos reuerēter ſequētes ꝛ auſcultātes ver
ba dn̄i. Nō em̄ ipe erat ocioſus. ſemp quip
pe aliqd boni faciebat aut dicebat. nō pote
rat in tali comitatu tediū cōmeantibus ge
nerari.

De ſmone dn̄i in mōte quē incepit a pau
pertate Capitulum. xxij.

C Onuocās dn̄s ih̄s diſcipulos ſeor
ſum a turbis aſcēdit cū eis in mōtē
thabor ppe nazareth ad duo milia
ria vt eos imbueret eloquijs ſuis. Decebat
em̄ q eos pus ꝛ ſup alios inſtrueret. qs ſup
alios ꝯſtituturus erat mgros ꝛ duces. Tunc
eos g de multis inſtruxit. ꝛ ſermo ille pulcerrim9
fuit ꝛ copioſ9. Nec mirū q2 os dn̄i cōpilauit
eū. Docuit aūt eos de beatitudinib9. d orō
ne ieiunio ꝛ elemoſyna. alijſq plurimis ad
virtutes ptinētib9. q in ipo euāgelio poterīs re
textū perire. Legas eū diligēter ꝛ ſepe. ꝛ cōmēda
memorie q in ipo dicunt. q2 ſpūaliſſima ſūt

Et tn̄ nūc nō pſequor. q2 nimis foret longū
nec tales expoſitiōes bn̄ videnr̄ ſp in medi
tatiōes cadere. Quis ad tuā inſtructiōē ta
lia put mihi occurrēt interſerā. Et etiā mo
ralia ꝛ auctoritates ſanctoꝝ. Hoc g hic teti
giſſe ſufficiat q dn̄s initiū ſmonis huius a
pauptate incepit. dans itelligere q pauptas
eſt toti9 ſpūalis exercitij pmariū fundamen
tū. Nō em̄ expedite pōt ſequi xpm pauperē
ſpeculū q onerat9 eſt ī tpalib9 reb9. Nec eſt li
ber ſz ſeru9. q animi affectōz ſubijcit iſtis re
bus trāſeuntib9. Jdcirco dixit. Beati pau
peres ſpū ꝛc̄. Ei9 em̄ rei q affectuoſe diligo
me ſeruū ſpōte ꝯſtituo. Nā amor eſt aīe pō
dus. portās eā quocūq ipe ferr̄. vt dic Aug.
xiij. ꝯfeſ. Et iō nihil oīno eſt amādū niſi de
us. vl̄ mere ppter deū. Merito g beat9 dicr̄
paup. q ppter deū cetera vilipēdit. Jā em̄ p
magna pte deo ſuo ꝯiunct9 eſt. De hac āt
pauptate ſic dic̄ Bern̄. in. iiij. ſmo. de aduen
tu. Magna qdā pena eſt pauptas q tā cito
volar̄ in regnū celoꝝ. Nā in alijs virtutib9 q
ſequunr̄ pmiſſio futuro tpe indicar̄. pauptati
nō tā pmittit q dar̄. Vn̄ ꝛ in pn̄ti tēpo
re enūciatū eſt. qm̄ ipoꝝ eſt regnū celorum.
Videm9 em̄ paupes aliqs. q ſi verā pauprta
tem haberēt nō adeo puſillanimes inuenirē
tur ꝛ triſtes. vtpote reges ꝛ reges celi. Sed
aliq ſunt q paupes eſſe volūt. eo tn̄ pacto vt
nihil eis deſit. ꝛ ſic diligūt pauptatē vt nul
lā inopiā patianr̄. Jdē ſmone. xxi. Cañ. Et
ego ſi exaltat9 fuero a terra. (audacter dico)
oīa trahā ad meipſum. Nec em̄ temerarie
vſurpo mihi frīs mei vocē cui9 me induo ſi
militudinē. Q ſi ita eſt. nō putēt diuites hu
ius ſeculi. frēs xpi ſola poſſidere celeſtia. qa
audiūt dicentē. Bn̄ paupes ſpū q2 ipoꝝ eſt
+ dent ꝛ terrenr̄. ꝛ q dē ... nihil habentes.
ꝛ oīa poſſidētes. nō mēdicātes vt miſeri. ſz
vt dn̄i poſſidētes. eo p certo magis dn̄i. q
minus cupidi. Deniq fideli hoī tot9 mūd9
diuitiaꝝ eſt. Tot9 plane. q2 tā aduerſa q p
ſpera ipi9. eq oīa ſeruiūt ei ꝛ coopanr̄ ī bo
num. Ergo auar9 terrena eſurit vt mēdicus.
fidelis ꝯtēnit vt dn̄s. Jlle poſſidēdo mēdi
cat. iſte cōtemnēdo ſeruat. Quere a quis eo
rum q inſatiabili corde lucris tempalib9 in
hiant. qdnā de his ſentiat. q ſua vendētes ꝛ
dātes paupib9. regnā celoꝝ p terrena mercā
tur ſubſtātia. vtrū ſapiēter agāt necne. pcul
dubio reſpōdebit ſapiēter. Quere ... q
approbat ipe q nō facit. nō poſſum inquit

^ regnū celoꝝ. Nō eos in q eſtimēt ſola ce
leſtia poſſidere. q2 ea ſola audiūt ī pmiſ
ſiōe. Poſſi // +

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quare pfecto qꝛ dña auaricia non pmittit.
qꝛ liber nõ eſt.qꝛ nõ ſunt ſua q̄ poſſidere vi/
det.ſ3 nec ſui iuris. Si ỽo tua ſunt. expēde
ad lucra.⁊p terrenis celeſtia cõmutato. Si
nõ vales.fatere te pecunie tue nõ dominu3
eſſe dicã.ſ3 ſeruũ.cuſtodem nõ poſſeſſorem.
Hucuſq3 Bern̄. S3 redeam⁹ ad medi/
tationē. Cõſpice ḡ ⁊ ꝯſidera dñm ieſum hu/
militer in terra ſedentē ſup illo mõte. ⁊ diſci/
pulos ſuos circa eũ.quõ ſtat inter eos q̄ſi ſit
vnus ex eis.⁊ quõ affectuoſe benigne ⁊ pul/
cre ⁊ efficacit̄ eis loquit̄ inducēs eos ad di/
ctos act⁹ virtutũ. Et ſꝑ vt ſupra in generali
ꝯſideratiõe tibi dixi reſpicere coneris faciē
eius. Cõſpice in diſcipulos quõ reuererēt hu/
militer ⁊ cũ tota mētis intētione aſpiciũt eũ.
⁊ auſcultant illa ỽba mirifica. ⁊ ea memorie
cõmendãt.⁊ iocũditate magna fruunt̄ tã in
verbis q̄3 in aſpectu. In hac aũt ꝯſideratio/
ne iocũderis.⁊ tu aſpiciēdo ac ſi videres eũ
loquentē ⁊ approximãdo eis.ſi forte vocata
fueris.⁊ immorãdo ibidē vt dñs tibi dabit
Cõpleto ỽo ſmone cõſpice illũ dñm Ihm
vnã cũ diſcipulis ipis deſcendētē de mõte.
⁊ cũ ipis familiariter loquentē.etia3 eũdo p
viã.⁊ quõ ille ſimpliciũ cetus gregatim ſeq̄t
eum.nõ curioſe ordinat⁹.ſ3 ſicut pulli poſt
gallinã.vt q̄libet meli⁹ audiat magis eide3
nitit̄ approximare. Et quõ turbe ſibi affectu/
oſe occurrũt.⁊ infirmos eidē ſanãdos offe/
rũt. Ipſe ỽo ſanabat om̄es.

De ſeruo centurionis ⁊ filio reguli a do/
mino liberatis. Mat.viij. Lu.vij. Joh.iiij.
Capitulũ.xxiij.

Capharnaũ vero erat q̄dã cēturio.i.
centũ militũ ductor.⁊ ſeruũ hēbat i/
firmũ. Miſit ḡ fide plen⁹ ad dñm
ieſum vt eũ curaret. Humilis aũt dñs rñ/
dit. Ego veniã ⁊ curabo eũ. qð cũ ſciuit Cē/
turio.remiſit ad eũ dicēs. Dñe nõ ſu3 dign⁹
vt intres ſub tectũ meũ ſ3 tm̄ dic ỽbum ⁊ ſa/
nabit̄ puer me⁹. Jeſus aũt cõmendãs fidē
eius nõ iuit vlteri⁹.⁊ ſeruũ abſentē ſanauit.
Cũ aũt in eadē ciuitate eſſet quidã regul⁹.i.
paruus rex.iuit pſonalit̄ ad ieſum rogãs eu3
vt veniret ad domũ ſuã ⁊ ſanaret filiũ ſuũ i/
firmũ. At ieſus ire noluit.filiũ tamē ſanauit
In his aũt ꝯſidera meritũ fidei.ꝓpter Cen/
turionē.⁊ humilitatē dñi volētis ire ad ſer/
uum.⁊ reguli pompã refugiētis. Cõſide/
ra etiã q̄p nõ debem⁹ acceptare pſonas. Pl⁹
tm̄ honorauit hic dñs ſeruũ militis q̄3 filiũ
regis. Sic ⁊ nos debem⁹ nõ ad oculos ſui/
re.nec ſm exigentiã exterioris põpe.ſ3 ſm i/
tentionē vl̄ bonitatē ei⁹ q̄ ſeruitio indiget.⁊
nõ ex cõplacētia ſ3 ex caritate ſuiam⁹

De paralitico miſſo p tectũ ⁊ a dño cura/
to. Matth.viij. Mar.ij. Luce.v.
Capitulum.xxiiij.

In ciuitate p̄dicta capharnaũ cũ do/
min⁹ ieſus doceret in q̄dã domo. et
eſſent ibi ꝯgregati pharifei ⁊ legiſdo/
ctores multi.ex oĩ caſtello iudee ⁊ hieruſalē.
Venerũt q̄dã volētes ingredi domũ cũ pa/
ralitico quē portabãt vt a dño ſanaret̄. Cũ
q̄3 ꝓpter multitudinē nõ poſſent aſcēderunt
ſup tectũ dom⁹.⁊ inde intromiſerũt eũ ⁊ po/
ſuerũt eũ añ ieſum. dñs ỽo ieſus vidēs fidē
eoꝝ dixit. Dimittunt̄ tibi pctã tua. Ipi aũt
pharifei ⁊ legis doctores obſeruãtes eũ ex
malicia intra ſe dicebãt ipum blaſphemaſſe
deũ.qꝛ ſol⁹ de⁹ poteſt dimittere pctã.⁊ ipi h̄
attribuebãt ſibi quē puꝝ hominē eſſe crede/
bant. Ait ergo benign⁹ ⁊ humilis dñs ſcru/
tans corda ⁊ renes hoĩm. Quid cogitatis
mala in cordib⁹ vr̄is. Et addidit. vt ſciatis.
qꝛ fili⁹ hoĩs habet poteſtatē in terra dimit/
tendi pctã ⁊c̄. Hic q̄ttuor ſunt meditãda
Primũ pſpicacitas intellect⁹ xp̄i.q̄ cogitati/
nes illoꝝ vidit. Secũdũ qꝛ ꝓpter pctã veni/
unt infirmitates,⁊ ex abſolutõe a peccat̃ ali/
quãdo ꝯtigit liberatio infirmitatũ .ſic etia3
habebis infra d̃ curato apud piſcinã.cui dr̄
a dño ne ampli⁹ peccet.ne deteri⁹ ſibi ꝯtin/
gat. Tertiũ ꝯſidera q̄tũ magnũ ſit meritu3
fidei.nã etiã alteri⁹ fides alteri pdeſt.ſic̄ ſup
p̄rime habuiſti in ſuo centurionis. Sic ⁊ i/
fra habebis in chananea in cui⁹ fide filia fu/
it ſanata. Hoc quotidie cõtingit in puerĩ q̄
baptizant̄.q̄ ſi ante annos diſcretiõis mori/
ant̄ in alteri⁹ fide ſuſcipiũt arrã ꝓpter quam
in merito xp̄i ſaluãt̄.qð eſt ꝯtra quoſdã he/
reticos maledictos Circa quartũ meditan/
dũ de ipo inter illos ſedēte ⁊ benigne mali/
gnis rñdente ⁊ miraculũ faciēte.recurre ſu/
pra ad generalē conſiderationē quam tibi
dedi.

De ſocru ſymonis liberata.
Capitulũ.xxv.

Contigit dñm Jeſum in ciuitate p̄/
dicta chapharnaũ diuertere in do/
mũ ſymonis petri. vbi ſocr⁹ ei⁹ ma/
gnis febrib⁹ tenebat̄ Humil̄ ḡ dñs familia/
riter tetigit manũ ei⁹ ⁊ curauit eã.adeo vt in



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ↄtinēti ſurrexit ꝛ ei ꝛ diſcipul' miſtrauit Sꝫ
q̇d miniſtrauit eis nō eſt ſcptū. Cogita ğ ꝙ
in domo paupiſ paupꝑtatꝫ amatori aliqua ci/
baria groſſa ꝛ q̄ cito pari poterāt/eis appoſi/
ta ſunt. Cōſidera etiā ipm dn̄m ihm iuuātē
ꝑparare. maxīe in domo diſcipuli ſui. Et q̄/
uis humilia cogita. ſiue de tabula ponēda.
ſiue de ſtratꝫ lauādis ꝛ ſilibꝫ. Talia em̄ oīa
faciebat hūilitatꝫ magiſter q̇ miſtrare vene/
rat ꝛ nō miſtrari. Et ſe familiarit' ad ſeden/
dū ponebat i medio mēſe ꝛ comedebat ala/
criter. ꝑcipue cū in prādio relucebat paupꝑ/
tas quā ſic amabat.

## De dormitiōe dn̄i in nauicula Capitulū. xxvj.

Intrās dn̄s ihs in nauiculā cū diſci/
pulis ſuis. poſuit ſe ad dormiēdum
tenēs caput ſup ceruicali. Ipe enim
multū vigilabat de nocte i orōibꝫ. multūqꝫ
de die in ꝑdicatōibꝫ laborabat. Cūqꝫ dormi/
ret orta tēpeſtate diſcipuli ꝑiclitari timebāt.
ſꝫ nō audebāt eū excitare. Timore tandē co/
acti excitauerūt eū dicentes. Dn̄e ſalua nos.
perim⁹. Qui ſurgēs icrepauit eos ď modica
fide. ꝛ impauit mari ꝛ ventis ꝛ ceſſauit tēpe/
ſtas. In ꝑdictꝫ ğ actibꝫ ſuis ītuere ꝛ reſpice
eū ſc̄m generalē regulā ſiue traditōꝫ ſup tra/
ditā. Hoc tn̄ h̄ ↄſiderare potes ꝙ licet nob̄
circa nos ꝛ facta nr̄a dn̄s videat' dormire.
maxīe qn̄ tribulamur. ipe tn̄ diligētiſſimus
eſt ſup cuſtodiā nr̄am. Et idcirco debemuſ
eſſe in fide ↄſtātes. ď nihilo heſitātes.

## De filio vidue a dn̄o ſuſcitato Capitulum. xxvij.

Cum ſemel iret dn̄s ieſus verſus ci/
uitatē naim obuiauit multitudī ho/
minū portātiū quendā iuuenē filiū
vidue mortuū ad ſepulcꝝ. Pietate ğ pi⁹ do/
min⁹ ihs mot⁹ tetigit feretꝝ ꝛ portātes ſtete/
rūt. Ipe aūt dixit. Adoleſcens tibi dico ſur/
ge. ꝛ ſtatim ſurrexit q̇ fuerat mortu⁹. ꝛ reddi/
dit eū mr̄i ſue. Om̄es aūt ſtupuerūt ꝛ lauda/
uerūt dn̄m. In cōſideratiōibꝫ vero recurre
vt ſupra.

## De puella ſuſcitata ꝛ martha curata Capitulū. xxviij.

Ad petitōnē cuiuſdā ex ꝑncipibꝫ ibat
dn̄s ihs cū eo ad ſanādū filiā ſuam.
Cū ğ turba magna iret cū eo. inter/
erat q̄dā mł'ier ğuit' infirma q̄ ď fuiſſe mar/
tha ſoror marie magdalene q̄ intra ſe dice/
bat. Si tetigero tm̄ fimbriā veſtimēti eius
ſalua ero. ꝛ cū timore approximās tetigit ꝛ li/
berata ē. Dixit aūt dn̄s ieſus. Quis me teti/
git? Et rn̄dit petr⁹. Dn̄e turbe cōꝑmūt te et
affligūt. ꝛ tu dicis. q̇s me tetigit? Vide h̄ pa/
tientiā dn̄i. Nā ſepe cōꝑmebat' a turbis. q̇a
volebāt ei approximare. Ihs aūt ſciebat q̇d
dicebat. Et iterꝝ dixit. Ego ſenſi ꝟtutē ex me
exiſſe. Tūc martha negociū publicauit. Li/
bēter eā dn̄s curauit cū q̄ multā familiari/
tatem poſtea habuit. Et tūc dixit ei. Fides
tua te ſaluā fecit. In h̄ ğ miraculo habes fi/
dei cōmēdatōꝫ. Habes etiā ꝙ dn̄s vult mi/
racula nota eſſe ꝑpt' vtilitatē cōem. ſꝫ q̄ntū in
ſe ꝑpter humilitatē abſcōdebat. vt h̄ etiā ha/
bes. qđ em̄ diuina fecerat ptāte. fidei illi⁹ at/
tribuebat. Habes etiā hic qđdā valde nota/
bile ad hūilitatꝫ cuſtodiā. ſic beat⁹ Bern̄. h̄
mō introducit. Quilibet ꝑfecte dn̄o fulēs
pōt appellari fimbria q̄ſi vltia ps veſtimēti
dn̄i. ꝑpt' ſuā humilē reputatōꝫ. Qui ğ ad di/
ctum ſtatū ꝑuenerit ꝙ ſciat ſe a dn̄o exaudi/
ri i liberādis infirmis vł' alijs miracul'. non
extollat'. ꝑpterea. nec ſibi attribuat q꜠ nō ipe
ſꝫ dn̄s facit. Quis em̄ hic martha tangerꝫ
fimbriā ad cui⁹ tactū ſe liberari ↄfidebat. et
ſic ↄtigit. nec tn̄ a fimbria ſꝫ a dn̄o ꝟt' libera/
tiōis exiuit. Et ꝑpterea ipe dixit. Senſi ꝟtu/
tem ex me exiſſe. Nota ğ hoc bn̄. ꝛ nihil bo/
ni tibi i ꝑpetuū attribuas. q꜠ totū eſt a dn̄o
ieſu. Tandē dn̄s ieſus iuit ad domū princi/
pis ꝛ inuentā filiā mortuā ſuſcitauit.

## De ↄuerſione magdalene ꝛ alijs Capitulum. xxix.

Curialiſſim⁹ dn̄s inuitat⁹ q̄dā die a
ſymone lepꝛoſo iuit ad prandēdum
cuꝫ eo. qđ facere ſolit⁹ erat. tū ex ſua
curialitate. tū ex benignitate ꝛ zelo quē ha/
bebat ad ſaluādas aīas ꝑ q̇bꝫ de celo deſcē/
derat. Vn̄ comedēdo cū hoībꝫ ↄuerſando
cū eis ad amorē ſui eos attrahebat. tū etiaꝫ
ex amore paupꝑtatꝫ. Nā ꝛ ipe paupꝑrim⁹ erat
ꝛ de mūdi h⁹ ſuba ꝑ ſe ꝛ ſuis nihil ſūpſerat.
Humilit' ğ ꝛ cū grāꝝ actiōe ſpeculū humili/
tatꝫ ieſus cū inuitabat' recipiebat ꝑ loco ꝛ tē/
pore. Audiēs aūt magdalena ꝙ i domo ſy/
monis ꝑdicti recūberet. q̄ iā forte ipm ſepe
ꝑdicantē audierat ꝛ ardēter amabat. licꝫ nō/
dum h̄ ꝑpalaſſet. tacta dolore cordis intrin/
ſecus ꝑ peccatꝫ ſuis ꝛ amoris ei⁹ igne ſuccē/
ſa. ↄſiderās ꝙ ſine ipo ſalutē obtinere non
poterat. ꝛ ampli⁹ differre nō valēs. perrexit
ad locū ↄuiuij. facieqꝫ iclinata ac ocul' in ter/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ram demiſſis añ ꝯuiuas trãſiẽs.nõ quieuit
donec ꝑuenit ad dñz ac dilectũ ſuũ.ꝛ tũc ili/
co ad pedes ei⁹ ꝓſtrata.viſceroſo dolore ꝑit⁹
ꝛ rubore repleta de pctĩs ſuis.ꝓcumbens ꝛ
ponẽs vultũ ſuꝑ ipi⁹ pedes cũ ꝯfidẽtia q̃dã
q2 iã intra ſe eũ ſuꝑ oĩa diligebat cepit for/
titer fletib⁹ atqꝫ ſingultib⁹ abũdare ac tacite
intra ſe dicere. Dñe mi firmit⁹ credo ſcio at/
qꝫ ꝯfiteor vos deũ ac dñm eſſe meũ. In mł/
tis ãt ꝛ magnis offendi maieſtatẽ veſtraz.ꝛ
multiplicaui pctã ſuꝑ numeꝝ arene maris.
ſed ad veſtrã miſicordiã ꝯfugio iniq̃ et pec/
catrix.doleo ꝛ cõpungor.veniã peto.emen/
dare peccata ꝑata ꝛ nũq̃ꝫ a vr̃a obediẽtia diſ/
cedere ꝓpono. Nõ patiar q̃ſo repulſam a vo/
bis.q2 aliud refugiũ nec me poſſe hr̃e ſcio.
nec hr̃e volo.q2 vos ſolũ ſuꝑ oĩa diligo Nõ
ḡ me repellatis a vobis.ſ3 de meis ſceleribuſ
me punite vt libet.miſicordiã tñ peto. In/
terim aũt lacrime decurrẽtes largit⁹ pedes
dñi balneauerũt ꝛ lauerũt. Vñ h̃ manifeſte
habere potes q2 dñs ieſus diſcalciatus ibat
Tandẽ a fletu ceſſans.ꝛ cũ ꝑpẽdit indignũ
iudicãs q2 ſue lacrime pedes dñi ꝯtigiſſent
capillis ſuis eos abſterſit. Iõ aũt capill⁹.q̃a
ſecũ aliud ꝓcioſi⁹ nõ habebat q̃ eos tergeret.
ꝛ etiã q2 ea q̃b⁹ ad vanitatẽ vſa fuerat ad vti/
litatẽ ꝯuertere intẽdebat. Et etiã ne vultuz
a pedib⁹ dñi elõgaret.ꝛ amore creſcẽte oſcu/
laba⁹ eoſdẽ amant⁹ ꝛ ſepe. Et q2 etiaz pedes
ipi⁹ dñi ꝓpter itinera ſqualidi erãt.eos vnge/
bat ꝓcioſo vngẽto. Cõſpice ḡ bñ ipam ꝛ ſuꝑ
his moroſe mediteris ob deuotiões ei⁹.q̃ ita
ſingularit⁹ a dño fuit dilecta. Et etiã q2 ſolẽ/
ne feſtũ fuit h̃ valde. Cõſpice etiã dñm ihm
q̃ꝫ benigne ſuſcipit eaz.ꝛ q̃ꝫ patient⁹ ſuſtinet
q̃cq̃d fac⁹. Ceſſat ꝛ q̃eſcit a comedẽdo donec
negociũ cõpleat⁹. Ceſſant etiã ꝯuiue ꝛ oĩs
ſuꝑ hac nouitate mirãt⁹. Symon aũt vehe/
mẽter eũ iudicabat i corde ſuo q2 a tali femi/
na ſe ꝑmittebat tãgi q̃ſi nõ eſſet ꝓpha.nec eã
cognoſceret. Dñs aũt cogitatõib⁹ cordis e⁹
rñdens ſe veꝝ oñdit ꝓphetã. Et exẽplo dbi/
toꝝ ꝯuicit. Et volẽs apte demõſtrare q2 oĩa
in dilectiõe ꝯſumãt⁹ dixit. Dimittũt⁹ ei pecca/
ta multa qm̃ dilexit multũ. Et ad eam dixit
Vade in pace. O verbũ delectabile ꝛ ſuaue
q̃ꝫ libẽter illud magdalena audiuit.ꝛ q̃ꝫ iocũ/
de receſſit. Et ꝑfecte ad eũ cõuerſa.deincepſ
ſancte ꝛ honeſte vixit.ac eidẽ ꝛ matri eius ꝑ/
ſeuerãter adheſit Meditare ḡ hec diligẽ/
ter ꝛ tantã charitatẽ imitari digneris.que h̃

maxime v̄bo ꝛ oꝑe ſic a dño cõmẽdat⁹. Hic
eñi expreſſe habes q2 charitas inter deuz et
peccatorẽ pacẽ reformat. Vñ ꝛ beat⁹ Iacob⁹
dicit Q charitas oꝑit multitudinẽ pctõꝝ.
Itaqꝫ cũ caritas oẽs v̄tutes informat.nul/
laqꝫ deo placet ſine caritate.vt ad ipam ha/
bendã tota v̄tute nitaris.q̃ te ſponſo tuo xp̄o
ieſu acceptã faciet. Aliq̃s d̄ ipa auctoritates
adducã in mediũ. Dic ḡ de ipa Berñ.xxix.
Cañ. Chariſma ꝓ primũ charitas eſt ꝓlãc
incõꝑabile qd̄ noue ſpõſe celeſtis ſpõſus to/
tiẽs inculcare curabat. Nũc q̃dẽ dicẽs. In
h̃ cognoſcẽt oĩes q2 mei eſtis diſcipuli ſi di/
lectionẽ habueritis ad inuicẽ. Nũc v̄o mãda/
tum nouũ do vob̃ vt diligatis inuicẽ.ꝛ hoc
eſt ꝓceptũ meũ vt diligatis inuicẽ. Itẽ orãs
vnũ eos fore.ſicut ipe ꝛ pater vnũ ſũt.ꝛ pau/
lo poſt. Deniqꝫ q̃dnã huic cõparãdũ pute/
mus.q̃ ipi ꝓfert⁹ martyrio ac fidei trãſferẽti
mõtes. Hoc eſt ḡ qd̄ dico Pax nobis a no/
bis ſit.ꝛ oĩe qd̄ extrinſec⁹ minari videt⁹.nõ
terret q2 nõ nocet. Idẽ.xxvij. Cañ. Quanti/
tas cuiuſqꝫ aĩe eſtimet⁹ de mẽſura caritatis
quã habet.vt v̄bi grã. Que multũ h3 chari/
tatis.magna ſit.que pax pua.q̃ v̄o nihil ni/
hil.dicẽte apoſtolo Si charitatẽ nõ habuero
nihil ſũ. Q ſi quãtulãcunqꝫ hr̃e cepit.vt ſal/
tez diligẽtes ſe diligere curet.ac ſalutare fra/
tres ſuos.ꝛ eos qui ſe ſalutãt.iam nõ nihil
quidẽ illã animã dixerim.que in ratiõe dati
et accepti.ſocialẽ ſaltẽ retinet charitatem.
Verũtñ iuxta ſermonẽ dñi q̃d ampli⁹ facit?
Nec amplã ꝓinde nec magnã.ſed plane ãgu/
ſtam modicãqꝫ celeſtem aĩam quã adeo mo/
dice charitatis eſſe cognouerim. At ſi grãde/
ſcat ꝛ ꝓficiat.ita q2 trãſiens limites ãguſti h⁹
obnoxijqꝫ amoris.latos fines bonitatis grã/
tuite tota libertate ſpũſ apprehẽdat.q̃ largo quin⁹
q̃dã gremio bone volũtatis ad oẽm ſeipſam
curz extẽdere ꝓximũ diligẽdo vnũquẽqꝫ tãqꝫ
ſeipã.3 nũq̃d iã illi recte dicetur.q̃d ampli⁹ fa/
cis? Quippe q̃ ſeipam tã amplã fac.amplũ i/
q̃ꝫ gerit caritatis ſinũ q̃ cõplectit⁹ vniuerſos.
etiã q̃b⁹ nulla ſe nouit carnis neceſſitudine
iunctã.nulla ſpe ꝑcipiẽdi cõmodi cuiuſcũqꝫ illectã.
nulla ꝑcepti retributõe obnoxiã.nullo deniqꝫ
oĩo aſtrictã debito.niſi illo ſane de q̃ d̄r. Ne/
mini q̃cq̃ꝫ debeatis niſi vt inuicẽ diligatis.
Veꝝ ſi adijcias etiã vſqꝫquaqꝫ viz facere re/
gno caritatis vt vſqꝫ ad vltios ei⁹ termios oc/
cupare illud pius inuaſor ꝓualeas.dum ne
inimicis quidẽ viſcera claudere pietatis exi/

DD 4

ſtimes. bñfacias his q̄z q̄ te oderũt. orес p
pſequẽtibꝫ ꝛ calũniantibꝫ te. necnõ ꝛ cũ ipis
qui oderũt pacẽ. eſſe pacificus ſtudeas. tũc
pſus latitudo celi latitudo aĩe. ꝛ altitu-
do nõ diſpar. ſed nec diſſimilis pulcritudo.
Impleſq; demũ in ea qđ dr̄. Extẽdẽs celũ
ſicut pellem. In q̄ iã mire latitudinis altitudĩs
ꝛ pulcritudinis celo. ſumm⁹ ꝛ immẽſus at-
q; gl'ioſus nõ modo dignãter habitat. ſed ꝛ
ſpacioſe deambulat. Hucuſq; Bern̄. Vidi-
ſti ḡ q̄ſ ſit vtilis q̄ſq; neceſſaria charitatꝭ vir-
tus ſine q̄ pfecto impoſſibile eſt placere deo.
cũ qua ſine dubio placet quicũq;. Igit̄ toto
corde. tota mẽte. totaq; ỽtute ſtudeas ipam
hr̄e. q̄ te libẽter faciet oĩa dura ꝛ aſpa p deo
portare ꝛ primo.

## Quõ iohes miſit diſcipulos ad ieſum
## Capitulum xxx.

GLorioſus miles ꝛ pcurſor dñi Ihu
iohes baptiſta cũ eſſet in vinculis. i-
carcerat⁹ ab herode ꝓpt̄ iuſticie ꝺfen-
ſionẽ. q2 redarguebat eũ q̄ tenebat vxorem
fratꝭ ſui viuẽtis. volẽs inducere diſcipulos
ſuos vt ſeq̄rent̄ dñm ihm. cogitauit eos ad
ipm mittere. vt auditis ỽbis ꝛ viſis opibus
eius exardeſcerẽt in amorẽ ipi⁹ ꝛ ſequerẽtur
eũ. Iuerũt ḡ ad eũ ꝛ ex pte Iohis dixerunt
Tu es q̄ ventur⁹ es an aliũ expectam⁹? Do-
min⁹ aũt ieſus magnã turbã tunc habebat
corã ſe. Cõſpice bñ ipm quõ vultu placido
recepit nũcios iohis. ꝛ quõ ſapiẽter p̃mo fa-
ctis ꝛ poſtea ỽbis r̄ñdit eis. In eoꝝ ḡ pñtia
ſurdos ſanauit ꝛ mutos ꝛ cecos ꝛ alia mul-
ta miracula fecit. ꝛ ꝑpl'o p̄dicauit ꝛ poſtea ill'
inter alia dixit. Ite ꝛ renũciate iohãni q̄ au-
diſtis ꝛ vidiſtis. Iuerũt ḡ ꝛ ea retulerũt Io-
hanni. q̄ ea libẽtiſſime audiuit. Illi autẽ di-
ſcipuli poſt mortẽ Iohis firmiter xp̄o adhe-
ſerũt. Dñs ieſus poſt illoꝝ diſceſſum valde
iohem corã populo collaudauit. ſ. q̄ erat pl⁹
q̄ꝫ ꝓpheta. q̄ inter natos mulieꝝ maior eo ñ
ſurrexerat. ꝛ de alĳs vt in euãgelio habes.
Tu ḡ aſpice dñm Ihm ſp ꝛ dũ p̄dicat ꝛ dũ
p̄dicta miracula facit vt ſup habuiſti.

## De obitu Iohãnis baptiſte
## Capitulũ. xxxi.

HIc põt occurrere meditatio de mor-
te ipi⁹ beati iohis baptiſte. Cũ ḡ he-
rodes ille neq̄ſſimus ꝛ adultera illa
peſſima ſil' forte ꝯdixiſſent ipm occidere. vt
pctĩ ſui redargutiõꝫ nõ haberẽt. ꝯtigit vt in
die ꝯuiuĳ. ſaltãti miſere filie ipi⁹ herodiadis
daret̄ caput iohis. ꝛ ſic fuit i carcere decolla-
tus. Vide q̄nt⁹ vir ꝛ q̄ꝫ vilit̄ ꝛ q̄ꝫ enormiter
regnãte ac impante neq̄cia occubuit. O ds
qualit̄ h̄ fieri pmiſiſti. q̄d eſt h̄ cogitare q̄ ta-
liter moriat̄ iohes. q̄ tãte pfectõis ꝛ ſctitatis
erat vt putaret̄ eſſe xp̄s. Igit̄ ſi vis bñ h̄ ne-
gociũ rumĩare poſt nepharia opa coꝝ. cogi-
ta Iohis magnitudinẽ ꝛ excellẽtiã ſingula-
rẽ. ꝛ tũc poteꝛ ſtupere. Audiſti aũt i ſupiori
tractatu qualit̄ fuit a dño cõmẽdat⁹ in mul-
tis. Audi nũc quõ nũc cõmẽdat eũ beatus
Bern̄. in q̄dã ſmõe ſic dicẽs. Illa mr̄ ꝛ ma-
giſtra oĩm eccl'iaꝝ romana eccl'ia de q̄ ẽ di-
ctum. Ego p te rogaui petre vt nõ deficiat
fides tua. i honore iohis baptiſte poſt ſalua-
toris nomẽ ꝯſecrata ẽ ꝛ ſignata. Dignũ nã-
q; fuit vt ſingularẽ amicũ ſpõſe ibi p̄ucheꝛ
vbi p̄ncipatũ ſpi⁹ oñdit. Crucifigit̄ petr⁹. pau-
lus gladiat̄. ſꝫ tñ dignitas remanet p̄curſori.
Purpurat̄ roma m'ltitudĩe martyꝝ. tota ſbli-
mitas btõ refundit̄ p̄riarche. Iohes vbiq;
maior. i oĩbꝫ ſingularis in mirabil' ſup oẽs
Quis ſic gl'ioſe annũciat⁹ eſt? q̄s ſic ſpealit̄ i-
tra mr̄is vteꝝ ſpũ ſctõ legit̄ fuiſſe repletus?
quẽ legiſtꝭ intra mr̄is vteꝝ exultaſſe? Cuius
natiuitatẽ audiſtis eccl'iam celebrare? q̄s ſic
heremũ cupiuit? q̄s ſic ſublimit̄ legit̄ ꝯuerſa-
tus? Quis pñiam ꝛ regnũ celoꝝ p̄m⁹ oñdit.
q̄s regẽ gl'ie baptizauit? Cui ſe p̄mũ trinitas
ſic apte reuelauit? Cui tale teſtimoniũ p̄bu-
it dñs ihs xp̄s? quẽ ſic honorauit eccl'ia? Io-
hãnes p̄riarcha imo p̄riarchaꝝ finis et ca-
put. Iohes ꝓpha imo pl⁹ q̄ꝫ ꝓpha. q2 quẽ ve-
nientẽ nũciat. digito mõſtrat. Iohes angel⁹.
ſꝫ int̄ angl'os elect⁹ ſaluatore teſtãte cũ dic.
Ecce ego mit. ã. me. ꝛc. Iohes apl's. ſꝫ apl'o-
rũ p̄m⁹ ꝛ p̄nceps. q2 fuit hõ miſſus a deo. Io-
hãnes euãgeliſta. ſꝫ euãgelĳ p̄m⁹ ãnũciator.
p̄dicãs euãgeliũ regni di. Iohes ỽgo. imo
ỽginitatꝭ inſigne pudicicie titul⁹. caſtitatꝭ ex-
emplũ. Iohes martyr. ſꝫ ꝛ martyꝝ lumẽ In-
ter natiuitatẽ morteq; xp̄i martyrĳ ꝯſtãtiſſi-
ma forma. Ipe vox i deſerto clamãtꝭ. p̄curſor
iudicꝭ. p̄co ỽbi. Ipe ẽ helyas. vſq; ad eũ lex
ꝛ ꝓphe. lucerna lucẽs ꝛ ardẽs. Silẽtio trãſeo
q̄ ſic nouẽ angl'oꝝ ordibꝫ infer⁹ eſt vt etiã ad
ſeraphi apicẽ trãſferat̄. Hucuſq; Ber. Au-
di nũc q̄lit̄ eũ ꝯmẽdat iohes os aureũ in ſ-
mõe q̄dã ſic dicẽs. Iohes ſcola ỽtutũ. magi-
ſteriũ vite. ſctitatꝭ forma. norma iuſticie ꝛc. ſi
ḡ ad inuicẽ ꝯpas excellẽtiã ꝛ dignitatẽ iohis.
ꝛ pfunditatẽ ſceleꝝ eoꝝ qui ipſum occiderũt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

merito habebis materiā ſtupēdi ꝛ murmu/
randi.ſi fas ſit dicere.etiā ꝯtra deū. Nā ad
hūc talē ꝛ tantū mittit̃ ſpiculatoꝛ vt ampu/
tet caput eiꝰ.ac ſi eſſet aliq̄s viliſſimꝰ ꝛ peſſi/
mus homicida ꝛ depopulatoꝛ. Cōſpice er/
go cū reuererēter ꝛ cū doloꝛe qualit̃ ad iuſſuꝫ
vilis ꝛ nequā ſpiculatoꝛis collū parat.hūi/
liter genua flectit.ꝛ grās deo agēs ponit ſa/
cratiſſimū caput ſup̄ aliquo trūco vl̄ lapide.
ꝛ patiēter ictꝰ ſuſtiēt quouſq; totaliter abſci/
datur. Ecce quō vadit Jobēs amicꝰ intimꝰ
ꝛ dñi ihū cōſanguineꝰ.ꝛ dei maximꝰ ſecreta/
rius. Vere magna nobis cōfuſio q̄ patiam
in quibuſcūq; aduerſitatibꝫ nō habemꝰ Jo/
hānes innocēs moꝛtē.ꝛ talē moꝛtē ſuſtinu/
it patiēter. Et nos plerūq; peccatꝫ aggraua/
ti ira dei digni nō poſſumꝰ etiā paruas in/
iurias ꝛ grauamīa tolerare.imo plerūq; nec
verba. Dñs aūt Jhs erat tūc in ꝑtibꝫ iudee
ſꝫ nō in terra illa. Cū aūt obitꝰ eius fuerat
ibi nunciatꝰ.fleuit pius deꝰ pugilē ſuū ꝛ ꝯſo/
brinū.fleuerūt etiā diſcipuli eiꝰ cuꝫ eo.fleuit
beata ꝟgo que ipm natū de terra leuauit. et
tenerrime eū dilexit. Sed dñs conſolabat̃
matrē ſuā.ipa vero dicebat. Fili quare nō
defendiſti eū ne ſic moꝛeret̃. Cui filius. Re/
uerenda mr̄ nō expediebat ei talis defenſio
Nā ipē ꝓ meo patre moꝛtuꝰ eſt.ꝛ ꝓ defenſio/
ne ſue iuſticie.cito autē erit in eius glīa. Jpe
eīm pater nō intēdit ſuos defendere tali mo/
do in h̄ mūdo.qꝛ nō ſunt hic diutiꝰ moꝛatu/
ri.nec eoꝝ patria hic eſt ſꝫ in celis. Johānes
ſolutꝰ eſt a vinculis coꝛpis.nec eſt vis i mo/
do moꝛiēdi.ſeuit hoſtis in eū quantū potu/
it.ſꝫ ipē regnabit cū patre meo in eternum.
Jgit̃ cōſoleris chariſſima mater. qꝛ Johā/
ni ſemꝑ erit bñ. Poſtea ꝟo aliquibꝫ elapſis
diebꝫ. diſceſſit dñs Jeſus de ꝑtibꝫ illis ꝛ re/
diit in galileā. Tu aūt ꝑdictis omnibꝫ te ꝑ/
ſentē exhibeas ꝛ ea mediteris deuote.ꝛ q̄cū/
q; dñs ierit eū ſequerꝫ.

De locutione cum ſamaritana
Capitulū.xxxij.

CUm dñs ihs de iudea in galileā re/
diret.q̄ via eſt.xvij. miliarioꝝ et am/
plius vt pluries tibi dixi. ꝛ trāſiret
ꝑ ſamariā fatigatꝰ eſt ex itinere. Cōſpice ꝓ
deo eū hic quō fatigat̃.plane incedit.ſepe fa/
tigatꝰ eſt.ꝛ tota vita ipiꝰ laboꝛioſa fuit. Po/
ſuit ergo ſe ad ſedendū ſup̄ quendā puteuꝫ.
ꝛ quieſcebat. Diſcipuli aūt iuerūt ad ciuita/
tem ad querēdos cibos. Venit ergo muli/
er quedā que vocabat̃ lucia ꝓ aqua ad ipm
puteū. Dominꝰ aūt cū ipa icepit loqui.ꝛ de
magnis factis tractare.ꝛ ſeipm eidē manife/
ſtare. De quibꝫ aūt cū ea loquebat̃. ꝛ qualit̃
diſcipuli redierūt.ꝛ qualiter ad verbū muli/
erꝫ ciuitas ei obuiā venit.ꝛ qualiter ipē iuit
cum eis ſterit ꝛ diſceſſit.nō intendo referre.
plana eſt eīm euāgelica hyſtoꝛia. Lege ipam
ꝛ ipm dñm Jeſum cōſpice in oībꝫ actibꝫ.

Ex ipa aūt hiſtoꝛia quedā pulcra ꝛ vtilia
nota. Et ꝑmo humilitatē dñi ieſu. Tum q̄a
ſolus remāſit humilis dñs diſcipulis in ci/
uitatē euntibꝫ. Cōſiderēter eīm ſe habebant ad
eum. Tū etiā qꝛ cū illa muliercula ſola d̄ tā
magnis factis ſic tractabat humiliter. ac d̄
pari loquebant̃ ad inuicē. Nō eīm dedigna/
batur eā.ſꝫ talia cū ea dicebat ꝙ ſi multꝫ ſa/
pientiſſimis reſpōdiſſet de talibꝫ.magnum
fuiſſet. Nō ſic ſupbi faciūt. Si eīm ampullo/
ſa verba ſua funderēt inter paucos. ne duꝫ
cum vno.ea ꝑdita reputarēt.ſed nec illos iu/
dicarēt dignos ſuſcipe verba ſua. Secū/
do paupertatē ipiꝰ ꝛ coꝛpis afflictiōꝫ ꝯſidera.
ſꝫ ꝛ humilitas eſt immixta cū eis. Habes eī
hic ꝙ diſcipuli iuerūt ad ciuitatē ad querē/
dū cibos.ꝛ queſitos poꝛtauerūt.ꝛ volebant
ꝙ manducaret.ſꝫ vbi māducaſſet. certe ibi
ad puteū vel ad aliquē riuū ſiue fontē. Vid̄
ergo qualiter fatigatꝰ ac famelicꝰ reficiebat̃
Non credas ꝙ hac ſola vice caſu ſic factum
fuerat.ſed ſcḋm cōſuetudinē ſuā. Unde apte
hic colligere potes ꝙ humilis dñs ac pau/
pertatis amatoꝛ cū ibat ꝑ mūdū.ſepe come/
debat extra ciuitatē ꝛ hominū habitatiōes
ad aliquē riuū vel fontē.quātūcūq; fatigatꝰ
vel afflictꝰ foꝛet. Nō habebat etiā exquiſita
cibaria.nō vaſa curioſa. nō delicata vina.ſꝫ
habebat aquā puram ex ipo fonte vel riuo
Qui vineas fecūdabat.ꝛ creauerat fontes.ꝛ
oīa que mouent̃ in aquis.ꝛ panē tāq; pau/
per ſedens in terra humiliter comedebat.

Tertio cōſidera quomō intentꝰ erat ſtu/
dio ſpūali. Nam cū diſcipuli eū vt comede/
ret inuitarēt.dixit. Ego cibū habeo mādu/
care quē vos neſcitis. Meꝰ cibꝫ eſt vt faciā
voluntatē eius qui miſit me.nec voluit mā/
ducare. ſed expectabat illos qui veniebant
de ciuitate vt eis primo predicaret.priꝰ ope/
rari volens ea que ſpiritus erant. non coꝛ/
poꝛis.quātumcūq; tunc indigeret. Cōſpi/
ce ergo eū in predictis ꝛ eius virtutes ſtude/
as imitari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quomodo voluerūt ꝑcipitare dominū de ſupercilio montis.

Capitulum xxxiij.

C Um rediſſet dominꝰ Jeſus naza/
reth. ꝛ illi ab eo miracula peterēt. et
ipe eos miraculis indignos oſtēde/
ret. furoꝛe accēſi expulerūt eū extra ciuitatē
Benignꝰ ḡ dominꝰ ante eos fugiebat ꝛ illi
ꝑſequebant̄ eū. Quid tibi videt̄. Intm̄ fu/
roꝛ eoꝝ exarſit ꝛ creuit ꝙ ipm vſq̄ ad ſupci/
lium mōtis duxerūt vt eū inde ꝑcipitarent.
Dn̄s ꝟo diuina ꝟtute tranſiēs ꝑ mediū illo/
rum ibat. nondū em̄ moꝛi elegerat. Et dicͤ
hic gloſa. Q dꝛ ꝙ cū dn̄s ih̄s de manibꝫ il/
loꝝ elapſus de mōte deſcēderet. ꝛ ſub rupe
lateret. ſaxū ſubterfugit ꝛ locū ei dedit q̄z̄ta
erat ſua capacitas ac ſi fuiſſet de cera. ꝛ ruge
veſtis ipiꝰ ibi remāſerunt ac ſi ibi ſculpte eſ/
ſent. Cōſpice ergo eū ante eos fugientē ꝛ la/
tentē ſub rupe. ꝛ cōpatere afflictionibꝫ ſuis.
ꝛ in humilitate ac patientia ipſum imitari
coneris.

De habēti manū aridā ꝛ a dn̄o curato

Capitulū. xxxiiij.

Q Uadā die ſabbati docebat dn̄s Je/
ſus in ſynagoga. Et ibi erat q̇dam
habēs manū aridā. ꝛ fecit eū Jeſus
ſtare in medio ꝛ queſiuit ab illis ſapiētibꝰ.
ſi liceat in die ſabbati bene facere. Ipi vero
tacuerunt. Dixit ergo ih̄s habēti manū ari/
dam. Extēde manū tuā. ꝛ ſanatꝰ eſt. Pluri/
es in diebꝫ ſabbatoꝝ fecit dn̄s miracl̄a ad
ꝯfuſionē iudeoꝝ. q̇ carnaliter legē intellige/
bant. quā deꝰ ſpūaliter obſeruari volebat.
Nō em̄ in die ſabbati a bono erat abſtinen/
dū ꝛ opibꝫ charitatꝫ. ſed a peccatis ꝛ opibꝰ
ſeruilibꝫ. At illi ſcandalizabant̄ inde multū.
ꝛ cōſpirabāt ꝯtra eū ac dicebant. Nō eſt hic
homo a deo qui ſabbatū nō cuſtodit. Dn̄s
autē ꝓpterea nō dimittebat. imo ſtudioſius
faciebat vt eos erueret ab erroꝛe. Cōſidera
eū ergo in ꝑdictis opationibꝫ. ꝛ eius exēplo
nō ceſſes a bono ope. q̄z̄uis alius inde ſcan/
dalizet̄ iniuſte. A bono nāq̄ opere neceſſa/
rio ad ſalutē aīme ac etiā ad ꝑfectū ſpiritus
conferēte. ceſſare nō debes ꝓpter alicuiꝰ ſcā/
daluꝫ. A cōmodo vero corꝑali ſcḋm perfecte
charitatis exigentiā abſtinendū eſt propter
ſcandalū fratris. Propter qḋ dicit apoſto/
lus ad Roma. xiiij. Bonū eſt non māduca/
re carnē ꝛ nō bibere vinū. neq̄ in quo frater
tuus offendit̄ aut ſcandalizatur. aut infir/
matur.

De multiplicatōe panū. ꝛ quomodo ſe di/
ligentibꝫ ſubuenit.

Capitulū. xxxv.

D E duabꝫ vicibꝫ legit̄ ꝙ benignꝰ do/
minꝰ multiplicauit paucos panes.
ꝛ inde multa milia hominū ſatiauit
Tu tamē redige in vnā meditatiōem. ꝛ ī ea
cōſidera verba ꝛ facta ipiꝰ. Dixit enim tunc
Miſereoꝛ ſuꝑ turbā. q꞉ ecce iā triduo ſuſti/
nent me. nec habēt qḋ manducēt. ꝛ ſi dimiſe/
ro eos ieiunos deficiēt in via. Quidā enim
ex eis de lōge venerūt. Et poſtea panes mł/
tiplicauit ita ꝙ oīes comederūt abundan/
ter. Cōſidera ergo hic plura ꝛ bona. ꝛ ſpeci/
aliter quomō dn̄s Jeſus erat miſericoꝛs et
curialis ꝛ gratꝰ. quō diſcretꝰ ꝛ circūſpectus
Primo ḡ cōſidera ꝙ erat miſericoꝛs. q̄a
miſicoꝛdia traxit eū ad ſubueniendū illis. ꝛ
ideo dicͭ miſereoꝛ ſuꝑ turbā. Nāꝫ miſericoꝛ/
dia eiꝰ plena ē terra. Scḋo erat curialis ꝛ
gratꝰ ex cā quā aſſignat. q꞉ ecce inq̇t iam tri/
duo ſuſtinēt me. Vide curialitatē ꝛ gratitu/
dinē magnā ac mirabileꝫ. Nā q̄ſi ꝓ bn̄ficio
ab eis recepto ſic loq̇t̄. cū in ꝟitate ipoꝝ bo/
nū eſſet ꝛ nō ſuū. Sꝫ ſic eſt vt alibi dī. Deli/
cie ſue ſunt eſſe cū filijs hoīum. cū ſibi nihil
boni accreſcat. nob̄ aūt ꝓueniat ſalꝰ. Illos
aūt q̇ eū ſequūt̄ ꝛ ꝑcepta ꝛ monitiōes eiꝰ cu/
ſtodiūt diligit dn̄s. nec manū ſuā eis claudit
q̇n ſubueniat cū expedit eis. Tertio diſcre/
tus ꝛ circūſpectꝰ fuit. eo ꝙ ꝯſiderabat eoꝝ i/
digētiā ꝛ ipotētiā. q̄lit̄ deficere poterāt. ꝛ q̄li/
ter aliq̇ eoꝝ de lōge venerāt. Vides ḡ q̄z̄ ſa/
pida ꝛ q̄z̄ melliflua iſta ꝟba fuerūt. Sic q̄ti/
die nob̄ ſpūalit̄ ꝯtingit. Nō em̄ habemꝰ qḋ
māducemꝰ niſi ipe det. ꝛ ī via deficimus ſi
nos ieiunos dimittit. ꝛ ſine ipo nō poſſumꝰ
nob̄ ī aliq̇ ſpūali negocio ꝓuidere. Nō ḡ ha/
beamꝰ elatiōis materiā cū de manu dn̄i ali/
quā ꝯſolatōꝫ ꝑcipimꝰ. vł cū aliquē ꝓfectum
ſpūalꝫ exercitij ſentimꝰ q꞉ nō a nob̄ ſꝫ ab ipo
eſt. Et iō ſi bn̄ attēdimꝰ q̄z̄to ꝑfectiores fue/
rint ſui dei. ꝛ deo ꝓpinq̇ores. ꝛ in donis eius
excellētioꝛes. tāto humilioꝛes videbis. quia
nihil ſibi attribuūt niſi pctā ꝛ defectꝰ. ꝛ q̄z̄to
q̇s ei magis appꝛopinq̇t. tāto eſt amplíꝰ illu/
minatꝰ. ꝛ ideo dei magnificētiā ꝛ miſericoꝛ/
diā clariꝰ videt. ꝛ ſic in eo locū habere nō po/
teſt ſuꝑbia vel vana gloꝛia. que ex ignorātie
cecitate ꝓcedūt. Nō ei q̇ deū vł ſe bn̄ cogno/
ſceret ꝛ examinaret. ſuperbire poſſet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eſt etiā lōga via q̄ ad deū venim⁹ Et ſpe/
cialit̄ de me ⁊ mei ſilib⁹ loquor. q̄ in tā lōgā
regionē ab eo diſceſſim⁹ ꝑpt̄ pctā. Ad euꝫ ḡ
rediēs q̄ſi dr̄ de lōga via venire. Poſt v̄ba ḡ
dicta. fecit xp̄s facta. Cōſpice ḡ eū qualit̄ il/
los panes accipiēs ⁊ p̄ri grās agēs dedit di/
ſcipulis vt apponerēt turbe. ⁊ i manib⁹ eorū
iſta multiplicauit. vt om̄es ꝓ ſuo libito co/
mederēt. ⁊ multa ſuperāt fragmēta. Cōſide/
ra etiā qualit̄ aſpicit illos comedere. ⁊ in io/
cūditate eoꝝ letat̄. Cōſpice etiā illos quali/
ter ſup illo miraculo mirāt̄. ⁊ vn⁹ ad alterū
inde loquēdo letant̄. ⁊ cū grāꝝ actiōe mādu/
cant. nō ſolū corporaliter. ſꝫ ſaltē aliq̄ ex ipſis
mētaliter forte refectionē ꝑcipiētes. Sꝫ nū/
quid fuit ibi dn̄a noſtra. vt ⁊ ip̄a de panib⁹
libēter mulierib⁹ porrigeret. ⁊ de ip̄aꝝ recre/
atione gauderet. Scriptura de h̄ nō loqui/
tur. Tu aūt meditare put dn̄s tibi donat.

De fuga dn̄i qn̄ voluerūt eū facere regē
Itē cōtra mundi honores.

Capitulū. xxxvi.

Poſtq̄ dn̄s ſatiauit turbas vt i ſupi/
ori tractatu ꝯtinet̄. illi voluerūt euꝫ
facere regē. Cōſiderabāt nāq̄ ꝙ poſ/
ſet eoꝝ neceſſitatib⁹ ſubuenire. ⁊ ſub tali re/
ge videbat̄ eis nō poſſe egere. Dn̄s aūt ih̄s
cognoſcēs volūtatē eoꝝ fugit ab eis in mō/
tem. ita ꝙ illi nō ꝑpenderūt nec eū inuenire
tūc potuerūt. Noluit ḡ t̄palit̄ honorari. Et
vide quō v̄e ⁊ nō ficte hūc fugit honorem.
Miſit em̄ diſcip̄los ꝑ mare ⁊ ip̄e aſcēdit in
montē. vt ſi eū vlteri⁹ int̄ diſcipulos q̄rerēt.
ip̄m inuenire neq̄rēt. Diſcipuli aūt nolebāt
ſepari ab eo. ſꝫ ip̄e coegit eos ītrare in naui/
culā ⁊ trāſfretare. Bonū erat ip̄oꝝ deſideri/
um. ſtare ſcꝫ velle cū dn̄o ſuo ſp̄. ſꝫ ip̄e alit̄ ꝓ/
uidebat. Cōſpice nūc ḡ eos quō īuite ab eo
diſcedūt. ⁊ quō dn̄s ih̄s coegit eos ſpōdens
penit⁹ ſe ita velle ꝙ vadāt in nauē ſine ip̄o. ⁊
tūc ip̄i humilit̄ obediūt q̄ꝰtūcūq̄ ḡue ⁊ duꝝ
videat̄ eis. Sic q̄tidie ſp̄ualit̄ nobiſcū facit.
Nollem⁹ em̄ ꝙ ip̄e a nob̄ diſcederet vllo t̄pe
ſꝫ ip̄e alit̄ ſe hꝫ cū aīa. vadit ⁊ redit ꝑ ſuo vel/
le. ſꝫ ꝑ nr̄o bono. Ꝓpt̄ qđ audire te volo.
q̄d in hac victoria dicat Bern̄. Ait ei ſic ſer/
mone. xxxij. ſup Cañ. Cū ſpōſus vigilijs et
obſecratōib⁹ ⁊ m̄lto imbre lacrimaꝝ q̄ſit⁹ affu/
erit. ſubito dū teneri putat̄ elabit̄. ⁊ rurſ⁹ la/
crimāti ⁊ inſectāti occurrēs cōp̄hēdi patit̄.
ſꝫ minime retineri. ſ dū ſubito q̄ſi e manib⁹ euo/
lat. ſi inſtiterit ꝑcib⁹ ⁊ fletib⁹ deuota aīma
denuo reuertet̄. ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ non frau/
dabit eā. Sꝫ rurſum mox diſꝑebit ⁊ nō vi/
debit̄. niſi iteꝝ toto deſiderio req̄rat̄. Ita ḡ
⁊ in hoc corꝑe pōt eſſe de p̄ntia ſpōſi freq̄ns
leticia ſꝫ nō copia. q2 ⁊ ſi viſitatio letificat. ſꝫ
moleſtat viciſſitudo. ⁊ h̄ tādiu neceſſe eſt pa/
ti dilectā. donec ſel' depoſita corporee ſarci/
ne mole auolet ⁊ ip̄a leuata pēnis deſiderio/
rum ſuoꝝ libere iter carpēs ꝑ cāpos ꝯtēpla/
tiōis. ⁊ mēte ſequēs expedita dilectū q̄cūq̄
ierit. Nec tn̄ vel in trāſitu p̄ſto erit ſic oī aīe.
niſi illi dūtaxat quā ingēs deuotio ⁊ deſide/
riū vehemēs ⁊ ꝑdulcis affect⁹ ſpōſam ꝓ/
bat ⁊ dignā. ad quā grā viſitādi acceſſuꝝ v̄/
bum decorē induit formā ſponſi accipiens.
Itē in ſmone. lxxiiij. Cañ. Forte iō ſubtra/
xit ſe q̄ auidi⁹ vocaret̄. teneret̄ forti⁹. Nam ⁊
aliqn̄ ſimulabat ſe longi⁹ ire. nō q2 h̄ volebat.
ſꝫ q2 volebat audire māe nobi. qm̄ aduespa/
ſcit. Ergo iſti⁹ modi piā ſimulatiōꝫ. imo ſalu/
tarē diſpēſatiōem. quā tūc corporalit̄ v̄bū cor/
pus interdū exhibuit. nō ceſſat idētidē v̄bū ſpi/
rit⁹ mō ſuo ſp̄uali cū deuota ſibi aīa ſedulo
actitare. Preteriēs teneri vult. abiēs reuo/
cari. ⁊ ire quidē illi diſpēſatoriū. redire v̄o ſp̄
volūtariū eſt. vtrūq̄ aūt plenū iudicij ac pe/
nes ip̄m hoꝝ rō. Nūc v̄o cōſtat in aīma fie/
ri hui⁹cemodi viciſſitudines eūtis ⁊ redeū/
tis v̄bi. ſic ait. vado ⁊ venio ad vos. Itē mo/
dicū ⁊ nō videbitiſ me. ⁊ iteꝝ modicū ⁊ vide/
bitis me. O modicū ⁊ modicū. o modicū et
longū. pie dn̄e. modicū dicis ꝙ nō videbi/
mus te. Saluū ſit v̄bū dn̄i mei. ⁊ multū lōn/
gū ē valde nimis. Verūtn̄ vtrūq̄ veꝝ. ⁊ mo/
dicū meritiſ ⁊ nō modicū votis. Habes vtꝝ/
q̄ in ꝓpha. Si morā fecerit inq̄t expecta euꝫ.
q2 veniet ⁊ nō tardabit. Quō nō tardabit ſi
morā fecerit. niſi ꝙ ad meritū ſatis eſt. nō tn̄
ſatis ad votū. Porro anima amās votiſ fer/
tur. ⁊ trahit̄ ꝯſiderijſ. diſſimulat merita. ma/
ieſtati oculos claudit. aperit volūtati. ponēs
ſpem in ſalutari ⁊ fiducialiter agēs i eo. In/
trepida deniq̄ ⁊ inuerecūda reuocat v̄bum.
⁊ cū fiducia repetit delicias ſuaſ. ſolita liber/
tate vocās nō dominū ſed dilectū. ⁊ dicens.
Reuertere dilecte mi. Idē decimoſeptimo
Cañ. Has alternare vices non ceſſat i his
qui ſpirituales ſunt. vel quos potius ſpiri/
tuales perinde ipſe creare intendit. viſitans
diluculo. ⁊ ſubito probans. Hucuſq̄ Ber/
nardus. Habes ergo quomodo dominus
ieſus ſp̄ualit̄ viſitat aīaꝫ atq̄ ab ea diſcedit

ꝛ quid tũc aĩa facere debeat. reuocare em̃
debet eũ ſolicite ꝛ inſtãter. Interim autẽ pa/
tiẽter ſuſtinere diſceſſum ſpõſi ꝛ exẽplo diſci/
puloꝝ hic obedientiũ ſine ipo naue intrãti/
um ſuſtinere ꝓcellas ꝛ ipi⁹ adiutorio libera/
tionẽ expectare. Sꝫ redeam⁹ ad ipm do/
minũ ihm. Ingreſſis nãqꝫ diſcipulis i ma/
re. ipe ſol⁹ aſcẽdit. ꝛ ſic euaſit man⁹ illoꝝ q̃ eũ
querebãt. Uides em̃ q̃nto ſtudio ꝛ cautela
fugit ꝛ declinauit regni honorẽ. Exemplũ
nobis dedit vt ꝛ nos ſilr̃ faciam⁹. Nõ em̃ ꝑ
ſe ſꝫ ꝑ nobis fugit. Cognoſcebat nãqꝫ q̃nte
ſit temeritatꝭ ſi ad honores aſpirem⁹. honoꝛ
em̃ de maioꝛib⁹ laqueis eſt ad captiõem. et
grauioꝛib⁹ põderib⁹ ad aĩaꝝ ſubuerſionem.
q̃ꝫ ego cognoſcã. ſiue ſit honoꝛ ꝑlatiõis ꝛ po/
tentie ſiue ſcie. Uix em̃ fieri p̃t ꝙ q̃ delectat̃
honoꝛe. in ꝑiculo ꝛ ꝑcipitio magno non ſit
Uł qđ pei⁹ eſt. iã ꝑcipitio colliſus. ꝛ h̃ oſten/
dã tibi plurib⁹ rõnib⁹ Prima qꝛ anim⁹ vl/
tra modũ in honoꝛe delectat̃ ꝛ ſollicitus eſt
quõ ipm ꝯſeruet ꝛ augeat. At ſ̃m beatũ gre/
goriũ. Tãto q̃s a ſuꝑno amoꝛe diſiũgit̃. q̃n/
to inferi⁹ delectat̃ Secũda qꝛ intẽdit ad
habẽdos amicos ſeq̃ces ꝛ cõplices. q̃b⁹ me/
diantib⁹ ꝛ adiuuãtib⁹ tueat̃ ꝛ augmẽtet ho/
noꝛẽ. ꝓpter qđ multa occurrũt in q̃b⁹ ꝯ deũ
ꝛ ꝯſciam ꝓpriã ad taliũ amicoꝝ cõplacẽtiam
opat̃. vt illos ꝓ ſe faciat opari. Tertia q̃a
emulat̃ habẽtes ꝛ detrahit eis. vt ipe magiſ
honoꝛat⁹ remaneat. ꝛ ſic in odiũ ꝛ in inuidi/
am labit̃ Quarta quia ſe putat ꝛ reputari
optat honoꝛe dignũ. ꝛ ſic cadit in elatõem ꝛ
ſuꝑbiã. Sꝫ iuxta apl̃m. Qui exiſtimat ſe ali/
q̃d eſſe cũ nihil ſit. ipe ſe ſeducit. Et ꝓpterea
dic̃ dñs in euãgelio. Cũ oĩa bñ feceritꝭ. di/
cite ſerui inutiles ſum⁹. ſꝫ q̃ñ dic̃ hoc. q̃ vult
honoꝛari. Quinta qꝛ nõ ſ̃m ſpm̃ ambu/
lat ſꝫ ſ̃m carnẽ. nõ em̃ habet aĩm adunatũ ꝛ
eleuatũ ad celeſtia. ſꝫ vagũ ꝛ ad multa ſpar/
ſum. Sexta ꝛ vltima. qꝛ ex q̃ in honoꝛe in/
cipit delectari. intm̃ allicit̃ ꝙ ſatiari non põt.
ꝛ nouos q̃tidie ꝛ maioꝛes ꝓcurat. ꝛ quanto
plures recipit tãto ad plures anhelat. qꝛ ſp
honoꝛabilioꝛẽ ſolito ꝛ dignioꝛẽ in ſuis ꝛ ali/
oꝛũ oculis eſſe ſe credit. ꝛ ſic labit̃ in ambiti/
onẽ q̃ eſt viciũ peſſimũ ꝛ multoꝝ alioꝝ vici/
oꝛũ radix ꝛ cauſa. De hmõi malignitate au/
di nõ me ſꝫ Bernardũ q̃ ſic ait i ſ̃mone. vj.
ſup. p̃s. q̃ habitat. ſermo incipit. Solet i di/
uinis. Ambitio inq̃t ſubtile malũ ꝛ ſecretũ
vir⁹. peſtis occulta. doli artifex. mr̃ hypocri/
ſis. liuoꝛꝭ parẽs. vicioꝝ oꝛigo. criminum fo/
mes. ꝟtutũ erugo. tinea ſãctitatꝭ. excecatrix
coꝛdiũ. ex remediis moꝛbos creãs. generãſ
ex medicina lãguoꝛẽ. Et q̃ntos hec peſtꝭ ne/
quit̃ ſupplãtatos. turpiter q̃ꝫ deiecit. vt cete/
ri quiqꝫ q̃s latuit effoſſoꝛ. ſubitã expaueſce/
rent ad ruinã. Quid ꝟo hũc vermem alit q̃ꝫ
mẽtis alienatio ꝛ obliuio veritatis. Aut q̃d
niſi ꝟitas hũc ꝑdendũ veſtigat ꝑditoꝛem
ꝛ negociũ arguit tenebraꝝ. Nimirũ hec eſt q̃
dicit. Quid ꝓdeſt hoĩ ſi mundũ vniuerſum
lucret̃. ſe aũt ꝑdat ꝛ detrimẽtũ ſui faciat. Et
idẽ. Potẽtes inq̃t potẽter toꝛmẽta patietur
Hec eſt q̃ ſedula ſuggeſtione reducit i men/
tẽ q̃ꝫ ſit in ambitu friuola ꝯſolatio. graue iu/
diciũ. vſus breuis. finis ignot⁹. Et ideo ter/
tia tẽptatio dñi de ambitiõe fuit. q̃ñ omnia
regna mũdi ꝓmiſit ſi cadẽs adoraret eum.
Uides ne ꝙ ambitõis via adoratio diabo/
li eſt. q̃ videlicet ad honoꝛes mũdi ꝛ gloriã
ꝑueniendũ ſuis ille adoꝛatorib⁹ pollicetur.
Idẽ in ſ̃mone q̃rto de aſcẽſione dñi. Cupi/
di ſiquidẽ ſum⁹ aſcẽſionis. exaltatõem cõcu/
piſcim⁹ oẽs. Nobiles em̃ creature ſumus.
ꝛ magni cuiuſdã aĩ. ideoqꝫ altitudinem na/
turali appetimus deſiderio Sed ve nobis
ſi voluerim⁹ eũ ſeq̃ qui ait. Sedebo in mõ/
te teſtamẽti in laterib⁹ aquilonis. Heu mi/
ſer in laterib⁹ aq̃lonis. Frigid⁹ eſt mons il/
le. nõ te ſeq̃mur. Poteſtatis habes ꝯcupiſcẽ/
tiã. altitudinẽ ꝑſumis potentie. Q̃ñtũ viqꝫ
hodie feda ſequunt̃ infeliciaqꝫ veſtigia tua.
imo ꝟo q̃ꝫ pauci euadũt. quib⁹ nõ dominã/
di libido dñet̃. Quẽ ſeq̃mini miſeri. quẽ ſeq̃/
mini. Nõne iſte eſt mõs in quẽ aſcẽdit ange/
lus. ꝛ diabol⁹ fact⁹ eſt. Illud aduertite. ꝙ
poſt caſum ſuũ inuidia cruciãte male ſollici/
tus de ſupplãtando hoĩe. ſilẽm ei montẽ al/
terũ demõſtrauit. Eritis inq̃t ſicut dii ſcien/
tes bonũ ꝛ maluꝫ. Et iſta poteſtatꝭ ambitio/
ſe angelũ felicitate ꝑuauit angelica. Scientie
etiã appetit⁹ hoĩem immoꝛtalitatꝭ glia ſpoli/
auit. Cõcet̃ q̃s aſcẽdere in montẽ poteſtatꝭ.
quãtos putas habebit ꝯtradictoꝛes. q̃ꝫtos
inueniet repulſoꝛes. q̃nta obſtacula. q̃ꝫ diffi/
cilẽ viã. Quid ſi tandẽ adipiſci eũ cõtigerit
qđ optabat. Potẽtes potẽter ait ſcriptura
toꝛmẽta patient̃. vt p̃ntes ſollicitudines et
ãxietates q̃s ipa ꝑtãs ꝑit omittã. Cupid⁹ al/
titer eſt inflãtis ſcie. q̃ꝫtũ laboꝛabit. q̃ꝫtũ anxi/
abit̃ ſpũs ei⁹. ꝛ tamẽ audiet. nec ſi te ruperis
apprehẽdes. In amaritudie moꝛabit̃ ocul⁹

cꝰ q̄tiēs videre ꝯtigerit cui ſe poſteriorē iu/
dicet. aut ab aliis reputari putet. Quid cuꝫ
intumuerit multū? Perdā inq̄t dn̄s ſapiēti/
am ſapiētū. ꝛ prudētiā prudentiū reproba/
bo. Jā ne multꝫ imorer. vidiſtis vt arbitror
ꝙ̄ fugiendꝰ nob ſit mons vterꝙ̄. ſi p̄cipitiū
angeli. ſi caſum hoīs expaueſcimꝰ. Mōtes
gelboe nec ros nec pluuia veniat ſup vos.
Quid tn̄ agimꝰ? Aſcēdere ſic nō expedit. aſcē/
dendi tenemur ꝯcupiſcētia. q̄s docebit nob
aſcēſum ſalubrē. q̄s niſi de q̄ legimꝰ? Qm̄ q̄
deſcēdit ipe ē q̄ aſcēdit. Et ab ipo demon/
ſtrāda erat nob aſcēſionis via. ne ductoris
imo ſeductorꝫ iniq̄ aut veſtigiū aut ꝯſilium
ſeq̄remur. Quia ḡ nō erat q̄ aſcēderet. dſcē/
dit altiſſimꝰ. ꝛ ſuo nob deſcēſu ſuauē ac ſalu/
brem dedicauit aſcēſum. Deſcēdit de mōte
potētie carnis infirmitate circūdatꝰ. d mon/
te deſcēdit ſcie. qm̄ placuit deo p ſtulticiā p̄/
dicatiōis ſaluos facere credētes. Quid em̄
tenello corpe ꝛ infantilibꝫ mēbris videt in/
firmiꝰ? q̄d indoctiꝰ apparet puulo q̄ ſola ma/
tris vbera nouit? Quis ipotētior eo cuiꝰ oīa
mēbra clauis ſunt affixa. cuiꝰ dinumerātur
oīa oſſa? Quis inſipiētior videt eo q̄ trade/
bat in mortē aīam ſuā. ꝛ q̄ nō rapuit tūc ex/
oluebat? Vides ꝙ̄ multū deſcēderit. ꝙ̄tū a
potētia. q̄tū a ſapia exinaniuerit ſeipm. ſed
nō potuit altiꝰ in montē aſcēdere. nec ſuā ex/
preſſiꝰ cōmēdare caritatē. Nec mirꝫ ſi deſcē/
dēdo xp̄s aſcēdit. qn̄ poꝝ vterꝙ̄ cecidit aſcē/
dendo. Itē in ſmone. ii. de aſcēſione q̄ inci/
pit ſolēnitas. Propterea chariſſimi pſeue/
rate in diſciplina quā ſuſcepiſtꝫ. vt p humili/
tatē ad ſublimitatē aſcēdatis. q2 hec via ēſt.
ꝛ nō eſt alia p̄ter illā. Qui aliter vadit. cadit
potiꝰ ꝙ̄ aſcēdit. q2 ſola eſt hūilitas q̄ aſcēdit
ꝙ̄ exaltat. hec eſt q̄ ſola ducit ad vitā. Et i/
frā. O pūerſitas. o abuſio filioꝝ adā q̄cū
aſcēdere difficilimū. deſcēdere aūt facilimū
ſit. ipi ꝛ leuit aſcēdunt ꝛ deſcēdunt difficiliꝰ.
parati ad honores/ad celſitudīes graduuꝫ
eccliaſticoꝝ. ipis etiā angelicis humerꝫ for/
midādos. Ad ſequēdū aūt te dn̄e Jeſu vix
inuenit vl' qui trahi patiat. q̄ velit duci p vi/
am mādatoꝝ tuoꝝ. Hucuſꝙ̄ Bern̄. Ha/
bes ḡ ex p̄dictis qualit ad veꝝ honorē ptin/
gere poſſes. ſ. p humilitatē. ꝛ qualit fugiēdꝰ
eſt hic tpalis ꝛ falſus honor. Sꝫ forte blan/
diunt ſibi aliq̄ ambitioſi ſcie ac honorꝫ ſub
ſpecie lucri animaꝝ. q̄ſi ſic meliꝰ poſſint intē/
dere alioꝝ ſaluti. Sed audi q̄d eis rn̄deat
Bern̄. in ſmone ad clericos. c. penul. dicēs.
Utinā q̄ſquis ſic intrat ſi fieri poſſet tam fi/
deliter miniſtraret ꝙ̄ fiducialiter ſe ingeſſit.
At difficile fortaſſis ac impoſſibile eſt vt ex
amara radice ambitiōis. ſuauis fructꝰ pde/
at charitatis. Hucuſꝙ̄ Bern̄. Ad h̄ aūt vt
honores vilipēdas vt ꝯdecet neceſſaria eſt
ꝟtutis p̄cellētiſſime magnitudo. Nā ſic dic
Chryſ. ſup Matth. Tale q̄d eſt vti bn̄ ho/
noribꝫ. ac ſi aliq̄s cū puella ſpecioſiſſima cō/
uerſet ꝛ leges accipiat. ne in ipam vnꝙ̄ ocu/
los inīciat impudicos. Ideoꝙ̄ pculdubio
valde forti opꝰ eſt aīo. vt q̄s poteſtate vl' ho/
nore ſibi cōceſſo in his q̄bꝫ oportet vtat.

Quomodo dn̄s orauit in mōte ꝛ deſcen/
dens ambulauit ſupra aq̄s ꝛ multa plura
Capitulū. xxxvii.

Sicut i ſupiori tractatu habuiſti. do/
minꝰ Jhs coegit diſcipulos itrare
nauē. ꝛ ipe aſcēdit in montē. Cōplea/
mus ḡ que dn̄s opatꝰ eſt poſt illud miracu/
lū de panibꝫ. q2 illa materia ꝯtigua eſt. et ea
que iſtꝫ tribꝫ tractatibꝫ ꝯtinent. ſil' facta fue/
runt. Ipa tn̄ diuiſi vt meliꝰ poſſes cape. ꝛ vt
coꝝ moralitates poſſent clarius explicari.
Poſtꝙ̄ ḡ diſcipuli nauē intrauerūt. ipſe in
montē aſcēdit ꝛ ibi ſtetit in orōe vſꝙ̄ ad q̄r/
tam vigiliā noctis. id ē. vſꝙ̄ ptes tres noctꝫ
receſſerāt ꝛ quarta reſtabat. Ex quo habes
ꝙ̄ dn̄s Jeſus pnoctabat in orōibꝫ. ꝛ pluries
legit eū oratiōi intēdiſſe. Cōſpice ḡ eū qua/
liter orat. ꝛ ſe humiliat coraꝫ patre. Querit
ſolitaria loca ꝛ ſolꝰ vadit ad ea. affligit ſe et
vigilat vigilias lōgas. Intercedit paſtor fi/
delis p ouibꝫ ſuis. Orat em̄ nō p ſe ſꝫ p nob.
tanꝙ̄ aduocatꝰ noſter ꝛ mediator apud pa/
trem. Orat etiā vt exēplū nobis daret oran/
di. Frequēter em̄ diſcipulos monuit d hoc
ꝛ ope cōprobauit. Dicebat nāꝙ̄ eis. quoni/
am oportet ſp orare ꝛ nō deficere. Et quō i/
portunitas orōis iperrat q̄d poſcit. ponēs
eis exemplū ad h̄ de iudice ꝛ vidua vt ha/
bes in Luca. xviii. Hortabat eos etiā ad cō/
fidentiā impetrādi petita dicēs. Petite ꝛ da/
bitur vobis. Ad hoc aliud ponēs exēplū d
amico qui pter importunitatē amici peten/
tis panes neceſſarios cōmodat. vt ſimiliter
habet in Luc. xi. Et hoc dicebat vt nob cō/
mendaret virtutē oratiōis. Eſt quippe ꝟtus
eius ineſtimabilis ꝛ efficax ad oīa pficua
impetrāda ꝛ nociua remouēda. Si vis em̄
patiēter tolerare aduerſa. ſis homo orōnis

Si vis tēptationes ꝛ tribulatiōes ſupare. ſis homo oratiōis. Si vis prauas affectiones ↄculcare. ſis homo orōis. Si vis aſtutias ſathane cognoſcere ac ei⁹ fallacias vitare. ſis homo orōis. Si vis letāter viuere in ope dei. ꝛ laboris ꝛ afflictiōis viā incedere. ſis homo orōis. Si vis ſpūali vita te exercere ꝛ carnis curā nō agere in deſiderijs. ſis hō orōnis. Si vis vanas muſcas cogitationū effugare. ſis hō orōis. Si vis aīam tuā ſanctis ꝛ bonis cogitatiōib⁹. deſiderijs feruorib⁹. ꝛ deuotionib⁹ impinguare. ſis hō orōis. Si vis cor tuū virili ſpū ꝛ ↄſtanti ꝓpoſito in dei bñplacito ſtabilire. ſis hō orationis. Deniqȝ ſi vis vicia extirpare ꝛ virtutib⁹ imbui. ſis hō orōnis. In ea enī̄ recipit̄ ſancti ſpūs vnctio. q̄ de omib⁹ mentē docet. Itē ſi vis ad ↄtemplatōꝫ aſcēdere ꝛ frui amplexib⁹ ſpōſi. ſis hō orōis. Ad eā nāqȝ ↄtemplationē ꝛ celeſtiū deguſtatiōeꝫ ꝑ orōnis exercitiū deuenit̄. Vides q̄ꝫ magne potētie et ꝟtutis ſit oratio. Ad quoꝝ omniū ↄfirmationē omiſſis ſcpturaꝝ ꝓbatōnib⁹. hoc tibi ſit ꝓ efficaci ꝓbatōe q̄ audim⁹ ꝛ videmus q̄tidie ꝑ expiētias. illiteratas ꝑſonas ꝛ ſimplices p̄dicta ꝛ alia plura maiora ꝑ ꝟtutē orationis fuiſſe adeptos. Multuꝫ ḡ aīam debēt ad orōem dare omes q̄ xp̄m imitari deſiderāt. ꝛ p̄cipue religioſi. q̄b⁹ maior debꝫ eē vacādi copia. Quare te hortor. tibiqȝ q̄ꝫtuꝫ poſſum mādo diſtricti⁹ vt ꝓ p̄ncipali exercitio tuo ſumas orōem. nihilqȝ aliud (neceſſarijs curis tm̄ exceptis) te delectet niſi oratō. q꞉ nihil tm̄ te delectari debet q̄ꝫ morari cuꝫ dn̄o. qd̄ ꝑ orōem fit. Vt aūt melioris hortatoris fungar̃, audi melliflua q̄ ſup iſta materia narrat Bern̄. Dicit enī̄ ſic. ix. ſmo. Cañ. Quib⁹ ſtudiū eſt frequēter orare. expti ſunt qd̄ dico. Sepe corde tepido ꝛ arido accedimus ad altare. orōi incūbim⁹. ꝑſiſtentibus aūt repēte infundit̄ grā. pingueſcit pect⁹. replet viſcera inundatio pietatis. ꝛ ſi ſit qui p̄mat, lac ↄ̄cepte dulcedinis vbertim vbera fundere nō tardabūt. In p̄ncipio q̄drageſime in ſmone q̄nto q̄ ſic incipit. Charitas qua ꝓ nob' ꝛc̄. Quotiēs inq̄t de orōe loquor. verba quedā hūane cogitatiōis audire mihi videor in corde vr̄o. Quid enī̄ eſt q̄ licet nūqȝ ab orōne ceſſem⁹. vix vnqȝ expiri videat̄ aliqs vr̄m q̄s ſit orōnis ſue fruct⁹? Sicut ad orōem accedim⁹. ſic ꝛ redire videmur. et nemo rn̄det nob' verbuꝫ. nemo q̄cq̄ꝫ donat. ꝗ laboraſſe videm² i caſſū. Sʒ q̄d i euāgelio dicit dn̄s? Nolite ait iudicare ſcd̄m faciē ſʒ iuſtū iudiciū iudicate. Qd̄ ē autē iuſtū iudiciū niſi iudiciū fidei? Qm̄ iuſt⁹ ex fide viuit.

q̄ ꝛ ab alijs freq̄nt audiui. ꝛ nōnūq̃ expt⁹ ſū in corde meo.

Ergo iudiciū fidei ſequere. nō experimentū tuū. qm̄ fides quidē verax. ſed experimentū fallax. Que eſt igit̄ veritas fidei? niſi qd̄ ꝓmiſit fili⁹ dei? Quicq̄d aūt orātes petitis credite q꞉ accipietis ꝛ fiet vob'. Nemo veſtꝝ fratres puipendat orōem ſuā. Dico eī vobis q꞉ ipe ad quē oram⁹ nō puipēdit eā. ꝑus q̄ꝫ egreſſa ſit ab ore noſtro. ipe eā ſcribi iubet in libro ſuo. Et vnū e duob⁹ indubitāter ſperare poſſumus. qm̄ aut dabit qd̄ petim⁹. aut qd̄ nouit eē nobis vtili⁹. Nos enī̄ q̄d orem⁹ ſicut oportet. neſcim⁹. ſʒ miſeret̄ ille ſup ignorātia nr̄a. ꝛ orōem benigne ſuſcipiēs. qd̄ nobis aut oino nō eſt vtile. aut nō tā cito dari neceſſe eſt minime tribuit. orō tm̄ infructuoſa nō erit. Ita ſane ſi fecerim⁹ qd̄ monemur in. ps. ſcʒ ſi delectemur in eo. Delectare in dn̄o ꝛ dabit tibi petitiōes cordis tui. Sʒ cōſidera q̄ petitiones cordis dixerit, q̄s approbat iudiciū rōnis. Nec habes q̄ cauſer̃, ſʒ vnde magis toto affectu in grāꝝ actiōe verſer̃. qm̄ q̄dem tanta ſup te cura eſt deo tuo. vt quotiēs q̄ris qd̄ tibi inutile eſt. nō te audiat ſup hoc, ſʒ mutet illud vtiliori dono. ſicut pater carnal' ꝑuulo querēti panē ꝛ cultellū. nō cōſentit ſed magis ipi panē quē ei dederit ipſe frangit.

Porro petitōes cordis i trib⁹ ↄſiſtere nec video q̄d p̄ter illa que elect⁹ quiſqȝ ſibi debeat poſtulare. Duo q̄dē hui⁹ tp̄is ſunt. ſ. bōa corꝑis ꝛ bona aīme. tertiū aūt beatitudo vite eterne. Nec mireris q̄ bona corpor̃ a deo dixerim eſſe querēda. quoniā ei⁹ ſunt corꝑalia omia ſicut ſpūalia bona. Ab eo enī̄ eſt petendū ꝛ ſperandū. nobis eſt euenire vt poſſim⁹ in ei⁹ ſeruitio ſuſtentari. Verūtm̄ ꝓ neceſſitatib⁹ aīme orādum eſt nobis ꝛ frequētius ꝛ feruētius. i. ꝓ obtinenda grā dei aīeqȝ virtutib⁹. Sic ꝛ ꝓ vita eterna tota pietate. totoqȝ nobis orandū eſt deſiderio. vbi nimirum ꝛ corꝑis ꝛ anime plena ꝛ ꝑfecta eſt beatitudo. Sit ergo orō que ꝓ tempalibus eſt circa ſolas neceſſitates reſtricta. Sed oratio que ꝓ ꝟtutib⁹ aīme eſt. ab omi impuritate libera ꝛ circa ſolū beneplacitū dei intēta. Sit ea que fit ꝓ vita eterna. in omi humilitate p̄ſumens de ſola miſeratiōe diuina. Itē. lxxxvj. ſmone ſup Cañ. Nō modo locum ſed ꝛ temp⁹ obſeruare oportet euꝫ qui ſibi orare voluerit. Temp⁹ feriatū comodoſius aptiuſqȝ. maxime aūt cū ꝓfundum nocturnus ſopor indicit ſilentiū. tūc planelíberior exit puriorqȝ oratio. Cōſurge i nocte

inquit in principio vigiliaꝝ tuaꝝ. et effunde
ſicut aquã coꝛ tuũ ante cõſpectũ dñi dei tui
Q; ſecure de nocte aſcẽdit oꝛatio. ſolo arbi/
tro deo ſanctoq; angelo q̃ illã ſupno altari
ſuſcipit pſentandã. Q; grata ꝛ lucida. verecũ
da. colorata ruboꝛe. q; ſerena ꝛ placida. nul/
lo interim turbata clamoꝛe vel ſtrepitu. q;
deniq; mũda ꝛ ſincera nullo reſperſa pulue
re terrene ſollicitudinis. nulla aſpiciẽte lau/
deſcu adulatiõe tẽptata. Propter h̄ igit̃ ſpõ
ſa nõ minus verecũde q; caute ꝛ lectuli ſecre
tum petebat. ꝛ noctis oꝛare. h̄ eſt. verbũ q̃
rere volẽs. Vnũ eſt em̃. alioquin non recte
oꝛas ſi oꝛãdo p̄ter vbũ aliq̃d q̃ras. aut q̃d p
pter verbũ nõ queris. q̃m in ipo ſunt om̄ia.
ibi remedia vulneꝝ. ibi ſubſidia neceſſitatũ
ibi reſarcit᷒ defectuũ. ibi ꝓfectuũ copie. ibi
deniq; q̃cquid accipe vel habere hominib᷒
expedit. q̃cq̃d decet. q̃cquid opoꝛtꝫ. ſine cau
ſa ergo aliud a vbo petit̃ cũ ipm ſit om̄ia. nã
ſi iſta tempalia cũ neceſſe eſt poſtulare fami
liarius videmur. ſi verbũ in cauſa eſt vt qui
dem dignũ eſt. nõ vtiq; illa. ſed h̄ poti᷒ queri
mus ꝓpter q̃d alia poſtulam᷒. Hucuſq; ber
nard᷒. Audiſti igit̃ vba pulcerrima altiſ/
ſimi ꝯtemplãtis. ꝛ oꝛationũ dulcedinẽ ꝯgu
ſtantis bernardi. Rumines ea ſi vis vt ſapi
ant tibi. Ideo aũt libẽter ipi᷒ verba i h̄ opu
ſculo interſero ꝛ adduco. qꝛ nõ ſolũ ſpiritua
lia ſunt ꝛ coꝛ penetrãtia. ſꝫ ꝛ decoꝛe plena et
ad dei ſeruitiũ excitãtia. Ipe em̃ fuit eloq̃n
tiſſimus ꝛ ſpũ ſapiẽtie plen᷒ ꝛ ſanctitate pre
clar᷒. quẽ te deſidero imitari ꝛ ipſi᷒ monita
ꝛ verba ope exercere. ꝓpter q̃d ſepe tibi ꝓpono
eundẽ. ſꝫ redeam᷒ ad dñm ieſum. Dũ igitur
dñs eſſet oꝛãs in mõte diſcipuli erãt i mari
afflicti ꝛ anguſtiati vehemẽter qꝛ vẽtus erat
eis ꝯtrari᷒ ꝛ nauis ꝓcellis ꝛ fluctib᷒ iactaba
tur. Cõſpice ḡ eos ꝛ cõpatere eis qꝛ in mag̃
ſunt tribulatiõe ꝛ anguſtia. Tẽpeſtas em̃ i/
uaſit eos ꝛ tps nocturnũ eſt ꝛ abſq; domio
ſuo ſunt. Quarta aũt vigilia noctis deſcen
dit dñs de mõte. ꝛ ambulãs ſupꝛa mare ap
propinquit eis. Cõſpice ḡ eum bñ hic ꝓ dõ
ꝛ vide quomõ fatigat᷒ ex vigilia longa ꝛ oꝛõ
ne plixa. ſol᷒ deſcendit noctis tempe de mõ/
te laboꝛioſo ꝛ foꝛte petroſo pedib᷒ nudis. et
quomõ vadit ſupꝛa mare firmo veſtigio ſic̃
ſup terrã. Cognouit ḡ creatura ſuũ creato/
rem. Cũ aũt appropinquauit naui diſcipu/
li timẽtes clamauerũt. putantes eſſe fantaſ
ma. At benign᷒ dñs nolẽs ampli᷒ eos vexa
ri. ſecurauit eos dicẽſ. Ego ſum nolite time
re. Tũc petrus ꝯfiſus de potẽtia dñi ad iuſ
ſum eius cepit ꝛ ipe ſupꝛa mare ambulare.
ſꝫ poſtea titubãs cepit mergi. ſꝫ dextera do/
mini eũ ne demergeret̃ erexit. In hoc autẽ
loco dicit gloſa ſup Matth. ſic. Sup mare
ambulare facit eũ vt oſtẽdat diuinã potẽti/
am. Mergi facit ne infirmitatẽ obliuiſcat̃
ne putet ſe equalẽ deo ꝛ ne ſupbiat. Intra/
uit autẽ dñs nauẽ. ceſſauit quaſſatio ꝛ om/
nia ſunt placata. Diſcipuli vero eũ reueren/
ter recipiũt. multũq; gauiſi ſunt ꝛ in quiete
magna remãſerunt. Cõſpice bene ipm ac di
ſcipulos in om̄ib᷒ p̄dictis. quia pulcra ꝛ de/
uota ſunt valde. In h̄ igitur facto moꝛalit̃
cõſiderare potes. quia dñs quotidie ſic no/
biſcũ facit ſpũaliter. patit̃ ꝛ ſuſtinet vt electi
affligant̃ in hoc mũdo in interioꝛi ꝛ exterio
ri homĩe. qꝛ flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit.
Qui em̃ extra diſciplinã ſunt. vt ait apoſto/
lus ad Hebꝛe. nõ filij ſed adulteri ſunt. Ex
pedit aũt nobis tribulari ꝛ affligi hic. Nam
inde erudimur. inde virtutes acquirimus.
ꝛ acquiſitas ꝯſeruam᷒. ꝛ quod mai᷒ his eſt
inde futura ꝛ eterna p̄mia expectamus. Et
ideo nõ debem᷒ in eis frangi vel eſſe impa/
tientes. ſed ipas affectare ꝛ diligere. Sꝫ q̇a
magna a multis tamẽ incognita eſt vtilitas
tribulationũ. ꝛ idcirco talib᷒ difficiles ꝛ im/
poꝛtabiles vident̃. Vt tu inſtruaris ꝛ patiẽ
ter eas ſuſtineas adduco tibi moꝛe ſolito v/
ba bernardi. q̃ ait ſic ſermone. xvij. ſuper pſ.
Qui habitat. Vtilis eſt tribulatio que ꝓba
tionẽ operat̃. ducit ad gloꝛiã. Cum ipo ſuꝫ
inquit in tribulatiõe ꝛc. Agam᷒ ergo grati/
as patri miſericoꝛdiaꝝ qui nobiſcũ eſt i tri/
bulatione. ꝛ in om̄i tribulatõne noſtra nos
ꝯſolatur. Res ei vt dixi neceſſaria eſt tribu/
latio que in gloꝛiã vertit̃. que mutuat̃ i gau
dium. Gaudiũ ſane longũ quod nemo tol/
let a nobis. gaudiũ multũ. gaudiũ plenum.
Res neceſſaria ẽ iſta neceſſitas que parit co
ronam. Nõ ꝯtemnam᷒ fratres. ſemen modi
cum eſt. magn᷒ exinde fruct᷒ exurgit. Foꝛte
inſipidũ. foꝛte acerbũ eſt. foꝛte granũ ſyna
pis. Non ꝯſiderem᷒ que vident̃ ſed que nõ
vident̃ in eo. Que em̃ vident̃ tempalia ſunt
que non vident̃ eterna. Et infra. Cum ipo
in tribulatiõe ſum ait dñs. ꝛ ego non aliud
meritũq; tribulationẽ requirã. Mihi adhe
rere deo bonũ. Nõ ſolũ autẽ ſed ꝛ ponere in
dño deo ſpem meã. quia eripiã ꝛ gloꝛificabo

eum.cū ipo ſum in tribulatione. Delicie in/
quit mee cū filijs hominū. Deſcēdit vt ꝓpe
ſit his qui tribulato ſunt cordc.vt nobiſcū
ſit in tribulatiōe noſtra. Erit aūt quādo ra/
piemur in nubibꝫ obuiā xpo in aera.⁊ ſic ſp
cū dn̄o erimus. Si tn̄ curemus eū interim
habere nobiſcū. Bonū mihi dn̄e tribulari.
dūmodo ipe ſis mecū.ꝙ̄ rgnare ſine te.epu
lari ſine te.ſine te gloꝛiari. Aurū ꝓbat fornax
⁊ viros iuſtos tēptatio tribulatiōis. Quid
trepidamus. q̇d cūctamur. q̇d refugimus
hūc caminū. Seuit ignis. ſed dn̄s nobiſcū
eſt in tribulatiōe. Si deus nobiſcū quis cō
tra nos eſt. Nihilominꝰ quoqꝫ ſi ille eripit.
quis eſt q̇ eripiat de manu eius. Poſtremo
ſi iſte gloꝛificat.quis humiliabit. Idē.xxv.
ſermone Can̄. Non ſolū igit̄ in ſpe ſꝫ gloꝛia
mur in tribulatōne. Libēter ait gloꝛiaboꝛ ī
infirmitatibꝫ meis vt inhabitet in me ꝟtus
xpi. Optāda infirmitas que xpi virtuti cō/
penſat̄. Quis dabit mihi nō ſolum infirma
ri.ſed deſtitui ac deficere penitꝰ a memetipo
vt dn̄i virtutū ꝟtute ſtabiliar. Nā virtus in
infirmitate ꝑficit̄. Deniqꝫ ait. Quādo infir/
moꝛ tūc foꝛtioꝛ ſum ⁊ potēs. Idē.xliij. Pro
pterea ſpōſa nō faſcem ſꝫ faſciculū dilectuꝫ
dicit ꝙ leue ꝑ amoꝛe in ipis ducat quicq̇d
laboꝛis immineat ⁊ doloꝛis. Bene faſciculꝰ
qꝛ paruulꝰ natꝰ eſt nobis. Bene faſciculus.
quia nō ſunt cōdigne paſſiones huiꝰ tēpoꝛꝫ
ad futurā gloꝛiā que reuelabit̄ in nobiſ. Id
eīm inquit.qđ in ꝑſenti eſt momentaneū ⁊ le
ue tribulatiōis noſtre ſupꝛa modū in ſubli
mitate eternū pondꝰ gloꝛie opabit̄ in nobiſ
Erit igit̄ quādoqꝫ nobis ingens cumulus
gloꝛie q̇ modo eſt faſciculꝰ mirre. An nō fa/
ſciculus cuiꝰ iugū ſuaue eſt. ⁊ onus leue. nō
quia leue in ſe.nec eīm leuis paſſionis aſpe/
ritas moꝛtis amaritudo.ſꝫ leuis tn̄ amanti
Idē ſermone.vij.ſup pſalmū Qui habitat.
ſup iſtū verſum A ſagitta. Si magnū illud
eccl̄ie corpꝰ cōſiderare libet facile ſatis ad/
uertimꝰ longe acriꝰ impugnari ſpūales vi/
ros ipiꝰ eccl̄ie ꝙ̄ carnales. Agit hoc ſane ſu
perba ſempqꝫ inuidioſa malicia.ꝑfectioꝛes
quoſqꝫ vehemētiꝰ pulſans iuxta illō. Eſca
eius electa. Agit inqꝫ ⁊ nō ſine certa diuini
diſpēſatione cōſilij. qui quidē impfectioꝛes
nō ſup illō qđ poſſunt ferre tēptari permit/
tit.faciēs cū temptatiōe ꝓuentū.⁊ ꝑfectioꝛi/
bus nō modo gloꝛioſioꝛes ſꝫ numeroſioꝛes
parat ex hoſte triūphos ⁊ lōge amplioꝛi ſo/
licitudine ⁊ calliditate multiplicit̄ ꝑs aduer
ſa vulnerare in nobis dexterā ſatagitꝙ̄ ſini
ſtram.nec tā coꝛpis ꝑfecto ꝙ̄ coꝛdis labo/
rat auferre ſubam. Et infra. Illic autē ſtu/
dioſius repugnandū vbi grauioꝛ vrget ne/
ceſſitas.vbi totuꝫ belli imminet pondꝰ.vbi
colluctatiōis ratio vniuerſa cōſiſtit. Unde
nobis tota parat̄ aut victꝫ ignominioſa ca
ptiuitas vnde vicētibꝫ gloꝛia triumphalis.
Hec deniqꝫ gratia ⁊ miſericoꝛdia dei in ſer/
uos eiꝰ ⁊ reſpectꝰ in electos illiꝰ vt in coꝛū in
terim ſiniſtrā quidē velut diſſimulās dexte
re ſemꝑ ſtudioſus ꝓtectoꝛ aſſiſtat. Hinc eſt
ꝙ de ipo ꝓpheta teſtat̄. Prouidebā dn̄m in
cōſpectu meo ſemꝑ. qm̄ a dexteris eſt mihi
ne cōmouear. Utinā mihi ſemꝑ a dextrꝫ ſis
ieſu bone vt ſemꝑ teneas manū dexterā me
am. Scio eīm ⁊ certus ſum ꝙ nulla nocebit
aduerſitas ſi nulla dominet̄ iniq̇tas. Con/
dcat̄ interim ⁊ tundat̄ ſiniſtꝝ latus.pulſet̄
iurijs.vellicet̄ oppꝛobꝛijs.libens illud expo
no dū a te cuſtodioꝛ. dū ſis ipe ꝓtectio mea.
ſup manū dexterā meā. Idē in ſmone.lxx
v.Can̄. Aliud eſt aīo virtute agi.aliud ſa/
pientia regi.aliud dn̄ari in ꝟtute.aliud ī ſu/
auitate deliciari. Licet nāqꝫ ſapia potens ⁊
virtꝰ ſuauis exiſtat vt tn̄ ꝓprias quibuſcūqꝫ
reddamꝰ vocabulis ſignificātias.vigoꝛ vir
tutē.ſapiam placiditas animi.cū ſpirituali
quadā ſuauitate demōſtrat. Hanc puto ab
apoſtolo deſignatā.vbi poſt multa hoꝛtam̄
ta ad virtutē ꝑtinētia.adiecit ꝙ ſapiētia eſt ī
ſuauitate in ſpūſancto. Igit̄ reſiſtere vim vi
repellere que vtriqꝫ in ꝑtibꝫ ꝟtutis deputant̄
honoꝛ quidē ſꝫ laboꝛ. Nō eſt eīm idē ipm ho
noꝛē tuū laboꝛioſe defendere ⁊ quiete poſſi
dere. Nō idē virtute agi ⁊ virtute frui. Quic
quid virtꝰ elaboꝛat.ſapiētia fruit̄.⁊ quod ſa
piētia oꝛdinat ⁊ deliberat. moderat̄ virtus
⁊ exequit̄. Sapientiā ſcribe in ocio ait ſapi/
ens. Ergo ſapiētie ocia.negocia ſunt.⁊ quo
ocioſioꝛ ſapiētia eo exercitioꝛ in genere ſuo.
E regione virtꝰ exercitata clarioꝛ eſt.eoqꝫ ꝓ
batioꝛ quo officioſioꝛ. Et ſi quis ſapiētiam
ꝟtutis amoꝛē diffinierit.nō mihi a verꝫ de/
uiare videt̄. Ubi aūt amoꝛ eſt.laboꝛ non eſt
ſed ſapoꝛ. Et foꝛte ſapiētia a ſapoꝛe denoia/
tur.quaſi virtuti accidēs quoddā velut con
dimentū ſapidam reddat que ꝑ ſe inſulſa ⁊
aſperſa qđammō ſentiebat̄. Nec dixerim re
ꝓhendendū ſi quis ſapiam ſapoꝛē boni dif/
finiat. Itaqꝫ ad virtutē ſpectat tribulatōes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fortiter ſuſtinere.ad ſapiam gaudere ĩ tribu
lationib9. Cõfortare cor tuũ ꝛ ſuſtinere do/
minũ.ꝟtutis quidẽ eſt.guſtare ꝛ videre qm̃
ſuauis eſt dñs.ſapie eſt. Et vt magis ex pro
prio bono nature bonũ vtrũqꝫ clareſcat mo
deſtia animi pbat ſapiam.ↄſtãtia viꝛ ꝟtutꝫ
oñdit. Et bñ poſt ꝟtutẽ ſapia cũ virt9 ſit qȯ
dam ſtabile fundamẽtũ ſup qȯ ſapia edificꝫ
ſibi domũ. Idẽ in ſmone de paſſione domi
Felix q paſſiões corpis ſui ꝓpter iuſticiã or
dinat vt qcq̇d patiꝫ ꝓpter dei filiũ patiaꝫ. q̃/
tenus ꝛ a corde tollaꝫ murmuratio.ꝛ in ore
verſeꝫ graꝝ actio.ꝛ vox laudis.q ſic extulerit
ſeiſte tollit grabatũ ſuũ ꝛ vadit in domũ ſu
am. Grabatũ noſtꝝ corp9 eſt in q pus lãgui
di iacebam9 ſeruiẽtes deſiderijs ꝛ ↄcupiſcẽ
tijs nr̃is.nos portam9 illȯ cũ ſpũi cogimur
obedire. Idẽ in ſmone de pẽthecoſten ter/
tio.q incipit Q̃z libẽter. Uere multiplex ſpi
ritus q tã multiplicitꝫ filijs hominũ inſpira
tur.vt nõ ſit q ſe abſcõdat a calore eius. Si
quidẽ ↄcediꝫ eis ad vſum.ad miraculuꝫ.ad
ſalutẽ.ad auxiliũ.ad ſolatiũ.ꝛ ad feruorem.
Ad vſum quidẽ vite.bonis ꝛ malis.dignis
pariꝫ ꝛ indignis oĩa bona abũdantiſſime
tribuẽs.ita vt videaꝫ hic diſcretiõis limitez
nõ tenere. Ingrat9 eſt q in his q̃ꝫ bñficia ſpi
ritus nõ agnoſcit. Ad miraculũ in ſignis
ꝛ pdigijs.in varijs ꝟtutib9 q̃s p quorũlibet
man9 opaꝫ. Ipe eſt antiqua miracula ſuſci/
tans vt ex pñtib9 fidẽ aſtruat pteritoꝝ. Sꝫ
qꝫ nõnullis hãc q̃ꝫ grãm ſine ꝓpria vtilitate
largiꝫ.tertio infundiꝫ ad ſalutẽ cũ ĩ toto cor
de noſtro r̃uertimur ad dñm deũ noſtrum
Porro ad auxiliũ daꝫ cũ in oĩ colluctatõe
adiuuat infirmitatẽ nr̃am. Nã cũ teſtimoni
um phibet ſpũi noſtro qꝫ filij dei ſum9.ea in
ſpiratio eſt ad ↄſolatõem. Daꝫ etiã ad feruo
rem cũ in cordib9 pfectoꝝ vehemẽti9 ſpirãs
validũ ignẽ charitatꝫ accẽdit. vt nõ ſolum ĩ
ſpe glĩe filioꝝ dei ſꝫ etiã in tribulatiõib9 glo
riemur.ↄtumeliã glĩaꝫ reputãtes.opprobri
um gaudiũ.deſpectiõꝫ exaltatiõꝫ. Omibus
nob ni fallor dat9 eſt ſpũs ad ſalutẽ. ad fer/
uorem nõ ita. Pauci em̃ ſunt q h ſpũ reple/
antꝫ.pauci q ſtudeãt emulari.ↄtẽti ſum9 an/
guſtijs.nec reſpirare in libertatẽ illã.nec ſal
tem ad illã ſpirare conamur. Hucuſqꝫ ber/
nardus. Uides igiꝫ q̃ꝫ pulcerrimis ꝛ plib9
ratiõib9 nob oñdit facũdiſſim9 Bernũ.qꝫ tri/
bulatiões nob expediũt. Nõ igiꝫ mireris ſi
dñs pmittebat diſcipulos ſuos q̃s ita dili/
gebat vexari pcellis.vtilitateꝫ ipoꝝ exinde
cognoſcẽs. Pluries em̃ legiꝫ eoꝝ nauiculaꝫ
fluctib9 ꝛ ↄtrarijs vẽtis exagitatã. ſed nũqꝫ
ſubmerſam. His g monitis cor tuũ ſtabili/
re ac ordinare pcures.vt in ↄtingentib9 ad/
uerſis.ꝛ in q̇buſcũqꝫ diſplicẽtijs ꝛ patiẽter ꝛ
letãter te habeas ꝛ in via ſpũs te ita exerceaꝫ
vt ei9 repleta feruore etiaꝫ appetas p amorẽ
dñi Ihu tribulari.q in ſe ꝛ ſuis hanc viã ex
celſam tenuit ꝛ monſtrauit.

De chananea.

Itẽ quõ angeli nr̃i nobis fideliꝫ ſeruiũt.

Capitulum.xxxviij.

CUm dñs ihs laborãs circuiret pdi
cãdo ꝛ infirmos curãdo.acceſſit ad
eũ mulier chananea.i. de terra cha/
naan q erat gẽtiliũ ꝛ nõ iudeoꝝ.rogãs eum
vt liberaret filiã ſuaꝫ q̃ a demonio vexabaꝫ.
Erat em̃ fidẽs in eo qꝫ h facere poſſet. Et
dño nõ rñdente.nihilomin9 inſtabat ꝛ pſe/
uerabat clamãs ꝛ petẽs ab eo miſericordiã.
intm̃ vt diſcipuli p ea rogarẽt. Cũqꝫ dñs re
ſpõderet.nõ debere dare panẽ filioꝝ canib9
ipa ſe humiliãs rñdit.vt ſaltẽ more canis de
micis poſſet hr̃e.ꝛ ſic meruit exaudiri. Con
ſpice g dñm ꝛ diſcipulos ꝛ ipam in predictꝫ.
iuxta cõſideratiõem generalẽ quã dedi tibi
ſup̃. Nihilomin9 etiã ↄſidera ꝟtutes h9 mu
lieris.ꝛ eas ad totã tuã vtilitatẽ ↄuerte.que
maxĩe tres fuerꝫ. Prima fuit fides magna.
vt etiã vſqꝫ ad filiã ſe extẽderet.ꝛ de ipſa fuit
cõmendata h a dño. Secũda fuit oratõnis
pſeuerãtia. Et nõ ſolũ pſeuerãs fuit.ſꝫ etiaꝫ
importuna.quã importunitatẽ etiã dñs ac
ceptat.ꝛ eã inuitat. vt in ꝑori tractatu certa
habuiſti. Tertia fuit hũilitas pfunda.nam
nec negauit ſe canẽ.nec dignã putauit ſe inꝫ
filios reputari.vl̃ hr̃e panẽ integrũ.ſꝫ ↄtẽta
fuit de micis accipe. Uñ valde ſe hũiliauit ꝛ
iõ qȯ poſtulauit obtinuit. Sic ꝛ tu ſi corde
integro fideli ꝛ puro in orõne pſeuerãs co/
ram deo tuo te humiliauerꝫ indignã te r̃pu
tans oĩ bono ſuo.certiſſime credas qꝫ q̇c
q̇d petierꝫ obtinebis. Et ſic aplĩ rogauerũt
p chananea.ſic ꝛ angel9 tu9 p te rogabit ꝛ of/
feret orõem tuã dño. Sup q audi Bernũ ſer
mone.lxxi. Cañ.dicentẽ. Suſpirãti aĩe mee
frequẽter imo ſine intermiſſiõe orãti ꝛ affli/
ctãti ſe p deſiderio.cũ interdũ deſiderat9 il/
le q ita queriꝫ miſerat9 occurrit. puto illi de
ꝓpria experientia ↄuenire vt dicat cũ hieremia
Bon9 es dñe ſperãtib9 ĩ te.aĩe querenti te



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sꝫ ⁊ angelꝰ eiꝰ ꝙ vnꝰ eſt de ſodalibꝫ ſpōſi. ī
hoc ipm deputatꝰ miniſter ꝑfecto ⁊ arbiter
ſecrete mutueqꝫ ſalutatōis. Is inqꝫ quō an/
gelus tripudiat. quō colletať ⁊ ꝯdelectať. et
ꝯuerſus ad dñm dič. Grās ago tibi dñe ma/
ieſtatis. qꝛ deſideriū cordis eiꝰ tribuiſti ei. et
volūtate labioꝝ eiꝰ nō fraudaſti eū. ipe qui ī
omi loco ſedulꝰ quidē pediſſequꝰ aīe nō ceſ/
ſat ſolicitare ⁊ aſſiduis ſuggeſtionibꝫ moue/
re dicēs. Delectare in dño ⁊ dabit tibi petiti/
ones cordis tui. Et rurſum. Expecta dñm.
⁊ cuſtodi viā eiꝰ. Itē ſi morā fecerit expecta
eū. qꝛ veniēs veniet ⁊ nō tardabit. Ad dñm
aūt. Sič ceruꝰ inqt deſiderat ad fontes aq̄/
rum. ita deſiderat iſta ad te deꝰ. Deſiderauit
te in nocte ſꝫ ⁊ ſpūs eiꝰ in p̄cordijs eiꝰ de ma/
ne vigilauit ad te. Et iteꝝ. tota die expandit
ad te manꝰ ſuas. Dimitte illā qꝛ clamat poſt
te. Cōuertere aliquātulū ⁊ deꝑcabilis eſto.
Reſpice de celo ⁊ vide ⁊ viſita deſolatā. Fi/
delis paranymphꝰ ꝙ mutui amoris ꝯſcius
ſꝫ nō inuidꝰ. nō ſuā q̄rit ſꝫ dñi gliam. diſcur/
rit mediꝰ inter dilectū ⁊ dilectā. vota offerēſ.
dona referēs. excitat iſtā. placat illū. Inter/
dum qꝫ licet raro repñtat eos pariť ſibi. ſi/
ue hanc recipiēs. ſiue illū adducēs. Siqui/
dem domeſticꝰ eſt ⁊ notꝰ in palacio. nec vere/
tur repulſam ⁊ q̄tidie videt faciem patris.
Hucuſqꝫ Berñ. Uides ꝙ fideliter angeli
nr̄i ſeruiūt nob. Ex q̄ aūt occurrit de ipis ali/
qua loquēdi materia. Scire te volo ꝙ ma/
gnā erga eos reuerētiā habere debemus. ⁊
eos q̄tidie laudare. honorare. ac eis grāꝝ
actiōes referre tenemur. ⁊ in coꝝ ꝑſentia qui
ſp̄ nobiſcū aſſunt nihil illicituꝫ. nihil turpe
cogitare dicere vel opari debemꝰ. De q̄ etiā
a beato Berñ. monemur ꝙ ſic dič ſup pſal.
Qui habitat. in. xij. ſmōe. Angelis ſuis mā/
dauit de te vt cuſtodiāt te in omībꝫ vijs tu/
is. Q̄tā tibi debet h̄ verbū inferre reuerēti/
am. afferre deuotiōꝫ. ꝯferre fiduciā. Reuerē/
tiam ꝑ p̄ñtia. deuotōꝫ ꝑ beniuolētia. fiduci/
am ꝑ cuſtodia. Caute ambula vbi aſſunt an/
geli ſič eis mandatū eſt. in oībꝫ vijs tuis. In
quouis diuerſorio. in q̄uis angulo. angelo
tuo reuerētiā habe. nec tu audeas illo p̄ſen/
te qđ vidēte me nō auderes. ⁊ paulo pꝰ. Aſ/
ſunt igiť tibi nō tm̄mō tecū. ſꝫ etiā ꝓ te. aſſūt
vt ꝓtegant. aſſunt vt ꝓſint. Quid retribues
dño ꝓ oībꝫ q̄ retribuit tibi. Siquidē ei ſoli
honor ⁊ glia. Quare ei ſoli. qꝛ ipe mādauit.
Et omē datū optimū nō niſi ab illo eſt. Ue/
rūtamen ſi ille mandauit. ipis qꝫ qui ⁊ ī ter
tāta charitate obediūt. ⁊ nob ſubueniūt ītā/
ta neceſſitate ingratos eſſe nō licet. Simuſ
ḡ deuoti. ſimꝰ grati tātis cuſtodibꝫ. ⁊ reuere/
amur eos ⁊ honoremꝰ eos q̄tū debemus.
Hucuſqꝫ Berñ. Habes ḡ in p̄dictis cōmē/
datū angeloꝝ obſequiū ⁊ adiutoriū ⁊ oroīſ
virtutē. Hāc tenere ſtudeas ⁊ illis oēm quā
potes reuerentiā exhibe.

## Qualiť aliq̄ ex ꝟbis dñi ſcādalizati fuerīt Capitulū. xxxix.

Non mireris ſi aliq̄n ex ꝟbis ⁊ factis no/
ſtris ſcādala oriunť quātūcūqꝫ fide/
liter ⁊ bñ fiāt. cū ipi dño q̄ errare nō
poterat pluries ꝯtigerit. Dū eñ quadā vice
phariſei dñm interrogarēt q̄re diſcipuli nō
lauabāt manꝰ qñ mādueabāt. Dñs durꝰ re/
ſpōdit eis. increpās ꝙ exteriorē mūdiciam
nō iteriorē querebāt. de q̄ illi ſcādalizati ſūt
ſꝫ dñs nō curauit. Alia vice cū ſpūalia ꝟba
doceret in ſynagoga. aliq̄ ex diſcipulis eius
tāqꝫ carnales nō intelligētes receſſerūt. ſed
ad. xij. diſcipulos ait. Nūq̄d ⁊ vos vultiſ ab/
ire. Et petrꝰ ꝓ ſe ⁊ alijs r̄ndit. Dñe ad quem
ibimꝰ. ꝟba vite eterne habes. Cōſidera ḡ eū
in p̄dictis ⁊ alijs ſilibꝫ quō cū ꝑtāte loq̄bať
⁊ docebat ꝟitatē nō curās de ſcādalo ꝑuo/
rū ⁊ inſipientiū. Notādū igiť p̄mo ꝙ ꝓpť
alteriꝰ ſcādalū nō debemꝰ recedere a virtute
iuſticie. Scđo ꝙ de iteriori mūdicia magiſ
qꝫ de exteriori honeſtate curare debemꝰ. qđ
etiā alibi expſſiꝰ dñs dixit. ſ. Luc. xj. Tercio
ꝙ ſpūaliť viuere debemꝰ. ita ꝙ ꝟba dñi non
videāť nobis extranea ſič illis diſcipul. qui
qñ xp̄s dixit ī Joh. vj. Niſi māducaueritis
carnē filij hoīs. ⁊c. nō poterāt ſuſtinere. ſꝫ re/
ceſſerūt. ſꝫ potiꝰ cognoſcamꝰ ipa eſſe ꝟba vi/
te et̄ne vt vna cū duodecim ipm imitemur
perfecte.

## De retributione relinquentiū omnia. Capitulum. xl.

Cum fideľ ⁊ prudēs diſcipulꝰ ſimon
petrꝰ q̄reret a dño ihū ꝓ ſe ⁊ ſocijs ď
retributōe ipoꝝ. R̄ndit dñs inť alia
qꝛ omēs q̄ tp̄alia dimittētes ipm ſeq̄rēť. cē/
tuplū accipiēt ī h̄ mūdo ⁊ vitā et̄nā ī futuro
Nota bñ hāc retributiōeꝫ. ⁊ gaude gaudio
magno ⁊ grās ⁊ laudes dño referas toto af/
fectu. ꝙ ad talē negociatiōem te adduxit vt
manualiť de vno centū lucreris ⁊ nihilominꝰ
etiā vitā eternā. Hoc aūt cētuplū ſpūalium
nō corꝑaliū reꝝ ē, videlicꝫ ꝯſolationū iter/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

naꝝ ꝛ ꝟtutū ꝙs ꝑ experiētias cognoſcim⁹. nō
ꝓ doctrinā. Cū eñ aīa guſtat odorē paupta
tis. caſtitatꝭ nitorē. ꝛ patiē ceteraꝝꝗ ꝟtutuz
ꝛ delectaꝭ in eis. nōne centuplū recepiſſe vi
deꝭ tibi. Et ſi vlteri⁹ aſcēdat vt viſitationez
ſpōſi recipiat ei⁹ pñtiam gloriē. nōne tunc
recipit pl⁹ ꝗ̃ millecuplū oīm q̄cūꝗ fuerint.
ꝛ quōcūꝗ fuerint q̄ ꝓ eo dimiſerat. Uides
quō veꝝ eſt qđ loquiꝭ ꝟitas. nō fallit q̇n cen
tuplū reddat in h̄ ſeculo. etiā nō tm̄ ſemel ſ3
pluries. ꝛ ſepe aīe ſibi deuote. adeo vt ſic affi
ciat eā vt nō ſolū q̄ reliq̇t. ſ3 totū mūdū arbi
treꭍ ſtercora vt ſpōſum ſuū lucrifacere poſ/
ſit. Ut aūt ſup h̄ cētuplo pleni⁹ inſtruarꝭ au
di q̇d inde dicat Bern̄. ſup h̄ euāgelio. c. lvij.
Si forte adhuc ſecularꝭ q̇ſpiā dicat. Unde
mihi centuplū qđ ꝓmittis ꝛ libēs vniuerſa
reliq̇. Ut q̇d oñdam. Fides eñ nō h3 me/
ritū cui hūana rō ꝓbet experimentu3. An hoī
euidenti poti⁹ ꝗ̃ veritatē crederes ꝓmittēti.
Deficis ſcrutās ſcrutinio. Niſi crediderꝭ nō
intelliges. Māna abſcōditū eſt. qđ ī Apoc.
iohis. victori ꝓmittiꭍ nomē nouū qđ nemo
nouit niſi q̇ accipit. An nō deniꝗ oīa poſ
ſidet cui oīa coopanꭍ in bonū. An nō cen
tuplū h3 oīm q̇ impleꭍ ſpūſctō. q̇ xp̄m hab3
in pectore. niſi ꝙ lōge pl⁹ ꝗ̃ cētuplū eſt viſi/
tatio pacliti ſpūs ꝛ pñtia xp̄i. O ꝗ̃ magna mlꝭ
titudo dulcedinis tue dñe quā abſcōdiſti ti
mētibꝰ te. ꝑficiēs eis q̇ ſperāt ī te. Uides q̇/
mō memoriā abūdantie ſuauitatꝭ hui⁹ eru
ctuet aīa ſancta. exp̄mere geſtiēs ꝟba multi
plicet. O ꝗ̃ inꝗ magna multitudo. h̄ eſt. cētu
pliā adoptio filioꝝ ꝛ libertas vt ſpūs. primi
ciedelicie charitatꝭ. glīa ꝯſcīe. regnū dei qđ
intra nos eſt. Nō vtiꝗ eſca vel pot⁹ ſ3 iuſti/
cia ꝛ pax ꝛ gaudiū in ſpūſancto. gaudiū ſane
nō mō in ſpe glīe ſ3 in tribulatiōibꝰ. Hic eſt
ignis quē voluit xp̄s vehementꭍ accēdi. Hec
ꝟtus q̄ andreā fecit amplecti crucē. laurēti/
um deridere carnifices. ſtephanū in morte
ꝓ lapidātibꝰ flectere genua ad orōz. Hec il/
la pax q̄m ſuis reliq̇t xp̄s qñ dedit ꝛ ſuā. ſiq̇
dem donū ꝛ pax ē electꝭ dei. Pax vtiꝗ pr̄is.
ꝛ donū future glorie. Jlla ſupat oēm ſenſū.
ſ3 ꝛ huic q̇cq̇d ſub ſole placet. q̇cq̇d ī mūdo
ꝯcupiſcaꭍ nō pōt cōpari. Hec grā deuotōis
ꝛ vnctio docēs de oībꝰ quā exp̄t⁹ nouit. inex
pert⁹ ignorat. quā nemo ſcit niſi qui accipit.
Hucuſꝗ Bern̄. Gaude ḡ ꝛ letare vt dixi ꝛ ḡ
rias age ꝙ ad h̄ cētuplū recipiēdū vocata eſ
ꝛ hūc paradiſum ſepe ingredere quā ex orōis
ſtudio ꝯſequi poteris.

Qualiꭍ dñs q̇ſiuit a diſcipulꝭ q̇d dicereꭍ
de eo Capitulū. xlj.

Ueniēs dñs ih̄s in ꝑtes ceſaree Phi
lippi. q̇ſiuit a diſcipulis q̇d dicereꭍ ð
ipo. ꝛ etiā q̇d inde ipi ſentirēt. ꝛ ð ali
is. Quidā rn̄derūt ꝛ dicebant. Alij ꝛc. De ſe
aūt dixit petr⁹ ꝓ ſe ꝛ alijs. Tu es xp̄s fili⁹ dī
viui. Et dñs ad eū. Tu es petr⁹ ꝛ ſup hanc.
ꝛc. Et tūc dedit ei ꝓ ſe ꝛ ſucceſſoribꝰ ſuis cla/
ues ligādi atꝗ ſoluēdi ſup terrā. Cōſpice
igiꭍ eū ꝛ etiā ipos iuxta generalē formā ſupi/
us tibi traditā. Et nota ꝙ etiā h̄ habes ꝙ
petrū quē ita magnificauerat. paꝝ p⁹ voca/
uit ſathanā. eo ꝙ ꝓpꭍ amorē carnalē quē ipſe
petr⁹ habebat ad ipm. diſſuaſit ei de paſſiōe
ſua vt nō fieret. Sic ꝛ tu dñi exēplo habeaſ
oēs ꝓ aduerſarijs q̇ ꝓ corꝑali alleuiatōe ab
exercitio ꝛ bono ſpūali retrahere vellēt

De trāſfiguratiōe dñi in monte
Capitulum. xlij.

Aſſumēs dñs ih̄s tres ex diſcipuliſ
aſcēdit in montē thabor. ꝛ trāſfigu/
rat⁹ eſt añ eos. oñdēs ſe eis glioſum.
Uenerūt inſup moyſes ꝛ helyas loquenteſ
cū eo ð paſſiōe ſua futura. Dicebāt aūt. Do
mine nō expedit vt moriarꝭ. q2 vna gutta ſā
guinis tui redimeret mūdū. Dñs aūt Jhs
dicebat. Bon⁹ paſtor aīam ſuā ponit ꝓ oui
bus. ſic ꝛ facere me oportet. Affuit ibi ſpūſſan
ctus in ſpē nubis lucide ꝛ vox pr̄is facta eſt
in nube dicēs. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ in quo
mihi bn̄ cōplacui. ipm audite. Diſcipuli ꝟo
ceciderūt in terrā. ꝛ cū excitati ſunt nō vide
rūt niſi dñm ihm. Cōſpice igiꭍ bn̄ ꝓdicta. et
te pñtem exhibeas. q2 magnifica ſunt.

De eiectiōe ementiū ꝛ vendentiū ð tēplo.
Capitulū. xliij.

Duabꝰ vicibꝰ eiecit dñs ih̄s emētes ꝛ
vendētes de tēplo. qđ interꭍ ei⁹ magna
miracula deputaꭍ. Nā licet alias eū
vilipēderēt. tūc tñ oēs añ eū fugierūt. Et
ꝗuis eſſent multi nō ſe defenderēt. ſ3 ipe ſo/
lus cū q̇buſdā funiculꝭ oēs eiecit. Et h̄ iō q2
terribilē ſe eis oñdit in facie. Acceſus eſt eñ
zelo vehemēti (eo ꝙ pr̄ ſu⁹ ſic inhonorabaꭍ
ab illis. maxīe ī loco vbi magꝭ honorari de/
bebat) fecꭍ ipas eiectōes. Cōſpice bn̄ ipm et
cōpatere q2 ipe cōpaſſiōis dolore plenus eſt
Ac nihilominꝰ time. Nos eñ q̇ in tēplo dī ſu/
m⁹ de ſpēali ꝛ magꝭ ipi⁹ grā deputati. ſi ſecu/
laribꝰ negocijs (vt illi faciebāt) nos īplicem⁹



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cũ ad laudẽ ei⁹ ſp̄ debeam⁹ intẽdere. merito
eiectiõꝫ ab eo ⁊ indignatiõꝫ ipſi⁹ timere poſ/
ſum⁹ ⁊ timem⁹. Si ḡ nõ vis h̄ timore vexari.
nulla rõe vel cũ ſecularibꝫ cur̄ vel negocia/
tionibꝫ te audeas iplicare. Opa q̄ꝫ curioſa
ne feceris. q̄ tp̄s laudibꝫ dei debitũ occupãt.
⁊ põpis ſecularibꝫ correſpõdent

De probatica piſcina
Item ne ſis fratris iudex temerarius.
Capitulum. xliiij.

ERat in hierl'm q̄dã ꝯgregatio aq̄rũ
in q̄ lauabãt oues de q̄bꝫ fiebant ſa/
crificia. In ea d̄r fuiſſe lignũ crucis.
Quolibet aũt ãno cũ ſel' cõmouebat ab an/
gelo. ſanabat aliq̄s infirm⁹. ſ. q̄ deſcẽdebat i
aquã p⁹ ei⁹ ab anglo motionẽ. Vñ multi ꝓ/
pterea infirmi iuxta eã cõtinue morabãtur
Erat aũt ibi q̄dã infirm⁹ iacẽs i ḡbato pali/
ticus ꝑ. xxxviij. ãnos. Hũc igit ih̄s q̄dã die
ſabbati ſanauit. Cõſpice eũ hũiliter eũte ad
infirmũ ⁊ loquẽtẽ more ſolito. In h̄ igit fa/
cto tria nota Primũ q̄ ſic hic dñs req̄ſiuit i/
firmũ ſi vellet ſanari. ita nob̄ ſine nr̄o cõſen/
ſu ſalutẽ nõ dabit. ⁊ inexcuſabiles ſunt pec/
catores nõ ꝯſentiẽtes volũtati dñi ⁊ ſue ſa/
luti. Qꝛ ſm̄ Aug̃. Qui creauit te ſine te. nõ
iuſtificabit te ſine te. Secũdũ cauere dẽm⁹
ne relabamur a dño. qꝛ ſi ſanati a dño reci/
diuam⁹. digne nr̄a ingratitudo acri⁹ puniet
ſic huic dixit dñs. Vade noli ampli⁹ pecca/
re ne deteri⁹ aliq̄d tibi ꝯtingat. Tertio quia
maligni de oĩbꝫ ꝑdũt. ſic boni d̄ oĩbꝫ lucrãt
Nã cũ hic liberat⁹ portaret ḡbatũ ⁊ diceret
ei a iudeis q̄ h̄ nõ licebat i die ſabbati. ipſe
rñdit. Qui me ſaluũ fec ille mihi dixit. tolle
grabatũ tuũ. Nõ dicebãt. q̄s eſt ille q̄ te ſal/
uũ fecit. Et ſic accipiebãt qd̄ poſſent rep̄hẽ/
dere. nõ qd̄ poterãt laudare. Sic ⁊ carnales
hoĩes ſepe in malã iudicãt ꝑtẽ. q̄ vidẽt et q̄ſi
de omibꝫ ꝑdũt. Spũalit aũt viuẽtes omia
referũt ad laudẽ dei ſiue ſit ꝓſperitas ſiue ſit
aduerſitas. ⁊ nõ dubitãt q̄n recte oĩa fiãt. do
cũcta vl' recte opante vl' iuſte ꝑmittẽte ⁊ oĩa
in bonã ꝑtẽ interp̄tant. iuxta doctrinã bea/
ti bernardi q̄ ſic ait. xl. ſ. Cant. Caue aliene
ꝯuerſatõis eſſe aut curioſus explorator aut
temerari⁹ iudex. etiã ſi ꝑperã actũ q̄d depre/
hẽdas. nec ſic iudices ꝓximũ. mag̃ aũt excu/
ſa intẽtionẽ ſi opa nõ potes. puta ignorãtiã.
puta ſubreptiõꝫ. puta caſum. Qꝫ ſi oẽm diſſi/
mulatiõꝫ rei certitudo recuſat. ſuade nihil/
omin⁹ ipe tibi ⁊ dicito apd̄ temetipm̄. vehe/

mens fuit nimis tẽptatio. Quid de me illa
feciſſet ſi i me accepiſſet ſimiliter poteſtatem
Hucuſq̄ Bernardus. Qꝫ aũt d̄ oĩbꝫ lucrã/
tur ſpũales. etiã de ſuis ⁊ alienis peccatis ⁊
de rebꝫ nociuis. ⁊ etiaꝫ de diaboli opibꝫ. ſic
docet beat⁹ Bern̄. ſ. v. Cañ. Irrationalis ⁊
brutal' ſpũs ⁊ ſi ad ſpũalia nõ ꝑtingat. ad ea
tñ capeſcẽda ꝓ ſuo corꝑali tp̄aliq̄ obſequio
noſcit iuuare illos q̄ oẽm vſum rex tp̄aliuꝫ
ad fructũ trãſferũt eternũ. vtẽtes h̄ mundo
tãq̄ nõ vtẽtes. ⁊ ſi q̄ aĩantia q̄ꝯtũ ad vſũ ſui
repiant incõmoda. ⁊ ſi nociua. ⁊ ſi etiã ꝑnici/
oſa tp̄ali hoĩum ꝯſtat eſſe ſaluti. nõ tñ deeſt
eoꝝ corꝑibꝫ vñ coopent in bonũ his q̄ ſc̄dꝫ
ꝓpoſitũ vocati ſũt ſancti. ⁊ ſi nõ cedẽdo in ci/
bũ. aut exhibẽdo miſteriũ. certe ingeniũ ex/
ercẽdo iuxta eũ q̄ vtiq̄ oĩ vtẽti rõne ꝑſto eſt.
ꝯmunis diſcipline ꝑfectũ p̄bẽs. q̄ inuiſibilia
dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta cõſpiciũt. Nã
⁊ diabol⁹ eiuſq̄ ſatellites cũ ſit eoꝝ ſp̄ mali/
gna intẽtio nocere q̄dẽ ſp̄ cupiũt. Sꝫ ſi bo/
ni emulatores fuerit. abſit vt obſint. magiſ
aũt ꝓſunt. ⁊ nolẽtes coopant i bonũ bonis
Eſt eñi q̄ bonũ opat nõ volẽs ſiue hõ mal⁹
ſiue angel⁹ mal⁹. ⁊ ꝯſtat nõ fieri ꝓpt eũ qd̄ fit
ꝑ eũ. cũ ꝓdeſſe nullũ bonũ poſſit iuito. Igr
ei quidẽ diſpẽſatio tm̄ credita eſt. ſꝫ neſcio q̄
modo grati⁹ iocũdiuſq̄ ſentim⁹ bonũ qd̄ ꝑ
malũ diſpẽſatorẽ miſtrat. Ipa eſt ḡ cã cur ⁊
ꝑ malos de⁹ faciat bona bonis. ñ aũt vt opa
eoꝝ indigeat i bñ faciẽdo. Itẽ. liiij. Cañ. ſer.
Quid ſupbis terra ⁊ cinis. ⁊ de angel' trãſi/
uit dñs execrãs eoꝝ ſupbiã. Ergo repudia/
tio angl'oꝝ fiat emẽdatio hoĩm. ſcp̄tũ eſt ei
ad eoꝝ correptõꝫ. Coopet mihi in bonũ eti/
am diaboli malũ. ⁊ lauẽ man⁹ meas i ſãgui/
ne pctõris. Qualit inq̄t. audi. Supbo certe
diabolo horrẽda ⁊ formidoloſa maledictio
intorq̄t. Si ſic eſt actũ cuꝫ eo q̄d de me fiet
terra ⁊ cinere. Ille in celo tumuit. ego i ſter/
quilinio. Quis nõ tolerabiliorẽ in diuite ſu/
perbiã q̄ꝫ i paupe dicat Ve mihi ſi tã durei
potẽte illo aĩaduerſum ẽ. q̄d de me exiguo
⁊ miſero ⁊ ſupbo. Bern̄. ſ. xiiij. Cañ. loquẽs
de ſpõſa ecclia. Que p⁹ multa pctã venit ad
dñm. nã de gentibꝫ collecta q̄ idola colebat.
q̄d eidẽ de ſynagoga improbabat. Sic eñi
in ſuã vtilitatẽ eã torquet dicẽs. Ipa eſt cui
pl⁹ dimiſſum ẽ ⁊ q̄ pl⁹ diligit. qd̄ emula imp/
perat ei ad ꝯuiciũ. h̄ ſibi ipa inflectit ad com
modũ. Inde mãſuetior ad correptionẽ. in/
de patiẽtior ad laborẽ. ide ardẽtior ad amo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rem. inde ſagacioꝛ ad cautelā. inde humili/
oꝛ ꝑ cōſcientia. inde acceptioꝛ ꝑ verecundia.
inde ad obediendū paratioꝛ. inde ad grārū
actionē deuotioꝛ ac ſolicitioꝛ. Hucuſqꝫ ber/
nardꝰ. Uide quō ſpūaliter viuētes oīa in
ſerptanť in bonā ꝑtē ⁊ ď oībꝫ lucrū faciūt
Sis ğ ſpūalis ⁊ oīa tibi cedent in bonuꝫ
Et valet hmōi ꝯſideratio etiā ad tolerātiaꝫ
tribulationū ⁊ tēptationū ⁊ aī quietē. Nam
ꝑ hmōi ꝯtinuū exercitiū ad tantā trāquilli/
tatē animi q̄s poſſet ꝑuenire. ꝙ vix ⁊ raro ď
aliqua return bareť. vł haberet locū in eo qď
ait ſapiens Nō cōtriſtabit iuſtū quicquid ei
acciderit.

Quomodo diſcipuli xp̄i vellebāt ſpicas.
Item de paupertate.
Capitulū. xlv.

Diſcipuli dn̄i ih̄u quadā die ſabbati
eſurientes cū nec haberent vn̄ ꝓcura
rēt qď comederēt. ibāt ꝑ agros in q̄
bus erāt ſegetes. ⁊ vellebāt ſpicas. fricabāt
manibꝫ ⁊ comedebāt. Rephēdebanť autē a
phariſeis dicētibꝫ hoc nō licere die ſabbati.
Dn̄s defendebat eos ⁊ multa talia faciebat
dn̄s in die ſabbati vt dixi ſuꝑ de habēti ma
nū aridā ſanato. Tu aūt diſcipulos itueret
cōpatere eis ī tāta neceſſitate ꝯſtitutis. q̄ꝫuiſ
ipi gaudētes h̄ facerēt ob pauptatꝫ amoreꝫ.
quā aū oēs ꝟtutes ⁊ beatitudines cōmē/
dauerat eis eoꝝ mgr̄ ⁊ dn̄s. Quid tn̄ eſt co/
gitare ꝑncipes mūdi pn̄tc oīum ꝯditoꝛe ad
tā tenuē pauptatē reductos. vt tali pabulo
more aīaliū oporteat ſuſtentari. Aſpiciebat
eos dn̄s ⁊ cōpatiebať eis qꝛ tenerrime dili
gebat eos. ſꝫ nihilominꝰ gaudebat. ⁊ tā ꝓpť
eos q̄s in h̄ multū mereri ſciebat. q̄ꝫ ꝓpť nos
qbꝫ relinq̄bat exēplū In h̄ eīm exēplo ad mľ
tas ꝟtutes ꝑficere poſſumꝰ. Nā h̄ mirabiliť
pauptas relucet. pōpa mūdi ꝯtēnēda oñdiť
ſumptuoſitas ⁊ ſaporoſa ciboꝝ ꝑparatō de
ſtruiť. ⁊ gule voracitas cū turpi ſua vnctuo
ſitate ⁊ inſatiabili appetitu totaliť eneruatur
Tu ğ h̄ animaduerte ⁊ tāto exēplo totis vi
ſceribꝫ eā amplectere. q̄ ſic emicuit in dn̄o. ⁊
dn̄a mr̄e ſua. ⁊ ꝑfatꝫ mūdi ꝑncipibꝫ. ⁊ oībꝫ q̄
eoꝝ exemplū ꝑfecte imitari voluerūt. Sꝫ
attēde ď q̄ pauptate itelligere debeſ. Scio
eīm ꝙ in monaſterio ꝯſtituta pauptatē pro
feſſa es ⁊ nihil hr̄e potes. de q̄ gr̄as age deo
tuo. ⁊ ipam inuiolabiliť ſua. Sꝫ vlteriꝰ te
aſcēdere volo. qď tn̄ a ꝓfeſſiōe nō diſcrepet.
q̄nimo ꝓfeſſio ipa ſine h̄ intellecta ꝟbať eſſꝫ
⁊ vacua. Dico igiť de illa pauptate q̄ radica
tur ī corde. ꝟtutes eīm in aīa collocāde ſunt
nō in exterioribꝫ. Optie ğ ꝓfeſſionē paupta
tis imitarꝫ ſi corde ꝯſentias. Nā ſi rex penu
riā exteriꝰ paterꝫ. qꝛ forte nō abūdas. vt ſen
ſualitas vellet. interiꝰ aūt cupiditatē habe/
as. ⁊ plꝰ q̄ꝫ neceſſe ſit deliberato aīo apperas
nō viuis in pauptate. ſꝫ ī egeſtate. qꝛ nō eſt h̄
pauptas ꝟtuoſa ⁊ meritoria. ſꝫ egeſtas labo
rioſa ⁊ demeritoria. Sufficit eīm ad ꝑdēdū
meritū ⁊ ad oē pctm̄ ꝑpetrādū ꝯcupiſcen
tia cū ꝯſenſu. ⁊ cū tali pauptate nō credas te
poſſe aſſurgere ad oꝛōꝫ vł ꝯtēplatōꝫ vł cētu
pli ꝯſeq̄ retributōꝫ Qn̄ eīm coꝛ terrenaꝝ cu
piditatū pōdere aggrauatū ſurſū poſſꝫ aſcē
dere. ⁊ qn̄ ipo luto ⁊ fece coinq̄natū ⁊ terre/
nū ⁊ groſſum effectū. ad dei ⁊ celeſtiū puri/
tatē poſſet appropinq̄re. Igiť corde diligas
pauptatē, ꝑ mr̄e aſſume illā. placeat tibi de/
coꝛ eiꝰ. delecterꝫ in ea. nūq̄ꝫ ꝑ re aliq̄ ipam le
dere velis. Nihil habeas ⁊ nihil oīno habe
re velis vltra neceſſitatē. Et ſi q̄ris q̄ erit il/
la neceſſitas. Rn̄debo ꝙ q̄nto intimiꝰ pau/
ptatē dilexerꝫ. tāto ſubtiliꝰ de neceſſitate iu/
dicabis. Illa nāqꝫ neceſſaria ſūt ſine q̄bꝫ eſ/
ſe nō poſſumꝰ. Uide ğ ea ſine q̄bꝫ eſſe como
de potes. ⁊ illa nec hr̄e nec petere nec ꝓcura
re nec a ſpōte dātibꝫ recipe velis. Nec tn̄ do/
minū Ih̄m ꝑfecte in pauptate imitari pote
ris q̄ꝫtūcūqꝫ te ſtrinxerꝫ. nec video ꝙ noſtra
pauptas ſue poſſit eq̄pari. q̄ꝫtūcūqꝫ ſit a no/
bis totꝫ conatibꝫ obſuata. Et h̄ tibi breuiť
oñdo vna ⁊ pulcra rōe omiſſis aliȷ̄s q̄ reddi
pn̄t. ſ. qꝛ deꝰ. ⁊ qꝛ ditiſſimꝰ ⁊ dn̄s oīm. ⁊ qꝛ ꝑ/
fectiſſimꝰ ⁊ hmōi. ſꝫ eā rōꝫ adduco. qꝛ ipe nō
ſolū penuriā pauptatꝫ ſꝫ etiā eꝰ opprobriū aſ
ſūpſit. Nā nr̄a pauptas qꝛ volūtarie aſſum
pta ē. ⁊ ꝑ amore dī ꝟtuoſa reputať ⁊ ē. ⁊ iō n̄
opprobrioſa ſꝫ honorifica r̄putať etiā apud
malos. ipiꝰ ꝟo n̄ ſic. Nō ei cognoſcebať ⁊ ne/
ſciebať ꝙ volūtarie pauper eēt. ſꝫ neceſſaria
pauptas ꝑit opprobriūꝫ ꝯtēptū. Cū ğ eſſet
abſqꝫ domo ⁊ poſſeſſionibꝫ ⁊ oī hmōi ſuba.
ſciētibꝫ vniuerſ magꝫ hēbať ꝯtēptui. hmōi
ei paupes ab oībꝫ ꝯculcāť. ⁊ ſi ſapiētes ſūt n̄
crediť eis. ſi nobiles nihilomiꝰ ꝯrideť ⁊ ꝯtē/
nūť. imo qď plꝰ ē ⁊ nobilitas ⁊ ſapiā ⁊ ꝓbitaſ
⁊ oīs ꝟtꝰ ī reputatōe hoīm videť ī eis extin/
cta. deȷ̄ciūť ei q̄ ab oībꝫ vt nec aīcicie antiq̄
nec ſāguis vincła ꝓſint eis vt plīmū. cū oēs
tł'es aīcos ł ꝯſanguīeos hr̄e r̄cuſent Uides
bn̄ quō nec eꝰ pauptati eq̄pari nec eū imitari

potes ĩ tã ꝓfunde pauptatꝫ ⁊ hũilitatꝫ abie-
ctiõe. Propterea ñ ſũt ꝯtẽnẽdi paupes mõi
q̃ ipm dñm repñtãt. Igr̃ deſiderabil' ẽ mul
tũ h̃ ꝟtꝰ pauptatꝫ. ⁊ marie a nob̃ q̃ eã ꝓmiſi-
mꝰ. Ipam itaq̃ ꝓpterea oĩ reuerẽtia ⁊ deuo-
tiõe obſuare curato. Si ꝟo etiã vis Berñ
audire. attẽde q̃d ꝺ ipa loq̃t ſ. iiij. ꝺ aduẽtu.
Imitemur q̃ad poſſumꝰ eũ q̃ dilexit ſic pau
ptatẽ vt q̃uis ĩ mãu eiꝰ eſſẽt fines t̃re. tñ nõ
habuit vbi caput ſuũ reclinaret. ita vt diſci-
pulos adherẽtes ei legimꝰ fame ꝯpulſos ſpi
cas mãibꝫ ꝯfricaſſe cũ ꝑ ſata trãſirẽt. Idem
iiij. ſ. ĩ natiuitate dñi inq̃t. Cur ipe ſaluator
cuiꝰ ẽ auꝝ ꝑit ⁊ argẽtũ ſacrã ĩ ſuo corpe ꝺdi
cat pauptatẽ. Aut certe cur pauptas ipa tã
ſolicite enarrat̃ ab ãg'lo. Hoc inq̃t vobis ſi
gnũ. inuenietꝫ infantẽ pãnis ĩuolutũ. In ſi-
gnũ poſiti ſũt pãni tui dñe ihũ. ſꝫ ĩ ſignũ cui
a multꝫ vſq̃ hodie ꝯdicit̃. Exẽplũ ꝺdit nob̃
vt ⁊ nos ita faciãꝰ. Utilior ſiq̃dẽ in ꝯflictu lo
rica ferrea q̃ȝ ſtola linea. licꝫ oneri ſit illa. hec
honori. Idẽ in ſ. iij. ꝺ reſurrectõe. Uere ma
gna abuſio ⁊ nimis mag̃. vt diues velit eſſe
ꝟmiculꝰ vil' ꝓpt quẽ ꝺs maieſtatꝫ dñs ſaba-
oth voluit eẽ paup̃. Idẽ ĩ ep'la ad ducẽ Cõ-
raꝺ. Nõ ei pauptas ꝟtꝰ reputat̃. ſꝫ pauptatꝫ
amor. Amicicia paupeꝝ regũ aĩcos ꝯſtituit
amor pauptatꝫ reges. Regnũ celoꝝ deniq̃
paupeꝝ ẽ. Beatꝰ q̃ pꝰ illa nõ abijt q̃ poſſeſſa
onerãt. amata inq̃nãt. amiſſa cruciãt. Huc
uſq̃ Ber. Habes igr̃ ap'loꝝ exẽplo ⁊ aucto-
ritatibꝫ bti Ber. ꝑdictꝫ. ⁊ ĩ alijs poſitꝫ ſup̃ ꝺ
natiuitate dñi. ⁊ de ſmõe ipſiꝰ ĩ mõte. q̃liter
pauptatẽ tãq̃ ꝟtutẽ excellẽtiſſimã debes af
fectare. Sꝫ de abſtinẽtia ⁊ ꝯ guloſitatem
q̃d dicemꝰ q̃ ſil'r in h̃ exẽplo relucet. Et q̃dẽ
de iſtꝫ ꝟtutibꝫ tractare pter ꝑncipale ꝓpoſitũ
eſt. marie ꝓpt multiplicitatẽ auctoritatũ. ſed
qꝛ vtilitatẽ tuã ꝯſidero q̃ in talibꝫ nec expta
es nec apta doceri nec ĩ q̃bꝫ legas habeas li
bros. iõ ſtudioſe tibi ſcribo de ipis vt ſaltꝫ
ꝑ hũc modũ innoteſcat tibi ꝟtutũ natura in
q̃bꝫ eaꝝ magiſtꝝ cuiꝰ vitã ꝑncipalit' inq̃rimꝰ
valeas imitari. Cõtra gulã igit̃ ſcire de-
bes multũ eſſe inſiſtẽdũ ⁊ bellũ ꝯtinuũ eſſe
ſꝫ oĩno vitandã. Multũ q̃dẽ ſancti p̃res et
q̃ ſpũalis exercitij fuerũt. ĩ h̃ ſtuduerũt. Cõ-
tra quã audi q̃d dicat Berñ. in ſ. ad clericoſ
ca. xiij. Uñ h̃ tãta puſillanimitas ⁊ abiectõ
tã miſerabilis. vt egregia natura. capax eter
ne beatitudinis ⁊ gl'ie magni dei. vtpote cu
ius ſit inſpiratiõe cõdita. ſimilitudine inſi-
gnita. cruore redẽpta. fide dotata. ſpũ adop
tata. miſerã nõ erubeſcat ſub putredie hac
corporeoꝝ ſenſuũ gerere ſeruitutẽ. Merito
plane nec eos q̃dẽ apprehẽdere poteſt. q̃ ta-
lem deſerẽs ſpõſum. tales ſequit̃ amatores
Inſanꝰ ſiquidẽ labor paſcere ſterilẽ. q̃ non
parit. ⁊ vidue bñfacere nolle. omittere curã
cordis. ⁊ curã carnis agere in deſiderio. im
pinguare cadauer putridũ. q̃ꝺ paulo poſt
vermiũ eſca futuꝝ nullatenꝰ dubitas. Huc
uſq̃ Berñ. Habes igit̃ quõ vitãda eſt gulo
ſitas. ſꝫ ꝯdeſcẽdere poſſumꝰ corpi ad neceſſi
tatẽ ſuã ⁊ ſanitatẽ. Uñ idẽ Ber. in ſmonibꝫ
breuibꝫ. c. xxxiiij. ſic ꝺt. Sũt aũt oĩa bõa cor
porꝫ. ⁊ q̃ ei ſolũmõ debeamꝰ ſanitas. Nihil
aũt vltra ei dãdũ eſt. nihil q̃rẽdũ. ſꝫ h̃ termi
no obligãdũ ⁊ firmãdũ ẽ. cũ fructꝰ eiꝰ nullꝰ
ſit. ⁊ mors ſit finis illiꝰ. Qr ſi voluptati ſuit̃.
nõ ſanitati. h̃ de naťa nõ eſt. ſꝫ ſub natura. q̃
morti manꝰ dat. cũ mgr̃aꝫ ꝯſtituit volupta-
tẽ. Iñ etiã eſt q̃ multi ad tã beſtiales impetꝰ
deſcẽderũt. vl' vt dicã veriꝰ. ceciderũt vt vo-
luptatẽ ꝑferãt ſanitati. vl' illis epul' ſepiſſime
voluptent̃ q̃s ſciũt difficiles ⁊ acutiſſimas
ſubſequi paſſiones. Sic aũt corpis neceſſi
tas eſt ſanitas. ita cordis neceſſitas eſt puri
tas. quo turbato oculo nõ videbit̃ deꝰ. ⁊ cor
humanũ ad h̃ factũ eſt vt ſuũ videat creato
rẽ. Si ꝟo ſanitati corpis ſolicita eſt ꝓuiden
da cuſtodia. puritati cordis tãto eſt ſoliciti
or impẽdenda. q̃to ꝑs iſta dignior illa ꝯui-
citur. Itẽ. lxvi. Cañ. Suſpiriõeꝫ generat mi
hi obſuatio iſta ciboꝝ. Uerũ ſi de regula
medicoꝝ hoc ꝓfers nobis. nõ reꝑhendimꝰ
curã carnis quã nemo vnq̃ odio habuit.
Hucuſq̃ Berñ. Hoc tñ faciendũ nõ eſt ſu-
perſticioſe vel nimis curioſe vel vltra q̃ȝ ex-
pediat. Unde qñ nõ habemꝰ actu impedi-
mentũ corpale ꝓpter q̃ꝺ appetamus vl' fugi-
amus ciboꝝ obſeruãtiam. illã tenere ac phi
ſice viuere nõ debemꝰ. Uñ idẽ Berñ. xxx. ſ
mone Cañ. Uides ne ſnĩa mgr̃i mei carniſ
ſapiam cõdemnari ꝑ quã vtiq̃ aut in luxuꝫ
voluptas diſſoluit̃. aut ipa q̃ȝ valitudo cor
poris vltra q̃ȝ optet appetit̃. Et pꝰ Quid ꝟo
ꝓdeſt ꝑparca voluptatibꝫ ⁊ ĩ inueſtigãdis di
uerſitatibꝫ ꝯplexionũ ciboꝝq̃ varietatibuſ
exquirẽdis q̃tidianã expẽdere curã. Legu-
mina inq̃t ventoſa ſunt. caſeus ſtomachuꝫ
grauat. Lac capiti nocet. Potum aque nõ
ſuſtinet pectus. Caules nutriunt melan-
coliam. Colerã autem porri accendunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Piſces de ſtagno aut d' lutoſa aqua mee pe
nitus cõplexioni non cõgruũt. Quale eſt h'
vt in tot fluuijs. agris. ortis. cellarijs ve. re/
periri vix poſſit quid comedas. puto te que
ſo monachũ eſſe nõ medicũ. nec de comple/
xione iudicandũ. ſed de pfeſſione. Parce ob
ſecro primuz quieti tue. parce deinde labori
miniſtrantiũ. parce grauamini dom⁹. parce
conſciẽtie. cõſcientie dico nõ tue ſed alteri⁹. il
lius videlicet q̇ ppe te ſedens z edens quod
ſibi apponit᷑. de tuo ſingulari ieiunio mur/
murat. ſcandalũ quippe ei eſt aut tua odioſa
ſuperſticio aut duricia quã forte putat illius
qui tibi haber puidere. Fruſtra quidẽ ſibi
blandiunt᷑ de exemplo pauli hortãtis diſci
pulũ nõ bibere aquã. ſed modico vti vino p
pter ſtomachũ z frequẽtes ſuas infirmita/
tes q̇ attendere debẽt primũ quidẽ apoſto/
lum minime ſibyipſi rẽ iſtiuſmodi ſuadere.
ſed neq̧ diſcipulũ eque expetere ſibi. Dein/
de nõ monacho hoc intimari ſz epiſcopo cu
ius vita tenere z adhuc naſcẽti eccl'ie perne/
ceſſaria eſſet. Thimothe⁹ hic erat. Da mihi
alterũ thimotheũ z ciba etiã ſi vis auro z po
ta balſamo. Ceterũ tu tibimetipſi diſpenſas
miſeri⁹ tui. Suſpecta eſt mihi fateor tue ipſi
us vite diſpẽſatio. z vereor tibi illudi ſub te/
gmine z nomine diſcretiõis a carnis prudẽ
tia. Id te ſaltẽ volo eſſe admonitũ. vt ſi tibi
iſta auctoritas apoſtoli placet de bibẽdo vi
no. modico qd̓ ille adiunxit non p̄termittas
Hucuſq̧ Bernardus. Habes igit᷑ ex p̄di/
ctis auctoritatib⁹ ſanitati corpis poſſe intẽ
di. ſed a ſupſticioſa obſeruatione ciborũ ca/
uendũ Sz quid de abſtinentia. Audi nõ
me ſed Bern̄. eundẽ. qui ſic dicit ſmone ter
tio de aſcẽſione. Nõ eñ ſpũs z caro ignis et
tepiditas in vno domicilio cõmorant᷑. pre/
ſertim cũ tepiditas ipſi dño ſoleat vomitum
puocare. Si eñ apli carni adhuc domini/
ce adherẽtes que ſola ſancta. q2 ſanctus ſan
ctorũ erat. ſpiritu ſancto repleri nequiuerũt.
donec tolleret᷑ ab eis. tu carni tue que ſordi
da eſt z diuerſaꝝ ſpurciciaꝝ fantaſijs reple/
ta aſtrici⁹ z conglutinat⁹ illũ meraciſſimuz
ſpũm nõ te poſſe putas ſuſcipe niſi iſtis car
nalib⁹ cõſolationib⁹ fundit⁹ renũciare tem/
ptaueris. Reuera cũ incepis. triſticia imple
bit cor tuũ. Sz ſi pſeuerauerit. triſticia con
uertet᷑ in gaudiũ Tunc eñ purgabit᷑ affect⁹
volũtas renouabit᷑ vel noua creabit᷑. vt om
nia que p̄us difficilia, imo impoſſibilia vi/
debant᷑. cũ multa pcurrant᷑ dulcedine z aui
ditate. Itẽ. lxvj. Cañ. Non redarguim⁹ pau
lum q̄ caſtigat corpus ſuũ z in ſeruiturẽ re/
digit abſtinẽdo a vino quia in vino luxuria
eſt. aut ſi modico infirm⁹ vtat᷑. iuxta ꝯſiliuz
apoſtoli. abſtinebo a carnib⁹ ne duz nimis
nutriã carnẽ. ſimul z carnis nutriã vicia Pa
nem ipm cũ mẽſura ſtudebo ſumere. ne one
rato ventre ſtare ad orandũ tedeat. z ne im/
properet etiã mihi ppheta q̄ panẽ meũ come
derim in ſaturitate. Sed nec ſimplici q̇dez
aqua ingurgitare me aſſueſcã. ne diſtẽſio ſa
ne ventris vſq̧ ad titillatiõem ꝑtingat libi/
dinis. Idẽ in epiſtola ad Robertuz mona/
chum. Vinũ z ſimila mulſum z pinguia cor
pori militãt. nõ ſpiritui. frixuris nõ aĩma ſa
ginatur ſz caro. Piper. zinziber. ciminũ. ſal/
uia. z mille huiuſmodi ſpecies ſalſamẽtorũ.
palatũ quidẽ delectãt ſed libidinẽ accẽdũt.
prudẽter ſobrieq̧ ꝯuerſanti ſatis eſt ad om
ne cõdimentũ. ſal cũ pane z fame qua ſola ñ
expectata neceſſe eſt alias atq̧ alias de ne/
ſcio quib⁹ ſuccis extraneis cõfici ꝑmixtiões
que videlicet palatũ reparẽt. gulã prouocẽt
z excitent appetitũ. Idẽ i epiſtola ad fratres
de monte dei Ubi cepit ſpirit⁹ reformari ad
imaginẽ cõditoris ſui mox etiã refloreſcens
caro ex volũtate ſua incipit ad reformatõez
ſpirit⁹ reformari. Nã etiã ad ſenſum ſuũ in
cipit eam delectare q̇cquid delectat ſpiritũ.
Inſup z pro multiplici defectu ſuo ex pena
peccati multipliciter ſitiẽs ad deum. nõnũ/
q̧ etiam cõtendit p̄cedere rectorẽ ſuum. De
lectatiões enim nõ perdim⁹ ſed mutamus a
corpe ad animã. a ſenſib⁹ ad conſcientiã Pa
nis furfure⁹ z ſimplex aqua. oleũ vel legumi
na ſimplicia nequaq̧ res delectabiles ſunt
ſed in amore z eterne delectatiõis deſiderio
ventri bene morigerato. gratãter ex his ſa/
tiſfacere poſſe notũ eſt. Valde delectabile ẽ
q̄ milia paupeꝝ ex his vel ex aliquo horuz
delectabiliter ſatiſfaciũt nature. Facilimuz
quippe z delectabile eſſet adiuncto dei amo
ris cõdimẽto ſm naturã viuere ſi iſania nos
viuere ꝑmitteret. q̄ ſanata ſtatim arrideret
naturalib⁹ nata. Eodẽ z de labore ruſticus
duros h3 hũcros. fortes lacertos exercita/
tio h' fac. ſi i ea cũ tpe inoleſcit. volũtas facit
vſũ. vſus exercitiũ. exercitiũ i oĩ labore vires
ſubmiſtrat. Hucuſq̧ ber. Ex his auctatib⁹
ꝯſtat apte abſtinẽtiã plĩmũ ꝯm̄dabilẽ oĩo eẽ
faciẽdã. Eã nãq̧ tã ãtiq̇ p̄res q̧ b. franciſc⁹

ac dulciſſa tua beata Clara vt in eoꝝ vita
patet artiſſime ſeruauerūt. Videt̃ tamē ſc̄m
eundē Bernardū in trib⁹ caſib⁹ abſtinentia
tempanda. Prim⁹ cū fieret cōtra volūtatem
p̄lati. hoc em̄ nullo modo fieri debet. Secū
dus qñ fieret cū notabili ſcādalo ſociorum.
Magis em̄ ꝓfert ad exercitiū ſpūale ex cha
ritate vti vita cōmuni. q̄ꝫ ex ſcādalo fratris
ſup̄ vitā cōmunē ſpēalez abſtinentiā exhibe
re. Terti⁹ caſus eſt qñ fiet vltra corpis poſ
ſibilitatē. Nā indiſcreta abſtinētia nō virtu
tis ſꝫ vicij eſſe ꝓhibet̃. Vñ de his ſic dr̄ Ber.
ꝑ.r. Cañ. ſmōe. Nō vultis eſſe cōtenti cōmu
ni vita. nō ſufficit vob̄ regulare ieiuniū. non
ſolēnes vigilie. nō impoſita diſciplina. non
mēſura quā vob̄ ꝑtimur in veſtimētis vl̄ ali
mētis p̄uata p̄fertis cōmunib⁹. Qui vr̄i cu
ram ſcl̄ nobis credidiſtꝭ. q̄d rurſum de vob̄
vos intromittitis. Nā illā qua totiēs domi
nū ꝯſciētijs veſtris teſtib⁹ offendiſtꝭ, ꝓpriam
ſcꝫ voluntatē vr̄am ecce nūc iterꝫ magiſtruꝫ
habetis. nō me. Illa vos nature docet nō ꝑ
cere. rōni nō acq̄eſcere. nō obtꝑare ſanctorū
ꝯſilio vel exēplo nō obedire nobis. An ne
ſcitis qꝛ angel⁹ ſathane multotiēs trāſfigu
rat ſe in angelū lucꝭ. Sapiētia eſt de⁹. ⁊ vult
ſe amari. nō ſolū dulciter ſꝫ ſapiēter. Unde
ap̄lus. Rationabile inq̄t ſit obſequiū veſtꝝ.
Alioq̄n facilime zelo tuo ſpūs illudet erro
ris ſi ſciam negligas. nec habet callidus ho
ſtis machinamētū efficaci⁹ ad tollendaꝫ de
corde dilectiōꝫ. quā ſi efficere poſſit vt icau
te ⁊ nō cū ratiōe ambulet̃ Idē ſmone. xxxiij
Cañ. Videas ꝓch pudor illos iportune ſu
perflua q̄ritare q̄ ꝑus neceſſaria obſtinatiſ
ſime recuſabāt. q̄ꝫq̄ꝫ ſi q̄ in ſua forte iuicti ob
ſtinatiōe ꝑdurāt indiſcreti⁹ abſtinētes. ⁊ ſin
gularitate notabili ꝯturbātes eos cū q̄bus
habitare debēt vni⁹ moris in domo haud
ſcio ſane an ſe eſtimēt pietatē retinere. cū hu
iuſmodi mihi videnꝭ ⁊ longi⁹ abieciſſe. Nā
q̄ ſapiētes in oculis ſuis decreuerūt apō ſe
nec cōſilio acquieſcere nec p̄cepto videant
q̄d rn̄deant. nō mihi ſꝫ dicēti. qm̄ q̄ſi pecca
tum ariolādi eſt repugnare. ⁊ q̄ſi ſcel⁹ ydola
trie nolle acq̄eſcere. Premiſerat aūt. qꝛ meli
oꝛ eſt obediētia q̄ꝫ victima. ⁊ auſcultare ma
gis q̄ꝫ offerre adipē arietū. id eſt. abſtinētiaꝫ
ꝯtumaciū. Idem. lxiiij. Cañ. ſ. Quid illud
qd̄ nos quoq̄ꝫ totiēs in domo iſta ⁊ tā gra
uiter inquietat. notabilē loquoꝛ quorundā
q̄ inter nos ſunt ſupſticioſamq̄ꝫ abſtinenti
am. ex qua ſe om̄ib⁹ ſibiq̄ꝫ omnes moleſtos
reddūt. quomō nō hec ipa diſcordia tā ge
neralis ⁊ ſue illi⁹ ꝯſciētie diſſipatio eſt. ⁊ qd̄ i
ipō eſt grādis vinee hui⁹ quā plātauit dex
tera dn̄i. noſtre. ſ. omniū vnanimitatꝭ demo
litio. Ve homi ꝑ quē ſcādalum venit. Qui
ſcādalizauerit inq̄t vnū de his puſillis. du
rum eſt qd̄ ſequit̃. q̄ꝫto duriora meret̃ q̄ tan
tā ⁊ tam ſanctā multitudinē ſcādalizat. Du
riſſimū ꝓrſus iudiciū portabit quicūq̄ꝫ ē il
le. Idē ſmone. iij. in circumciſiōe Illis q̄ ad
deuotiōis gratiā ꝑueniūt. vnū dicit̃ reſtare
periculū. ⁊ omino timenduꝫ eis a demonio
meridiano. Ipe em̄ ſathanas trāſfigurat ſe
in angelū lucis. Hoc eſt ḡ timendū ei q̄ tā
ta delectatiōe om̄ia facit ne dū ſequit̃ affecti
onē. corp⁹ deſtruat ꝑ immoderatā exercita
tioneꝫ. ac deinde neceſſe habeat nō ſine ma
gno ſpiritualis exercitij detrimēto circa de
bilitati curā corpis occupari. Ergo ne icur
rat qui currit. illuminari neceſſe eſt lumine
diſcretiōis. que vtiq̄ꝫ mater eſt virtutū ⁊ cō
ſummatio ꝑfectiōis. Hec nimiruꝫ docet ne
quid nimis vl̄ min⁹ fiat. atq̄ꝫ hec eſt octaua
dies in qua circūcidit̃ puer. quia diſcretio
vera circūcidit vt nec plus nec min⁹ fiat. nā
⁊ qui nimiuſ eſt. fructū boni operis abſcidit
non circūcidit. ſicut qui tepidus eſt min⁹ fa
cit. In hac igit̃ die nomen imponit̃ ⁊ nomē
ſalutis. nec de eo qui ſic cōuerſatur dubiteꝫ
dicere ꝙ ſuā ipi⁹ ſalutē operet̃. Uſq̄ꝫ ad hūc
em̄ diem dicere poſſunt angeli qui nouerūt
ſecreta celeſtia. ſed ego nūc primū ei fiducia
liter nomen ſalutꝭ impono. At vero qꝛ om
nino rara iſta auis eſt in terris. hui⁹ diſcreti
onis locū fratres ſuppleat virtus obedien
tie. vt nec plus vel min⁹ vel aliter q̄ꝫ impera
tum ſit faciatis. Idē in epiſtola ad fratres
de monte dei. Sunt corporis exercitia i q̄
bus neceſſe eſt corpus laborare. ſicut ſunt
vigilie ⁊ huiuſmodi. que quidem ſpiritualia
non impediūt ſed adiuuāt ſi cum ratione ⁊
diſcretione fiant. Que ſi ex indiſcretiōis vi
cio ſic agātur. vt deficiente ſpiritu vel lang
uente corpore ſpiritualia impediant̃. qui ſic
eſt crudelis corpori ſuo. tulit bonuꝫ effectū.
ſpiritui affectū. proximo exemplū. deo bono
rem. ſacrileg⁹ eſt. ⁊ omniū boꝝ in deū reus.
non ꝙ ſc̄m ſenſum apoſtoli non videat̃ etiā
humanū hoc. ⁊ non deceat ⁊ nō debeat. ⁊ nō
iuſtum ſit caput aliquando dolere in ſerui
tio dei Quod olim ſepe vſq̄ꝫ ad dolorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

laborauit in vanitate ſeculi. eſurire vētrem
vſqꝫ ad rugitū. qui ſepe repletꝰ eſt vſqꝫ ad vo
mitū. ſed modꝰ in omnibꝫ eſt habēdus. Af
fligendū eſt corpꝰ aliquādo. ſed nō ↄteren/
dum. Nā et corꝑalis exercitatio ad modicū
quidē valet. ⁊ pietas ad oīa vtilis eſt, ꝓpter
qḋ ad modicū ſed nō in cōcupiſcentijs cura
eſt carnis agēda. alenda vero eſt ſobrie ⁊ cū
quadā ſpirituali diſciplina. neqꝫ in mō neqꝫ
in qualitate eius neqꝫ in quātitate appareat
aliquid qḋ ñ deceat ſeruū dei. Hucuſqꝫ ber
nardus. Sꝫ vt virtꝰ diſcretiōis tibi meliꝰ
innoteſcat. audi breuiter quid de ipſꝰ com/
mendatiōe dicat idem Berñ. ſmone. xxiij.
Cañ. Virtꝰ ſiquidē diſcretōnis abſqꝫ feruo
re charitatis iacet. ⁊ feruor vehemēs abſqꝫ
tēperamēto ꝑcipitat. Ideoqꝫ laudabilis cui
neutꝝ deeſt vt feruor diſcretionē erigat. ⁊ di
ſcretio feruorē regat. Idē ſmone Cañ. Di/
ſcretio quidē virtuti ordinē ponit. ordo mo
dum tribuit ⁊ decorē etiā ⁊ ꝑpetuitatē. De/
niqꝫ ait. Ordinatiōe tua ꝑſeuerat dies. diē
virtutē appellās. Eſt igiť diſcretio non tā v/
tus ꝙ̄ quedā moderatrix ⁊ auriga virtutū
ordinatrixqꝫ affectuū ⁊ moꝝ doctrix. Tolle
hanc ⁊ virtꝰ viciū erit. ipaqꝫ affectio natura
lis in ꝑturbationē magis cōuerteť exterminiūqꝫ nature. Hucuſqꝫ Bernardꝰ. Habui
ſti igiť ex ꝑdictis quomō in hoc diſcipuloꝝ
exēplo deſtruiť ſupfluitas ⁊ guloſitas. Sꝫ
quomodo pōpa mūdi etiā deſtruať. nōdū
tibi dixi. quod tamē ꝓſequi non intēdo. ſed
nec ex toto omittēſ. ſed hoc dicere ſufficere pu
to ad pſens ꝙ hoc exemplo renouata vide/
tur prime etatis beata ſimplicitas. in q̄ erāt
homines cōtenti fructibꝫ arboꝝ ⁊ radicibꝫ
herbaꝝ ⁊ ſimplici aqua. Si igiť ſic hodie fi
eret. non indigeremꝰ molēdinis nec cliba/
nis nec vtenſilibꝫ. ⁊ apparatu rerū nec ſuppel
lectilia varia ⁊ pompoſa in quibꝫ humanū
genꝰ eſt inextricabiliť intricatū.

## Feria quinta

De miniſterio marthe ⁊ marie. Item ḋ
ordine cōtemplationis ⁊ ꝙ duas hꝫ ꝑtes.

Capitulū. xlvj.

CUm quadā vi
ce dñs ihs iret bethaniā ad do/
mū marthe ⁊ marie. ipſe toto af/
ctu diligētes eū reuerēter ac multū alacriť
ſuſceperūt eundē. Et martha qḋē ſoror ma
rie ſe in cōtinēti ꝑauit ad refectionē hono/
rabilē ei ⁊ diſcipulis ꝓcurandā. Maria v͛o
ad pedes dñi ſe poſuit. Et cū dñs nolēs exi
ſtere ocioſus more ſuo loq̄reť v͛ba vite eter/
ne. ipa oculis ⁊ auribꝫ in eū intēta iocunda
bať in v͛bis ſuis. vltra ꝙ̄ dici poſſit. nec q̄c/
ꝙ̄ aliud cogitabat. Martha v͛o moleſte hoc
tulit. ⁊ eā cōpelli a dño ad laborandū ſecū
in miniſterio poſtulauit. ſed ↄtrariā ſentēti/
am reportauit. ⁊ mariā optimā ꝑtē elegiſſe
audiuit. Maria v͛o que in verbis dei q̄ſce
bat ad clamorē ſororis q̄ſi a ſomno euigilāſ
de q̄ete ſua timuit. ⁊ facie inclinata in terrā
ſiluit. Sꝫ poſt dñi rñſionē ſecurꝰ ⁊ iocūdꝰ
ſedit. Deinde ꝑata refectiōe. ⁊ dño ceſſante
loqui ↄtinuo ſurgit. aquā manibꝫ eiꝰ parat.
⁊ deinceps eidē ſꝑ aſſiſtēs fideliſſime ſeruit.
Cōſpice bene dñm ingredientē. ⁊ illas ipm
letiſſime ſuſcipiētes ⁊ deinceps alia in ꝑdi
ctis eorū actibꝫ. q̄ pulcerrima ſunt. Scire
autē debes ꝙ ꝑ iſtas duas ſorores dicūt ſā
cti duplicē vitā intelligi. ſ. actiuā ⁊ ↄtempla/
tiuā. De qbꝫ tractare lōga materia eſt. Sꝫ
quia tibi expedire credo nō longū tractatū
habere. tñ tibi aliqua inde ſcribā. tū q̄ bea/
tus Berñ. in diuerſis locis ipm copioſiſſi/
me tractat. tū quia vtiliſſimꝰ ſpūaliſſimus ⁊
valde neceſſariꝰ eſt. Nā ſm ꝑdictā duplicē
vitā cōtinue viuimuſ. ⁊ qualiter nos viuere
oporteret ignoramꝰ frequēter. qḋ eſt magnū
ꝑiculum ⁊ iactura nō leuis. ꝑcipue religio/
ſam vitā gerentibꝫ. Eſt igiť vita actiua q̄ de
ſignať ꝑ marthā. Sꝫ actiue vite ſicut ex di/
ctis bernardi colligere poſſum due ſunt ꝑ/
tes. Prima ꝑs qua q̄s ſe exercet ad ſuā ꝑnci
paliter vtilitatē corrigēdo ſe. emēdādo a vi/
cijs. ⁊ informādo v͛tutibꝫ. Et id idē ſecunda
rio fit ad vtilitatē etiā ꝓximi ꝑ oꝑa iuſticie ⁊
obſequia pietatis ⁊ charitatis. Scḋa pars
eius eſt quā q̄s ꝑncipaliť ſuū exercitiū ↄfert
in vtilitatē ꝓxi ꝙ̄uis ad ſuū etiā maiꝰ meritū
vt alios regēdo docēdo ⁊ adiuuādo i aiaꝝ
ſalutē. vt faciūt p̄lati ⁊ ꝑdicatoreſ ⁊ hmōi. Et
inť has duas ꝑtes vite actiue ē vita ↄtēpla
tiua. vt iſte ſit ordo ꝙ ꝑmo q̄s ſe exerceat ⁊ la
boret i orōe. ⁊ ſacraꝝ ſtudio lr̄aꝝ ⁊ alijs opi
bꝫ bōis ⁊ obſeq̄is i ↄuerſatōe q̄ſi corrigēdo
ſe a vicijs ⁊ acq̄rēdo v͛tutes. Scḋo q̄ſcat i
ↄtēplatōe ſolitudīem mētis q̄rēs ⁊ ſoli dō va/
cās toto poſſe. Tertio ꝑ ꝑdicta duo exercí
tia v͛tutibꝫ ⁊ v͛a ſapia imbutꝰ ⁊ illūiatꝰ ⁊ feruidꝰ
effectꝰ ad alioꝝ ſalutē itēdat. Prio igr̄ vt teti/
gi opꝫ ꝙ i pria actie vite ꝑtē mēs expurgeť.

depuret̄ ⁊ roboret̄ ꝑ exercitia virtutū. dein/
de in ꝯtemplatiua informet̄ illuminētur et
inſtruat̄. poſtea cōfidenter poteſt ad alioꝝ
ꝓfectus exire vt eos poſſit adiuuare. Q͛ au
tem iſte ſit ordo rectus. iſtis auctoritatibus
ꝓbatur. ⁊ p̄mo ꝙ prima ps actiue precedat
ꝯtemplatiuam.

**Actiua precedit contemplatiuam**
**Capitulum. xlvij.**

Dicit em̄ Bern̄. in quinto ſermone d̄
aſſumptiōe dn̄e. Intrauit Jeſus in
caſtellū. he due ſorores Martha et
maria. id eſt. opatio ⁊ intellect⁹ exceperūt il/
lum. Jeſus aūt cū ad illas venit duo ꝯfert
ꝯgruentia ſingulis. virtutē ⁊ ſapientiā. v̓tu/
tem opationi. ſapientiā intellectui. Unde ⁊
ab apoſtolo p̄dicat̄ dei v̓tus ⁊ dei ſapientia
Sed q̄d eſt ꝙ intrantē cuꝫ martha excipit.
diſcurrit. miniſtrat. Maria vero ſec⁹ pedes
ſedens ingreſſi. in eius verbū cor ſuſpendit
niſi quia p̄us eſt actio. poſtea vero ꝯtempla
tio. Quiſq̄s em̄ ad intelligentiā ꝑuenire de
ſiderat. ꝑfecto neceſſe eſt vt p̄us ꝑ opera bo
na ſe diligēter exerceat. ſicut ſcriptū eſt. Fili
concupiſcēs ſapientiā cōſerua iuſticiam. et
deus p̄bebit illā tibi. Et alibi. A mandatis
tuis intellexi ⁊ fide purgās corda eoꝝ. Qua
fide. Fide ꝑ dilectionē operante. Idē. xlvj.
Can̄. En forte apperis ⁊ ipē ꝯtemplationis
quietē diligis ⁊ benefacis. tn̄ nō obliuiſcarꝭ
q̄bꝫ lectulū ſpōſe legꝭ ſparſū. Ergo cura ⁊ tu
tuū ſimiliter circūdare bonoꝝ floribꝫ opeꝝ
virtutū exercitio tanq̄ꝫ flore fructū. ſanctuꝫ
ociū ꝑuenire. alioq̄n delicato ſatis ocio dor
mitare voles ſi nō exercitat⁹ quieſcere appe/
tas. ⁊ Lye fecūditate neglecta. ſolis cupias
rachel amplexibꝫ oblectari. Sed ⁊ p̄poſte/
rus ordo eſt ante meritū exigere premium.
⁊ ante laborē ſumere cibū cū dicat apoſtol⁹
Qui nō laborat nō manducet. A mandatiſ
tuis intellexi. inq̄t vt ſcias niſi vt obediētie
mandatoꝝ ꝯtemplatiōis guſtum penit⁹ ne/
mini deberi. Nō igit̄ putes de ꝓprio amore
quietis ſancte obediētie actibꝫ ſeniorum ve
traditionibꝫ p̄iudiciū nullaten⁹ faciendum
Alioq̄n n̄ dormiet tecū ſpōſus ī lectulo tuo
Illo p̄ſertim quē tibi ꝓ obediētie floribꝫ ci/
cutis ac vrticis inobediētie aſperſiſti. ꝓpter
qđ nō exaudiet orōnes tuas. vocatuſq̄ꝫ non
veniet. Nec em̄ dabit inobedienti copiā ſui
tātus obediētie amator. q̄ mori q̄ꝫ nō obedi
re maluerit. Sꝫ neq̄ꝫ approbat tue ꝯtēpla/
tionis inane ociū. q̄ dicit ꝑ ꝓpham. Labora
ui ſuſtinēs. ſignās tps quo exul celo ⁊ p̄ria
ſumme q̄etis opat⁹ eſt ſalutē in medio terre
Miror valde impudentiā aliquoꝝ q̄ inter
nos ſunt. q̄ cuꝫ om̄es nos ſua ſingularitate
tractauerīt. ſua ipatiētia irritauerint. ſua in/
obediētia coinq̄nauerint. audent nihilomi
nus ad tā fedū cōſcientie ſue lectulū. oi ora/
tionū inſtātia tot⁹ puritatis dn̄m inuocare
At cū extēderitis ait man⁹ veſtras. auertā
oculos meos. ⁊ cū multiplicaueritis orōeꝫ
nō exaudiā. Quid em̄ Lectul⁹ nō eſt florid⁹
magis aūt ⁊ putrid⁹ eſt. ⁊ tu regē glorie tra/
his. Ad pauſandū hoc facꝭ an ad cauſandū
Pergis ꝗ tu tota die expādere ad deū tuꝫ
man⁹ tuas. q̄ fratres tota die moleſtas. vna
nimiter impugnas. a bonitate te ſepas. Et
q̄d vis me facere inq̄t. ꝑfecto vt primo q̄dē
emēdes ꝯſciam ab om̄i iniquitate ire ⁊ diſ/
ceptatiōis ⁊ murmuris ⁊ liuoris ⁊ q̄cq̄d ani
mo cōuerſari cognoſcit̄ aut paci fratrū aut
obediētie ſenioꝝ. de cordis habitaculo eli/
minare feſtines. Deinde etiā circūdare tibi
flores bonoꝝ q̄ꝫ actuū ⁊ laudabiliū ſtudio/
rū atq̄ꝫ odoramēta v̓tutū. i. quecūq̄ꝫ ſunt v̓a
quecūq̄ꝫ iuſta. quecūq̄ꝫ ſancta. quecūq̄ꝫ ama
bilia. quecūq̄ꝫ bone fame. ſi qua virt⁹. ſi qua
laus diſcipline. Hec cogitare in his te exer
cere curato. Ad iſtiuſmodi ſecure vocabis
ſpōſum. qm̄ cū introduxeris eū veraciter di
cere poterꝭ ⁊ tu. quia lectul⁹ noſter floridus
redolēte nimiꝝ conſciētia pietatē ſed pacem
ſed māſuetudinē. ſꝫ iuſticiā. ſꝫ obediētiā ſed
hilaritatē ſꝫ humilitatē. Hec Bernardus.
Ex p̄dictꝭ apparet quomodo ps actiue quā
vocauit p̄mā p̄cedit ꝯtemplatiuā

**De oratione. Itē ſeptē que p̄cedunt bo**
**num doctorem Capitulū. xlviij.**

Equit̄ videre qualit̄ ꝯtēplatiua p̄ce
dit actiuā in ſcđa ꝑteipſi⁹. ⁊ ſic ꝯtem/
platiua ſtat ī medio int̄ ipas duas p
tes actiue. Dic igit̄ Ber. ſ. xviij. Can̄. Hāc
cauēdū ē. aut dare qđ nob accepim⁹. aut qđ
erogādū accepim⁹. retiere. Rē ꝑfecto xp̄i re
tines tibi ſi (vbi cā) plen⁹ v̓tutibꝫ cū ſis foriſ
q̄ꝫ nihilomin⁹ donis ſcie ⁊ eloq̄ntie adorna
t⁹. metu forte aut ſegnicie aut min⁹ diſcreta
hūilitate v̓bū bonū qđ poſſꝫ ꝓdeſſe multiſ
īutili. imo ⁊ dānabili ligas ſilētio. Certe ma
ledict⁹ ꝙ frum̄ta abſcōdis ī ꝓpliſ. Rurſū qđ
tuū ē ſꝑgis ⁊ ꝑdis ſi p̄uſq̄ꝫ ifundarꝭ tu tot⁹ ſe
miplen⁹ feſtinas effundere ꝯtra legē arās ī

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑmogenito bouis ⁊ ouiſ. ꝑmogenitũ tũdẽs
animã vita atq; ſalute quam alteri das. te
fraudas dũ ſana vacu⁹ intẽtione. glorie in/
anis vẽto inflaris. aut terrene cupiditatis
veneno inficeris ⁊ letali apoſtemate turgẽs
interis. Quobrẽ ſi ſapis conchã te exhibebiſ
⁊ nõ canalẽ. Hic ſiquidẽ pene ſimul recipit ⁊
refundit. illa vero donec impleat expectat. ⁊
ſic quod ſupabũdat ſine ſuo damno cõicat.
ſciẽs maledictũ qui ptẽ ſuã fecit deteriorem
Et infra. Ceterũ tu frater cui⁹ firma ſatis p
pria ſalus nondũ eſt. cui caritas adhuc aut
nulla eſt. aut adeo tenera. aut arundinea. q
oĩm flatui cedat. omi credat ſpiritui. omi cir
cumferat doctrine vẽto. imo cui tãta eſt cha
ritas ⁊ vltra mandatũ q̃dẽ diliges ꝓximũ
tuũ plus q̃ teipm. ⁊ rurſum tantilla vt ↄtra
mandatũ fauore liqueſcat. pauore deficiat.
ꝓturbet triſticia. auaricia cõtrahat. ꝓtraha
tur ſuſpitiõe. ambitionib⁹ inq̃etet. cõuicijs
exagitet. curis euiſceret. honorib⁹ tumeat. li
uore tabeſcat. tu inq̃ in ꝓprijs teipm ſentiẽs
quanã demẽtia queſo aliena curare. aut am/
bis aut acq̃eſcis. Sz audi q̃d cõſulat cauta
vigilq; charitas Nõ vt alijs inquit ſit remiſ
ſio. vobis aũt tribulatõ. ſz ex equalitate No
li nimiũ eſſe iuſt⁹. Sufficit vt diligas ꝓxim
tuũ tanq; teipum. hoc q̃ppe eſt ex equalitate
Imple te ꝓus. ⁊ ſic curato effundere. Beni
na prudẽſq; charitas affluere cõſueuit nõ
effluere. Fili mi ne ꝑeffluas ait Salomon
Et aplus. Propterea inq̃t debem⁹ intende
re his q̃ dicunt ne forte ꝑeffluam⁹. Quid ei.
Tu ne paulo ſanctior. ſapiẽtior ſalomone.
ſed iã audire que ⁊ q̃nta ſaluti ꝓprie ſunt ne/
ceſſaria. q̃ ⁊ quãta infundi oporteat priuſq;
effundere ꝑſumam⁹. accedit medic⁹ ad vul/
neratũ. ſpũs ad animã. Quã eñi nõ reperi/
at gladio diaboli vulneratã. q̃d ei ꝑmo op⁹
eſt. Reuera vt tumor vel vlc⁹ qđ forte ſuper
creuit in vulnere añ oĩa amputet. abſcin/
dat itaq; ferro acuto cõpunctionis vlc⁹ in/
ueterate cõſuetudinis. Sz eſt acerbus do/
lor. Leniat ꝑinde vnguẽto deuotõis. quod
nõ eſt aliud niſi cõcepta de ſpe indulgentie
exultatio. Hãc cõtinendi parit facultas. et
victoria de peccato. Iã gratias agit ⁊ dicit.
Dirupiſti vincula mea. tibi ſacrificabo ho/
ſtiam laudis. Deinde apponit medicamen/
tũ penitẽtie. malagma ieiuniorũ. vigiliarũ
orationũ. ⁊ ſi qua ſunt alia penitentiũ exer/
citia. In labore ciband⁹ eſt cibo boni operꝫ
ne deficiat. Et opus ſit cibus. inde doceris
Me⁹ inquit cib⁹ eſt vt faciã voluntatez pa/
tris mei. Itaq; comitent penitẽtie labores
pietatis opera que cõfortant. Magnã ait
fiduciã preſtat apđ altiſſimũ elemoſyna. Ci
bus ſitim excitat. potand⁹ eſt. Accedat cibo
boni opis. orationis potus cõponẽs i ſtoma
cho cõſcientie quod bñ geſtũ eſt. ⁊ cõmẽdãs
deo. Orando bibit vinũ letificãs cor homi
nis. vinũ ſpirit⁹ quod inebriat ⁊ carnalium
voluptatũ infundit obliuionẽ. humectat i/
teriora arẽtis cõſcientie. eſcas bonoꝝ actu/
um dirigit ⁊ deducit ꝑ quedã anime mẽbra
fidem roborãs. ſpem cõfortans. vegetãs or
dinanſq; charitatẽ ⁊ impinguans mores.

Sumpto cibo potuq;. quid reſtat niſi vt
pauſet egrot⁹ ⁊ quieti cõtemplationis poſt
ſudores actiõis incũbat. Dormiẽs in ↄtem
platione. ſomniat dñm ꝑ ſpeculũ ſiquidẽ in
enigmate. non aũt facie ad faciẽ interim in/
tuetur. Cũ ſic nõ tam ſpectari q̃ cõiectura
ri idq; raptim ⁊ quaſi ſub quodã choruſca/
mine ſcintillule trãſeuntis tenuiter vix attra
ctu inardeſcit amore. ait. Anima mea deſi/
derauit te in nocte. ſed ⁊ ſpirit⁹ meus in pre
cordijs meis. Talis amor zelat. hic decz a/
micũ vel amorem ſponſi Hinc neceſſe eſt q
ardeat fidelis ſeruus ⁊ prudẽs quem cõſti/
tuit domin⁹ ſuper familiã ſuam. hic replet.
hic feruet. hic ebullit. hic iaz ſecur⁹ effundit
exundãs ⁊ erumpẽs ⁊ dicens Quis infir/
matur ⁊ ego nõ infirmor. Quis ſcandaliza
tur ⁊ ego non vror. predicet. fructificet. ino/
uet ſigna ⁊ immutet mirabilia. Non eſt quo
ſe immiſceat vanitas. vbi totũ occupat cha
ritas. Siquidẽ plenitudo legis ⁊ cordis ẽ
charitas. ſi tamen plena. Deus deniq; cha/
ritas eſt. et nihil eſt in rebus quod poſſit re/
plere creaturaz factã ad imaginem dei. niſi
charitas deus qui ſolus maior eſt illa. Eaz
nondũ adeptus periculoſiſſime promouet
quãtũlibet videat alijs pollere virtutibus.
Si habuerit omnẽ ſcientiam. Si dederit
omnẽ ſubſtantiã ſuam pauperib⁹. Si tra/
diderit corpus ſuũ ita vt ardeat abſq; cha/
ritate. vacuus eſt En quanta prius iſun/
denda ſunt vt effundere audeamuſ. Primo
quidẽ compũctio. Secundo deuotio. Ter
tio peniten tie labor. Quarto pietatꝫ opus.
Quinto orõis ſtudiũ. Sexto cõtemplatõiſ
ociũ. Septio pleitudo dilectõnis Hec oĩa
opat vn⁹ atq; idẽ ſpũs ẽm opatõz q̃ infuſio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

appellaṫ. quatinꝰ illa q̃ infuſio dicta eſt pure
⁊ ob h̄ tute iā adminiſtreṫ ad laudē ⁊ gl̄iam
dn̄i noſtri ih̄u xp̄i. Itē. lvij. Can̄. Hec ſiqui
dem ſc̄a ⁊ caſta ꝯtēplatio habet vt mētē quā
diuino igne vehemēter ſuccēderit. tāto iter
dum repleat zelo ⁊ deſiderio acq̄rendi dn̄o
qui eū ſilr̄ diligat. vt ociū ꝯtemplatōis ꝓ ſtu
dio p̄dicatiōis libētiſſime intermittat. Et
rurſum potita votꝭ aliquatenꝰ in hac parte.
tāto ardentiꝰ redeat in idipſum. q̄to ſe fru/
ctuoſiꝰ intermiſiſſe meminerit. Et iterꝫ ſum/
pto ꝯtēplatiōis guſtu valentiꝰ ad ꝯq̄renda
lucra ſolita alacriter recurrat. Ceterū inter
has viciſſitudies plerūqꝫ mēs fluctuat. me
tuēs ⁊ vehemēter eſtuās. ne forte alteri ho/
rū dū ſuis affectiōibꝫ hincinde diſtrahitur.
plꝰ iuſto inhereat. ⁊ ſic ī vtroqꝫ vel modicuꝫ
a diuia deuiet volūtate. ⁊ fortaſſis aliq̄d ta/
le ſanctꝰ iob patiebaṫ cū diceret. Si dormi
ero. dico qn̄ conſurgā. ⁊ rurſum expectabo
veſperā. h̄ eſt. ⁊ quietꝰ neglecti opis ⁊ occu/
patꝰ. ꝑturbate nihilominꝰ q̄etis me arguo.
Uides virꝫ ſanctū inter fructū opis ⁊ ſom/
nū ꝯtemplatiōis grauiṫ eſtuare. ⁊ in bonis
licet ſꝑ verſantē. ſꝑ tn̄ quaſi de malis pniaꝫ
agere. ⁊ dei cū gemitu momētis ſingulis in/
q̄rere volūtatē. Unicū quippe in hmōi ꝑme
diū ſeu refugiū orō eſt. qꝛ freq̄uēs gemitus
ad deū vt q̄d qn̄ ⁊ quatenꝰ nos facere velit
aſſidue nob̄ demonſtrare digneṫ. Hucuſqꝫ
Bern̄. Patet igiṫ ex p̄dictis quō due ſunt
ꝑtes actiue vite. ⁊ quō inṫ eas eſt cōtēplati/
ua. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ⁊ de mō ⁊ ordine ipaꝫ. Re/
ſtat vt de ipis ſingulariṫ inſpiciamꝰ. Sꝫ de
tertio mēbro. i. de ſcd̄a ꝑte actiue. qualiṫ ad
lucrū aīaꝫ ⁊ ad vtilitatē ꝓximi ſit exeūdum.
nō intēdo tractare. qꝛ tuꝰ ſtatꝰ h̄ nō requirit
Sufficit tibi in h̄ totū ſtudiū tuum ponere
vt vicijs emēdata ac virtutibꝫ imbuta ꝑ pri
mam partē actiue. deo tuo vacare poſſis ꝑ
cōtemplationē.

De exercitio actiue vite
Capitulum. xlix.

De ipſa ḡ actiua q̄uis in ꝑte iā habu
eris ⁊ martie in ſmone. xlvj. Cantic.
Tn̄ adhuc alias eiuſdem bernardi
auctoritates adducā vt cautiꝰ vicia fugere.
ac pleniꝰ v̄tutes valeas adipiſci. Dicit itaqꝫ
idē in eiſdē cāticꝭ. Seminate vob̄ ad iuſtici
am. metite ſpem vite. ⁊ tūc diuinū illumīate
vob̄ ait lumē ſcie. Ultimā poſuit ſciam tāqꝫ
picturā q̄ ſtatū h̄re nequeat ſuꝑ inane. ⁊ ideo
illa duo p̄miſit ⁊ ſubiecit illi tāqꝫ ſi ſolidum
aliq̄d picture ſubſterneret. Securꝰ iā inten
dā ſciētie ſi vite p̄us ꝑ bn̄ficiū ſpei ſecurita/
tē accepo. Tu igiṫ ſeminaſti tibi ad iuſticiaꝫ
ſi ex ſc̄a noticia tui euigilaſti timere deum. te
ipſum hūiliaſti. fudiſti lachrymas. elemoſy/
nas ꝑfudiſti. ceteriſqꝫ pietatꝭ actiōibꝫ māci/
paſti. ſi ieiunijs ⁊ vigilijs afflixiſti corpꝰ. ſi pe
ctus tunſiōibꝫ. celos clamoribꝫ fatigaſti. h̄ ſi
quidē ſeminare eſt ad iuſticiā. Semina ſūt
bona oꝑa. bona ſtudia. ſemina lacrime ſunt
Ibāt em̄ inq̄t ⁊ flebāt mittētes ſemina ſua.
Idem in ſmone. ix. Can̄. in ꝑſona ſpōſe lo/
quētis ad ſodales ſpōſi ⁊ petētis oſculum. i.
ꝯtēplatiōis exceſſum ſic dic̄. Si cura eſt ei
vlla de me. Oſculeṫ me oſculo oris ſui. nō ſū
ingrata ſꝫ amo. ⁊ en gr̄a ipiꝰ multis iā annis
caſte ſobrieqꝫ viuere curo. lectioni inſiſto. re
ſiſto vicijs. orōni incūbo. frequēter vigilo ꝯ
temptatiōes. recogito annos meos in ama
ritudine aīe mee. ſine querela me arbitror
q̄tū in me eſt ꝯuerſari inṫ frēs. ſuꝑioribꝫ po
teſtatibꝫ ſubdita ſum ſiue egrediēs ⁊ regre/
diēs ad ipiū ſenioris. Aliena nō cupio. mea
potiꝰ ⁊ me pariṫ dedi. in ſudore vultus mei
comedo panē. Ceterꝫ qd̄ in his oibꝫ eſt totū
ꝯſtat de ꝯſuetudine. de dulcedie nihil. Mā
data forſan vtcūqꝫ adimpleo. ſꝫ aīa mea ſic
terra ſine aqua in illis. Ut igiṫ holocauſtū
meū pigue fiat oſculeṫ me queſo oſculo orꝭ
ſui. Idē. xvij. Can̄. Tu qꝫ ſi donū qd̄ deſuꝑ
accepiſti nob̄ ꝯtubernalibꝫ tuis libēter im/
partiarꝭ. Si te exhibeas vbiqꝫ inṫ nos offi
cioſum. ſi affectuoſum. ſi gr̄ū. ſi tractabileꝫ. ſi
humilē. teſtimoniū habebis ab oibꝫ q̄ fra/
grares ⁊ ipe vnguētis optimis. Omis ī no
bis q̄ fratnas infirmitates tā corporꝫ q̄ aīa
rum nō ſolū patiēter ſupportat. ſꝫ inſuꝑ ſi li
cet ei ⁊ ſi valet iuuat obſeq̄is. ꝯfortat alloq̄/
is. ꝯſilijs informat. Si h̄ nō pōt ꝓpter diſci
plinā. ſolicitet ſaltē orōibꝫ. ſolicitari nō ceſſꝫ
infirmo. Omis inq̄ꝫ q̄ talia opaṫ in nob̄. bo
num omino ſpargit odorē inter frēs. odorē
de vnguētis optimis. balſamū in ore. hmōi
frater in ꝯgregatiōe mōſtraṫ digito. dicunt
de eo omes. Hic eſt fratꝫ amator ⁊ ꝑpl̄i iſrl̄.
hic eſt q̄ multū orat ꝓ populo ⁊ vniuerſa ſā/
cta ciuitate. Idē in ſmone de ſolēnitate pe/
tri ⁊ pauli. Hi ſunt magiſtri. q̄ a mḡro oim
vias vite pleniꝰ didicerūt ⁊ docēt nos vſqꝫ
in hodiernū diē. Quid igiṫ docuerūt vl̄ do
cent nos ſancti apl̄i. Nō piſcatoriā artē. nec

ſcenofactoriā vl' q̄cq̄d hm̄oi eſt. nō platonē legere. nō ariſtotilis ꝟſutias iuerſare. nō ſp diſcere ꝛ nūq̄ȝ ad ꝟitatꝭ ſciam ꝑuenire. Docuerūt me viuere. putas ꝑua res ſit ſcire viuere. Magnū aliq̄d. imo maximū. Nō viuit q̄ ſupbia inflat̄. q̄ luxuria ſordidat̄. q̄ ceteris inficit̄ peſtibꝫ. qm̄ nō eſt h̄ viuere ſ3 vitā confundere ꝛ appropinq̄re vſq̄ȝ ad portas mortis. Bonā aūt vitam ego puto ꝛ mala pati ꝛ bona facere. ꝛ ſic ꝑſeuerare vſq̄ȝ ad mortem. Dr̄ vulgo. Qui bn̄ ſe paſcit bn̄ viuit. ſ3 mētita eſt iniq̄tas ſibi qm̄ nō bn̄ viuit niſi q̄ bonum facit. Arbitror aūt ꝙ tu q̄ in ꝯgregatiōe es bn̄ viuis. ſi viuis ordinalit̄ ſocialit̄ humiliter. Ordinaliter tibi. ſocialiter aliis. humiliter deo. Ordinalit̄ vt in ꝯuerſatiōe tua ſolicitus ſis obſeruare vias tuas in cōſpectu dn̄i ꝛ in ꝯſpectu ꝓximi. cauēs ꝛ tibi a pctō. ꝛ illi a ſcādalo. Socialit̄ vt ſtudeas amari ꝛ amare. ꝛ blandū te ꝛ affabilē exhibere. ſupportare nō ſolū patiēter ſ3 ꝛ libēter infirmitates fratꝝ tuoꝝ tā moꝝ q̄ȝ corpoꝝ. Humiliter vt cū hec oīa feceris. ſpūm vanitatꝭ ſtudeas exufflare. q̄ ex hm̄oi naſci ſolet. ꝛ q̄ȝtūcunq̄ȝ illū ſenſeris. nega oīno ꝯſenſum. Sic ꝛ in patiēdo malū. qm̄ triplex eſt. triplicē oportꝫ adhibere ꝓuidētiā. Eſt em̄ qđ a te pateris. qđ a ꝓximo. qđ a deo. Primū eſt auſteritas pnīe. Scdm̄ vexatio aliene malicie. Tertiū flagellū correptiōis diuie. In eo qđ a te pateris debes volūtarie ſacrificare. qđ a ꝓxio patiēter ferre. qđ a deo ſine murmuratione ꝛ cū gratiaꝝ actiōe ſuſtinere. Hucuſq̄ȝ Bern̄. Et hec de exercitio ꝓme ꝑtis actiue ſufficiant ad p̄ſens.

## De exercitio vite contemplatiue Capitulū. l.

Sequit̄ vt de ꝯtēplatiua videam⁹. d̄ qua ſic dicit̄ Ber. lij. Can̄. ꝓpterea dulciſſim⁹ ſpōſus leuā ſuā capiti ſponſe ſuppoſuit q̄ten⁹ in ſinu ſuo eā q̄ſcere facerꝫ ꝛ dormire. Et nūc cuſtos illi⁹ dignatiſſime ꝛ beniuolētiſſime vigilat ſup eā. ne adoleſcētulaꝝ crebris minutiſq̄ȝ neceſſitatibꝫ inq̄etata vigilare cogat̄. Nō me capio p̄ leticia ꝙ illa maieſtas tā familiari dulciq̄ȝ ꝯſortio nr̄e ſeſe inclinare infirmitati mīme dedignat̄. ꝛ ſupna deitas aīe exulātis inire ꝯnubia non deſpicit. Si ſic i celo eſſe nō ambigo vt lego in terra. ſentit p certo aīa qđ cōtinet pagina niſi ꝙ nō ſufficit oīno iſta exꝓmere q̄ȝtuȝ capere illa tūc poterit. ſ3 nec q̄ȝtū iā pt. q̄d putas illic accipiet q̄ hic tāta familiaritate donatur vel dotat̄ vt dei brachiis amplecti ſe ſentiat ꝛ dei ſinu foueri. dei cura. cuſtodia ꝛ ſtudio cuſtodiri. ne dormiēs forte a quopiā donec vltro euigilet excitet̄. Nō eſt autē iſ ſpōſe ſomn⁹ dormitio corꝑis. Magis autē iſtiuſmodi vital' vigilq̄ȝ ſopor. ſenſum interiorē illumiat. ꝛ morte ꝓpulſata vitā tribuit ſempiternā. Reuera em̄ dormitio ē. q̄ tn̄ ſenſum nō ſopiat ſ3 abducat. Eſt ꝛ mors qđ n̄ dubi⁹ dixerim. qm̄ apl's q̄ſdā adhuc i carne viuētes. cōmēdando ſic loquit̄. Mortui eī eſtis ꝛ vita vr̄a abſcondita eſt cū xp̄o in deo. Proinde ꝛ ego nō abſurde ſpōſe extaſim vocauerim mortē. q̄ tn̄ non vita ſ3 vite eripiat̄ laqueis vt poſſit dicere Aīa nr̄a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venātiū. Inter medios nāq̄ȝ laq̄os in hac vita incedit̄ q̄ vtiq̄ȝ totiēs nō timet̄. quotiēs ſctā aliq̄ ꝛ vehemēti cogitatiōe aīa a ſemetiꝑa abripit̄. ſi tn̄ euſq̄ȝ mēte ſecedet vt auolet ꝛ hūc cōmunē trāſcēdat vſum ꝛ ꝯſuetudinē cogitādi. Etenī fruſtra iacit̄ rethe añ oculos pēnatoꝝ. Quid eī formidet̄ luxuria vbi nec vita ſentit̄. Excedēte q̄ppe aīa. ꝛ ſi nō vita. certe vite ſenſu. neceſſe etiā eſt vt nec vite tēptatio ſentiat̄. Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe ꝛ volabo ꝛ requieſcam. Utinā hac morte ego frequent̄ cadaꝫ vt euadā laq̄os mortis. vt nō ſentiā vite luxuriātis mortifera blādimēta vl' obſtupeſcā ad ſenſum libidis. ad eſtū auaricie. ad iracūdie ꝛ impatiētie ſtimulos. ad angores ſolicitudinū ꝛ moleſtias curaꝝ. Moriat̄ anima mea morte iuſtoꝝ. vt nulla illaq̄et iniuſticia. nulla oblectet iniq̄tas. Bona mors q̄ vitā nō aufert ſ3 trāſfert i meli⁹. Bona q̄ nō corpus cadit. ſ3 aīa ſubleuat̄. veꝝ hec hoim̄ eſt ſ3 aīa mea moriat̄ morte etiā ſi dici pt angeloꝝ vt p̄ſētiū memoriā excedēs. reꝝ ſe inferiorū corporeaꝝq̄ȝ nō mō cupiditatibꝫ ſ3 ꝛ ſilitudinibꝫ exuat. ſitq̄ȝ ei pura cū illis ꝯuerſatio cū q̄bꝫ eſt puritatꝭ ſilitudo. tal' vt oppinor exceſſus aut tm̄ aut maxie ꝯtēplatio dr̄. Rerū etenī cupiditatibꝫ viuēdo nō teneri hūane virtutꝭ eſt. corpoꝝ vo ſilitudinibꝫ ſpeculādo nō inuolui angelice puritatis eſt. vtrūq̄ȝ tn̄ diuini munerꝭ eſt. vtrūq̄ȝ excedere. vtꝝq̄ȝ temetipm̄ trāſcēdere eſt. ſ3 lōge vnū. alterū nō lōge. Beat⁹ q̄ dicere pt. Ecce elōgaui fugiēs ꝛ māſi i ſolitudine. Nō fuit ꝯtēt⁹ exire niſi ꝛ lōge ſe faceret vt poſſet q̄eſcere. trāſiliſti carnis oblectamēta vt mīme iā obedias



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯcupiſcētijs ei⁹. nec tenearis illecebris ꝓficiē
do ſepaſti te. ſ3 nondū elōgaſti niſi ⁊ irruen/
tia vndiqꝫ fantaſmata corporeaꝝ ſilitudi/
nū trāſuolare mētis puritate p̄ualeas. Huc
uſqꝫ noli tibi ꝑmittere requiē. erras ſi citra
inuenire te exiſtimas locū q̄etis. ſecretū ſoli/
tudinis. lumis ſerenū. habitaculū pacis. ſ3
da mihi q̄ illuc venerit ⁊ incūctant̄ fateor q̄
eſcentē q̄ merito dicit. Cōuertere aīa mea i
requiē tuā. q2 dn̄s bn̄ fecit tibi. Atqꝫ hic ꝟe i
ſolitudine loc⁹ ⁊ in lumie habitatio. Puto ḡ
in ſolitudine hāc exiſſe ſpōſam ibiqꝫ p̄ ame/
nitate loci int̄ amplex⁹ ſpōſi ſuauiter obdor
miſſe. i. ſpū exceſſiſſe. qn̄ ꝓhibite ſunt adole/
ſcētule expgefacere illā q̄ad ipa voluerit At
illō qualit̄. Nō ſimpl'r neqꝫ leui vt aſſolet cō
monitiōe ꝓhibite ſūt. ſ3 omio noua ⁊ inſue/
ta ꝯteſtatōe p capreas ceruoſqꝫ camporum
Quo q̄dē genere feraꝝ videnť mihi ſatis cō
gruenť expſſe ſctē aīe exute corpib⁹ ſimul et
q̄ cū deo ſunt angeli. nimiꝝ ꝓpt̄ acumen vi/
ſus ⁊ ſalt⁹ celeritatē. Vtrūqꝫ h̄ ſiquidē vtriſ/
qꝫ ſpiritib⁹ ꝯuenire cognoſcim⁹. Nā facile ⁊
petūt ſūma ⁊ itima penetrāt. Quoꝝ q̄3 i cā/
pis deſignata ꝯuerſatio euidenť liberos at
qꝫ expeditos ſigt̄ i ꝯtemplatione diſcurſus.
Quid ſibi vult igitur adiuratio ferā p iſtos
Profecto ne inq̄ete adoleſcētule audeant le
ui ex cā euocare dilectā a tā reuerēdo colle/
gio. cui abſqꝫ dubio totiēs admiſceť. q̄tiens
ꝯtēplādo excedit. Pulcre itaqꝫ hoꝝ aucto/
ritate terrenť. a q̄ꝝ ſocietate ꝯſtat euelli illā.
ipaꝝ iportunitate. Ponit̄ ſane in voluntate
ipi⁹ ⁊ vacare ſibi. ⁊ cure illaꝝ intendere. ꝓut
oportere iudicauerit. cū vetať excitari ab ill'
q̄uſqꝫ ipa velit. Nouit ſpōſus q̄ꝫta flagret di
lectiōe erga ꝓximos ſpōſa. ⁊ ſatis ꝓpria chari/
tate ſolicitari mr̄em de ꝓfectib⁹ filiaꝝ. nec ſe
vllo pacto ill' ſubtracturā ſeu denegaturaꝫ.
q̄ꝫtū ⁊ q̄tiēs op⁹ fuerit. ꝓptereaqꝫ ſecureqꝫ di
ſcretioni ei⁹ credendā cēſuit hāc diſpēſatōꝫ
Huculqꝫ Bern̄.

De trib⁹ generib⁹ contemplationis.
Capitulū. lj.

S Cire aūt debes ꝯtēplatiōis tria eſſe
genera. duo p̄ncipalia ꝓpter ꝓfectos.
tertiū addit̄ ꝓ impfectis. Duoꝝ ꝓfectō
rū ſūt ꝯtēplatio maieſtatis dei. ⁊ ꝯtēplatio ce/
leſtis curie. Tertiū ꝓ incipiētib⁹ ⁊ ipfectis ē cō
tēplatio hūanitatis xp̄i quā in h̄ libello tibi
deſcribo. Et iō ab hac tibi incipiendū eſt ſi
vis aſcēdere ad maiora, alias n̄ tā aſcēdere

qꝫ ruere poſſes. Vide igit̄ q̄ꝫ neceſſaria ſit ti
bi h⁹ libelli doctria. Nunqꝫ enī ad ſublimia
dei mēte eleuare te poſſe ꝯfidas niſi i hac te
diligenť ⁊ lōgo tp̄e exerceas. Sup hac autē
materia d̄r ſic Ber. lxij. Can̄. Duo liq̄t cōte/
platiōis genera eſſe. Vnū de ſtatu ⁊ felicita
te ⁊ gl'ia ciuitatis ſupne. q̄ vel actu vl' ocio in/
gens illa celeſtiū ciuiū occupata ſit multitu
do. Alteꝝ de regis ipi⁹ maieſtate. eternitate. ⁊
diuitate. Illa i materia eſca i petra. ſ3 h̄ qn/
to difficili⁹ cauať. tāto ſuaui⁹ qd̄ inde cruis
ſapit. ⁊ paulo p⁹. Sz q2 nō ex oi ſe interim p
te adhuc ad petrā pforandā accedere eccl'ia
pōt. neqꝫ oīm eſt q̄ in eccl'ia ſūt ſacra diuine
volūtatis inſpicere aut apprehēdere p ſemet/
ipos ꝓfunda dei. iō nō ſolū in foramib⁹ pe/
tre ſ3 etiā in cauernis macerie habitare oñ/
dit̄. Ergo i pfectis q̄dē q̄ rimari ⁊ penetrare
archana ſapie ⁊ puritate ꝯſcie audēt ⁊ intel
ligētie acumie pn̄t. habitāt i foramibus pe
tre. de reliq̄ in cauerna macerie. vt q̄ i petra
fodere p ſemetipos. aut nō ſufficiūt. aut nō
p̄ſumūt. in maceria fodiāt ꝯtēti ⁊ gl'iam ſan
ctoꝝ mēte intueri. Si cui nec h̄ q̄dē poſſibi
le ſit. huic ſane p̄pone ih̄m ⁊ hūc crucifixuꝫ.
vt ⁊ ipe abſqꝫ ſuo labore habitet i foramini
b⁹ petre in q̄b⁹ nō laborauit. Iudei i his la/
borauerūt ⁊ ipe i labores infideliū itroibit
vt ſit fidel'. Nec verēdū q̄ patiať repulſam q̄
⁊ vocať vt intret. Ingredere inq̄t in petraꝫ
abſcōdere foſſa humo a facie timoris dn̄i et
a gl'ia maieſtatis ei⁹. Infirme adhuc ⁊ inertī
aīe foſſa oñdit̄ hum⁹. vbi lateat donec ꝯua
leſcat ⁊ ꝓficiat vt poſſit ⁊ ipa p ſe cauare ſibi
foramia in petra p q̄ intret ad interiora ꝟbi
aī vtiqꝫ vigore ⁊ puritate Et ſi intrauerim⁹
foſſam humū illā q̄ ait. foderūt man⁹ meas
⁊ pedes meos. nō erit ambigēdū de ſanita/
te aīe vulnerate q̄ in ea demorabit̄. Quid ei
eſt tā efficax ad curādū ꝯſcie vulnera necnō
ad purgādū mētis aciē q̄ꝫ xp̄i vulneꝝ ſedu/
la meditatio. Veꝝ donec purgata ⁊ ſana fu
erit. nō videbo q̄lit̄ illi aptari poſſit qd̄ dicit̄
Oñde mihi faciē tuā. ſonet vox tua i auri/
b⁹ meis. Quō deniqꝫ faciē ſuā oñdere audꝫ
vl' leuare vocē cui ⁊ latere indicit̄. Abſcōde/
re inq̄t foſſa humo. Quare. q2 nō eſt pulcra
facie nec digna vt videať. nō erit digna vide
ri q̄ꝫdiu nō erit idonea videre. cū aūt p iha/
bitatiōꝫ foſſe humi i ſanādo oculo interiori
tm̄ ꝓfecerit vt reuelata facie ſpeculari gl'iaꝫ
dei ⁊ ipa poſſit. tūc demū q̄ videbit fiducia/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

licet iã loquit̃ voce ꝛ facie placens. Placeat
neceſſe ē facies q̃ in dei claritate intẽdere pt
neq3 em̃ illud poſſet niſi clara q̃3 ipa eſſet et
pura. vtiq3 trãſformata i eandẽ quã ꝯſpicit
claritatꝫ imaginẽ. alioq̃n ipa diſſilitudie re/
ſiliret inſolito reuerberata fulgore. ſ̃ cũ pu/
ra purã intueri poterit ꝟitatẽ. tũc faciẽ ſpon
ſus videre cupiet ꝛ vocem audire. Hucuſq3
Bern̄. Uides q̃3 neceſſaria ſit tibi vite chri/
ſti meditatio. nã vt ex auctãte patꝫ. niſi in ea
depureꝛꝫ nũq3 ad ſublimia dei aſcẽdere po/
teꝛꝫ. Uñ vigilant̃ ꝛ indeſinent̃ exerceꝛꝫ i ea.
Uidiſti etiã quõ tria ſũt genera ꝯtẽplatiõis
ſ3 hũanitatꝫ xpi. celeſtꝫ curie. ac maieſtatꝫ di
uine. Scire aũt debes ꝙ in q̃libet haꝝ duo
ſunt mẽtis exceſſus. intellectual' ꝛ affectual'
De q̃bꝰ ſic dic̃ Bern̄. ſ. xlix. Cañ. Cu3 duo
ſint btẽ ꝯtẽplatõis exceſſꝰ. i intellectu vnꝰ. ꝛ
alter in affectu. vnꝰ in lumie. ꝛ alter in feruo
re. vnꝰ in agnitiõe. alter in deuotiõe. Piꝰ ſa/
ne affectꝰ ꝛ pectꝰ amore calẽs. ꝛ ſancte deuo
tionis infuſio etiã ꝛ vehemẽs ſpũs repletꝰ
zelo. nõ plane aliũ de q̃3 ex cella vinaria ſ̃poꝛ
tant̃. Hucuſq3 Bern̄. ꝛ i aliis ꝛ in iſto

## De ꝯtemplatione humanitatis xpi
## Caplm̄. liij.

DIcit ſ̃ circa h̃ p̄mũ in ſ̃mõe tertio d̃
aſcẽſione. ſ̃mo incipit. Hodie celo/
rũ dñs. Duo ſunt q̃ in nob purgan
da ſunt. ſ. intellectꝰ ꝛ affectꝰ. intellectꝰ vt no/
uerit. affectꝰ vt velit. Intellectꝰ dico tũc dep
mit̃ cũ multa cogitat. cũ non colligit ſe circa
vnã ꝛ vnicã meditatiõ3 q̃ ꝯcipit̃ de ciuitate
illa cuiꝰ ꝑticipatio eiꝰ in idipm̄. Affectiones
ſ̃o q̃ corpe corrupto diuerſiſ paſſiõibꝰ affici
unt̃. mitigari nũq3 pñt. ne dicã ſanari donec
volũtas vnũ querat ꝛ tẽdat ad vnũ. ſ3 xps i
tellectũ illumiat. xps affectũ purgat. Uenit
em̃ filꝰ dei ꝛ tot ꝛ tãta mirabilia i mũdo ope
ratꝰ eſt vt nõ imerito intellectũ noſtꝝ ab om
nibꝰ mũdanis rebꝰ euocauerit vt ſꝑ cogite/
mus ꝛ nũq3 cogitare ſufficiamꝰ. q2 mirabi/
lia fec̃. Uere latiſſime nob ad ſpaciandũ in
telligẽtie cãpos dereliq̃t. ꝛ torrẽs iſtaꝝ cogi
tationũ ꝓfundiſſimꝰ eſt. Quis em̃ cogitare
ſufficiat q̃liter rex deꝰ ꝓuenerit nos. venerit
ad nos. ſubuenerit nob. ꝛ ſingularis maie/
ſtas voluit mori vt viueremꝰ. ſ̃uire vt regna
remꝰ. exulare vt repatriaremꝰ ꝛ vſq3 ad ſ̃ui/
liſſima opa inclinari. vt cõſtitueret nos ſup
oia ſua. Uñ nob in his ſ̃itas. vñ charitas i
h̃ ſeculo neq3. in h̃ mũdo q̃ poſitꝰ eſt in mali

ſ̃no putas erit. Qui intellectũ illumiet. qui
inflãmet affectũ erit ſi ꝯuertamur ad xpum
vt velamẽ de cordibꝰ auferat̃. Idẽ ſermone
xliij. Cañ. Faſciculꝰ mirre dilectꝰ meꝰ mihi
int̃ vbera mea ꝯmorabit̃. Et ego fratres ab
ineũte mea ꝯuerſatõe ꝓ aceruo meritoꝝ q̃
mihi deeſſe ſciebã. hũc mihi faſciculũ colli/
gare ꝛ int̃ vbera mea collocare curaui. colle
ctũ ex om̃ibꝰ anxietatibꝰ ꝛ amaritudinibus
dei mei. Primũ videlic3 infantiliũ illaꝝ ne/
ceſſitatũ. deinde laboꝝ q̃s ꝑtulit in p̄dican/
do. fatigationũ in diſcurrẽdo. vigiliaꝝ i orã
do. tẽptationũ in ieiunãdo. lachrymaꝝ i cõ/
patiẽdo. inſidiaꝝ i colloq̃ndo. poſtremo pe
riculoꝝ in falſis fratribꝰ. ꝯuicioꝝ. ſputoꝝ3
clauoꝝ. hoꝝq3 ſimiliũ. q̃ in ſalutẽ nr̃i generꝫ
ſilua euãgelica copioſiſſime noſcit̃ ꝑtuliſſe.
Hec meditari dixi ſapiã3. in his iuſticie mi
hi ꝑfectiõ3 ꝯſtitui. in his plenitudinẽ ſciẽtie
in his diuitias ſalutꝫ. in his copias merito
rum. ex his mihi interdũ potꝰ ſalutarꝫ ama
ritudinis. ex his rurſum ſuauis vnctio ꝯſo
latiõis. Hec me erigũt in aduerſis. in ꝓſpe/
ris repmunt. ꝛ inter leta triſtiaq3 vite p̄ñtis
via regia incedẽti. tutũ p̄bent vtrobiq3 du/
catũ. hincinde mala imminẽtia ꝓpulſando.
hec mihi mũdi iudicẽ cõciliauit. dũ tremen
dũ poteſtatibꝰ mitẽ humilẽq3 figurãt. dũ nõ
ſolũ placabilẽ ſ3 amicabilẽ repñtant eũ q̃ in
acceſſibil' eſt p̄ncipibꝰ. terribilis apud regeſ
terre. Propterea h̃ mihi in ore frequẽter ſic̃
vos ſcitꝫ. h̃ in corde ſꝑ ſint deꝰ ſcit. hec ſtilo
meo admodũ familiaria ſic̃ apparet. h̃ mea
ſubtilioꝛ interioꝛq3 phia. ſcire ihm̄ ꝛ hũc cru
cifixũ. Hucuſq3 Bern̄. Et h̃ de ꝯtemplatõe
humanitatꝫ ſufficiãt q2 totũ hũc libꝝ de ipa
habes. Scire tñ debes ꝙ hãc ꝯtẽplatiõem
nõ oportet ꝙ p̄cedat vita actiua q2 de rebuſ
corpalibꝰ eſt. ſ. de actiõibꝰ xpi ſ̃m hũanitatẽ
vñ tãq3 facilioꝛ nõ tm̃ ꝑfectioribꝰ ſ3 etiã ru/
dibꝰ ꝓponit̃ intuẽda. tũ q2 in ea ſic̃ in actiuaꝛ
a viciis purgamur ꝛ ꝟtutibꝰ imbuimur. vñ
hec cũ actiua ꝯcurrit. Cum igit̃ d̃r ꝙ actiua
debet p̄cedere ꝯtẽplatiuã. veꝝ eſt i aliis ſub
limioribꝰ ſuis generibꝰ. ſ. celeſtis curie ꝛ ma
ieſtatis dei. q̃ tm̃ ꝑfectis reſeruant̃. ꝛ iõ iſta
de humanitate xpi rectꝰ ꝛ ꝓpriꝰ meditatõ q̃3
ꝯtemplatio noiari d3. De p̄dictꝫ aũt duabꝰ
etiã ꝑ auctãtes Bern̄. videamꝰ.

## De ꝯtẽplatõe celeſtꝫ curie Cap̄. liiij.

DIcit ſ̃ de celeſti curia ꝯtẽplãda hoc
mõ. lxij. ſ̃mo. Cañ. Licebit vnicuiq3



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſtꝝ in hoc tpe mortalitatis. nūc quidē pa
triarchas reuiſere. nūc ꝓo ſalutare ꝓphetas
nūc ſenatui immiſceri apl'oꝝ. nūc martyrū
inſeri choris. ſꝫ ⁊ beatoꝝ ꝟtutū ſtat⁹ ⁊ māſio
nes a minimo angl'o vſqꝫ ad cherubin et ſe/
raphin tota mētis alacritate ꝑcurrendo lu/
ſtrare ꝑut quēqꝫ ſua deuotio feret apud q̄s
magꝭ afficit immittēte ſibi ſpū ꝑut vult. ſi ſte
terit ⁊ pulſauerit ꝯfeſtim aperiet ei. Idē. xl.
ſmone de aſcēſione dñi. Felix meditatio in
ꝯſpectu dñi eſt ſꝑ. q̄ in corde ſuo delectatōes
dextere dñi vſqꝫ in finē ſedula cogitatōe re/
uoluit. Quid illi graue poterit videri q̄ ſem
per tractat mēte q̄ nō ſint ꝯdigne paſſiōes
hui⁹ tpis ad futurā gl'iam. Quid ꝯcupiſce/
re poterit in h̄ ſeculo neqꝫ. cui⁹ ocul⁹ ſemꝑ vi
det bona dñi in terra viuētiū. ſꝑ videt etn̄a
premia. Quis mihi tribuat vt oēs ſurgē/
tes ſtetis in excelſo ⁊ videatis exaltatōem q̄
ventura ē nobis a dño. Quid eñ tā bonū
eſt. imo. q̄d aliud bonū videtꝫ in bonis ani
mā ꝯmorari. q̄n q̄dē adhuc corp⁹ nō poteſt.
Quis eñ ex vob ſecū cogitās futurā illā vi
tam ſꝫ leticiā. ſꝫ iocunditatē. ſꝫ beatitudinē
ſꝫ gloriā filioꝝ dei Quis inqꝫ talia tranq̄lla
ſecū ꝯſciētia voluēs. nō ꝯtinuo de plenitudi
ne intime ſuauitatꝭ eructat. dñe bonū eſt h̄
nos eſſe. Nō ſane in hac erūnoſa ꝑegrinatō
ne vbi corpe detinemur. ſꝫ i ſuaui ac ſalubri
illa cogitatōe in q̄ corde verſat. Quis dabit
mihi pēnas ſicut colūbe ⁊ volabo ⁊ req̄eſcā
Obſecro vos frēs mei nō grauent corda ve
ſtra i cogitatiōibꝫ ſecularibꝫ. Exonerate ob
ſecro corda vr̄a graui mole terrenaꝝ cogita
tionū. Formate i cordibꝫ vr̄is iā nō mō pa/
triarchaꝝ ⁊ ꝓphaꝝ tabernacula ſꝫ oēs do
mos illi⁹ curie celeſtis ⁊ multiplices māſio/
nes ſm eū q̄ circuibat imolās i tabernacu/
lo dñi hoſtiā vociferatiōis ⁊ pſalmū illū di/
cens dño. Q̄ dilecta tabernacula tua dñe v̄
tutū. ꝯcu. ⁊ de. aīa mea i atria dñi. Circuite
⁊ vos frēs cū pietatꝭ ⁊ deuotiōis hoſtia. viſi
tātes aīo ſedes ſupnas. ⁊ multas q̄ in domo
pr̄is ſunt māſiones. humilit ꝓſternētes cor
da vr̄a añ thronū dī ⁊ agni cū reuerētia. ſup
plicātes ſingul' ordinibꝫ angl'oꝝ ꝑtriarchaꝝ
numeꝝ. cuneos ꝓphaꝝ. ſenatū apl'oꝝ ſalutā
tes. cōſpiciētes coronas martyꝝ purpureis
rutilātes floribꝫ. redolētes liliis. choros ꝟ/
ginū admirātes atqꝫ ad mellifluū noui cāti
ci ſonū q̄tū ꝓualet infirmitas cordis erigē
tes auditū. Hec recordat⁹ ſum. ꝓpha loquit

⁊ effudi in me aīam meā. q̄m trāſibo i locū
tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domū dei
Hucuſqꝫ Bern̄. Et hec de celeſtis pr̄ie con
templatōe ſufficiāt.

De ꝯtemplatiōe maieſtatis dei. Itē q̄t/
tuor ſunt genera ꝯtemplationis.

Capitulū. liiij.

V Eniam⁹ aūt ad ſublimiorē ad quā
credo paucos attingere. videlicꝫ ad
ꝯtemplatōē dñi. Recreamur tn̄ q̄
dicit Bern̄. vt ab eo aliqualit introducti tē
ptem⁹ ſi q̄n dñs dignet aliq̄d gratū inde ꝑ/
cipe. Dicit ḡ ſmone Can̄. xli. q̄ incipit. collū
tuū. loq̄ns de ſodalibꝫ ſpōſi. i. angel' dicēti/
bus. murenulas aureas faciem⁹ tibi. vermi
culatas argēto. Auꝝ diuinitatꝭ eſt fulgor. ar
gentū ſapie q̄ deſurſum eſt. Hoc auro fulgē
tia quedā q̄ſi varietatꝭ ſignacula ſpōdent ſe
figuraturos hi q̄bꝫ id miniſteriū ē ſupni au/
rifices atqꝫ iternis aī auribꝫ inſerturos. q̄d
ego nō puto eſſe aliud q̄ꝫ texere quaſdā ſpi/
ritales ſilitudines. ⁊ i ipis puriſſima diuine
ſapie ſenſata. aīe ꝯtēplātis ꝯſpectibꝫ iporta/
re vt videat ſaltē ꝑ ſpeculū in enigmate q̄d
nondū facie ad faciē valet vllaten⁹ intueri.
Diuina ſunt ⁊ niſi expertis ꝓrſus incognita q̄
effamur quō videlicꝫ in h̄ mortali corpe ſiti
adhuc hn̄te ſtatū ⁊ necdū ꝓpalata ꝑſpicui ſb
ſtātia lumis interni. pure interdū ꝯtēplatio
ꝟitatis ptes ſuas agere intra nos vel ex pte
ꝑſumit. ita vt liceat vſurpare alicui noſtrū.
cui hoc datū deſuꝑ fuerit illud apl'i. Nūc co
gnoſco ex pte. Itē ex pte cognoſcim⁹ ⁊ ex ꝑ/
te ꝓphetam⁹. cū aūt diuinit⁹ aliq̄d raptim. et
veluti in velocitatē choruſci lumis interlu/
xerit mēti. ſpū excedēte. ſiue ad tempamētū
nimiꝫ ſplēdorꝭ. ſiue ad doctrine vſum conti
nuo neſcio vn̄ aſſunt imaginatorie q̄dā reꝝ
inferioꝝ ſilitudines. infuſis diuinit⁹ ſenſibꝫ
accōmodate. q̄bꝫ q̄dammō adumbrat⁹ pu/
riſſim⁹ ille ac ſplēdidiſſim⁹ veritatꝭ radi⁹. et
ipi aīe tolerabilior fiat. ⁊ q̄bꝫ cōicare illū vo/
luerit capabilior. Exiſtimo tn̄ ipas formari
in vob ſctōꝝ ſuggeſtiōibꝫ angl'oꝝ. ſic ecōtra
rio ꝯtrarias ⁊ malas ingeri imiſſiōes ꝑ an/
gelos malos dubiū nō eſt. Idē. lxij. Can̄. ſ.
q̄ incipit Colūba mea. Felix mens q̄ ſibi in
hac maceria frequēter cauare ſtuduit. ſꝫ q̄ i
petra felicior. Licet q̄dē cauare ⁊ i petra. ſed
ad hoc puriore mētis acie op⁹ ē ⁊ vehemēti
ori oīno intētione. etiā ⁊ meritꝭ potioribus
ſanctitatis. Et ad hoc q̄s idone⁹. Nēpe ille

qui dixit. In ꝓncipio erat ṽbū ⁊ ṽbum erat
apud deū ⁊ deꝰ erat ṽbū. Nōne tibi videtur
ipſis ſe ṽbi penetralibꝫ imerſiſſe. ⁊ de abdi/
tis pectoꝝ q̄ndam eiꝰ intime ſapiē ſacroſā/
ctā eruiſſe medullā. Sȝ in petra q̄ꝫto diffi/
ciliꝰ cauat̄. tāto ſuauius qd̄ inde eruis ſapit.
Nec verearis illud qd̄ ſcriptura minat̄ ſcru/
tatoribꝫ maieſtatis. tm̄ affer puꝝ ⁊ ſimplicem
oculū. nō opprimeris a glīa ſȝ admitteris niſi
nō dei ſȝ tuā q̄ſieris glīam. Alioq̄n ſua q̄ſq̄ꝫ
opprimit̄. nō dei glīa dum ꝓcliuiꝰ in iſta ad
illā leuare ceruicē nō cernit̄. Nimiꝝ gui cu/
piditate hac excuſſa ſecure fodeamꝰ in petra
in q̄ theſauri abſcōditi ſapiē ⁊ ſciē ſunt. Sȝ
ſi adhuc dubitas. audi ipam petrā. Qui ope
rant̄ in me nō peccabunt. Quis mihi dabit
pēnas ſic colūbe ⁊ volabo ⁊ req̄eſcā. Ibi iue
nit requiē māſuetꝰ ⁊ ſimplex vbi doloſus op
primit̄ ⁊ elatꝰ ⁊ cupidꝰ inanis glīe. nō oppri
mit̄ q̄ nō ſcrutator eſt maieſtatis ſȝ volūtatis
Nā qd̄ maieſtati attinet interdū quidē et in
ipam intēdere audet. ſȝ q̄ſi admirās nō qua
ſi ſcrutās. ſȝ ſi q̄n̄ ꝑ exceſſum rapi in illā con
tingat. digitꝰ dn̄i ē iſte. dignāter leuās homi
nē. nō hoīs temeritas inſolēter dei alta per/
ſuadēs. Cū ḡ apl̄s raptū ſe memoret vt au/
ſum excuſet. q̄ſnā alter p̄ſumat mortaliū hu
ic ſe diuine maieſtatis horrēdo ſcrutinio pro
prijs intrare conatibꝫ. ⁊ iportunꝰ ꝯtēplator
pauēda irrūpe in archana. Scrutatores ꝑ
inde maieſtatis tāq̄ꝫ irruptores dici reor. n̄
q̄ rapiunt̄ in eā. ſȝ q̄ irruūt. Ipi itaq̄ꝫ oppri/
munt̄ a glīa. ḡ formiduloſa ſcrutatio maie/
ſtatis. At volūtatis tā tuta q̄ꝫ pia q̄d niſi tota
diligētia ſcrutādo inſtē ſacramēto glīe volū
tatis cui mihi pendū ꝑ oīa ſcio. Suauis
glīa que nō aliūde q̄ꝫ de ipiꝰ ſuauitatis ꝯtem
platiōe ꝓcedit q̄ꝫ de diuitiaꝝ bonitate infini
te miſeratiōis intuitu. Deniq̄ꝫ vidimꝰ glīam
hāc q̄ſi vnigeniti a p̄re. totū nēpe benignuȝ
⁊ vere paternū qd̄ apparuit glīe in hac parte
Nō me opprimet glīa iſta. totis licet viribus
intēdentē in ſe. ego potiꝰ imꝓmar illi. Eteni
reuelata facie ſpeculātes in eandē imaginē
trāſformamur cū ꝯfirmamur. Abſit autē vt
in glīa maieſtatis ⁊ nō magis in volūtatis mo
deſtia dei ab hoīe ꝯformitas p̄ſumat̄. Glīa
mea h̄ eſt ſi vnq̄ꝫ de me audiero. Inueni ho
minē ſm̄ cor meum. cor ſpōſi. cor patris ſui
ipm̄ qualē. Eſtote ait miſericordes ſic p̄r v̄r
q̄ in celis eſt miſericors eſt. Hec forma quā
videre deſiderat cū ecclīa dic. Oſtēde mihi
faciē tuā. forma pietatis eſt ⁊ māſuetudinis.
Hāc cū oīmi fiducia leuat ad petrā cui ſimilt̄
eſt. Accedite inq̄t ad eū ⁊ illuminamī. ⁊ faci/
es veſtre nō ꝯfundent̄. Quo pacto humilis
ab humili ꝯfundet̄. a pio ſancta. a manſueto
modeſta. Non plane abhorrebit a puritate
petre pura facies ſpōſe. nō magis q̄ꝫ a ṽtute
ṽtus. a lumīe lumē. Idē ſuꝑ h̄ euāgelio In
trauit Ihs in q̄dā caſtellū ⁊c̄. Due iſte ſo/
rores duas vitas amatoris pauꝑtatis ſignt.
Quidā cū martha ſoliciti dn̄o ihū duo pul
mēta ꝑparāt. ſ. correctiōȝ opis cū ſalſamēto
ꝯtritiōis. ⁊ opꝰ pietatis cū ꝯdimēto deuotio/
nis. Alii ṽo q̄ cū maria ſoli deo vacāt ꝯſiderā
tes q̄d ſit deꝰ in mūdo. q̄d in hoībꝫ. q̄d in an
gelis. q̄d in ſeipo. q̄d in reprobis ꝯtemplāt̄.
q2 deꝰ q2 mūdi rector ⁊ gubernator. hoīm li
berator ⁊ adiutor. angeloꝝ ſapor ⁊ decor. in
ſeipo ꝓncipiū ⁊ finis. reproboꝝ terror et er/
ror. in creaturis imutabilis. in angelis deſide
rabilis. in ſeipo incōꝑhenſibilis. in reprobis
intollerabilis. Hucuſq̄ꝫ Bern̄. In hac aūt
maieſtatis ꝯtēplatiōe q̄ttuor modis ſpecula
mur. de q̄bꝫ idē Bern̄. ſic dic̄. Quattuor ſūt
ꝯtēplatiōis ſpēs. Prima ⁊ maxia ꝯtēplatio
eſt admiratio maieſtatis. h̄ req̄rit cor purga/
tum. a vicio liberꝝ. atq̄ꝫ exoneratū a peccatis
vt facile a ſupbia leuet̄. ⁊ interdū q̄ȝ ꝑ aliq̄s
morulas ſtupore ⁊ extaſi ſuſpēſuȝ teneat ad
iuuantē. Secūda aūt neceſſaria ē huic Eſt
eīm intuēs iudicia dī q̄ ſane pauido aſpectu
dū vehemētiꝰ ꝯcutit mentē intuētis. fugat
vicia. fundit ṽtutes. initiat ad ſapiam. hūili
tatē ſuat. Tertia ꝯtēplatio occupat̄ vl̄ poti
us ociat̄ circa memoriā bonoꝝ ⁊ ne dimit/
tat ingratū. ſolicitat memorantē ad amoreȝ
bn̄factoris. Quarta eſt q̄ retro ſūt obliuiſcēs
in ſola q̄eſcit expectatōe repromiſſoꝝ. q̄ cuȝ
ſit meditatio eternitatis (ſiquidē q̄ ꝓmittunt̄
eterna ſunt) lōganimitati ac etiā ꝑſeuerātie
dat vigorē. Hucuſq̄ꝫ Bern̄. Et h̄ de ꝯtēpla
tione maieſtatis dei ſufficiāt ad p̄ns.

## De modo viuendi in actiua vita Itē auctoritas Bern̄. bona. Ca. lv.

POſtq̄ꝫ vidimꝰ de exercitio vtriuſq̄ꝫ vi
te. ſ. ꝓme ꝑtis actiue ⁊ etiā ꝯtēplati/
ue ⁊ de generibꝫ ipiꝰ ꝯtēplatiue. Re/
ſtat videre quē modū tenere valeamꝰ vt in
ipam poſſimꝰ faciliꝰ itroduci ⁊ eā efficacius
adipiſci. Scire ḡ debes q̄ ꝓma ꝑs actiue re
q̄rit socialē int̄ alios ꝯuerſatiōȝ. ſic ꝯtēpla/
tio ſolitudinē. iō aūt in actiua ꝯuerſandū ē

inter alios. qꝛ meli⁹ ⁊ citi⁹ ꝙs ꝓpoſitū ſuū cōſequit̄. Erubeſcit eñi int̄ alios d̄ vicijs que h₃. ⁊ de v̄tutib⁹ ꝙs nō hab₃. ⁊ iō in vi... ꝙ ſe corrigit. qđ in ſolitudine nō ꝯtingit. qꝛ in ea nec ipe q̄nꝙ ꝑpēderet. nec eſſet q̄ corrigeret nec corā q̄ erubeſceret. Propterea ꝓficit in correctiōib⁹ ⁊ morib⁹ alioꝝ cū eſt in ꝯgregatione. conat̄ eñi vitare defect⁹ de q̄b⁹ alij corripiunt̄ ⁊ diſplicēt. ⁊ adipiſci v̄tutes in q̄buſ alij cōmendāt̄ ⁊ placēt. Sic ḡ te facere opꝫ donec fuer̄ in actiua vt caute obſ̄ues ⁊ vitēs tua ⁊ alioꝝ vicia ſ̄m modū ſupdictum i pluribꝰ locis. maxie i exercitio actiue. Cōſidera diligent̄ q̄ ibi dicta ſunt de v̄tutibus ⁊ vicijs. ⁊ ſ̄m ea viuere ſtude quō teipam examinare ⁊ ad v̄tutes alioꝝ aſpicere debeas ⁊ imitari. ⁊ exinde hūiliari ⁊ i timore ſp manere. qꝛ tu ſil̄es v̄tutes nō habes. Sic ḡ docꝫ Berñ. ſ̄. liiij. Cañ. Nō ſine cā ab heri ⁊ nudiuſterti⁹ inuaſit me lāguor ai. ⁊ mēt̄ hebetudo inſolita q̄dā inertia ſpūs. Currebā bene. ſ₃ ecce lapis offenſiōis in via. ipegi et corrui. ſupbia inuēta eſt i me. ⁊ dñs declinauit in ira a ſeruo ſuo. Hinc iſta ſterilitas anime mee ⁊ deuotōis inopia quā patior. Quō ita exaruit cor meū. coagulatū eſt ſic lac. factū ē ſicut terra ſine aq̄. nec cōpūgi ad lachrymaſ queo. tāta eſt duricia cordis meditatōes ſolitas nō inuenio. Ubi illa inebriatio ſpiru⁹ vbi mētis ſerenitas ⁊ pax ⁊ gaudiū in ſpūſācto. Iō ad opus manuū piger. ad vigilias ſomnolēt⁹. ad irā p̄ceps. ad odiū ꝑtinax. lingue ⁊ gule īdulgētior. ſegnior ⁊ obtuſior ad p̄dicatiōes. heu oēs mōtes i circuitu meo viſitat dñs. ad me aūt nō appropinq̄t. Nam aliū q̄dē intueor ſingular̄ abſtinētie. alium ꝓ patiētie admirāde. aliū aūt ſūme humilitat̄ ⁊ māſuetudis. aliū multe miſericordie ⁊ pietat̄. illū in ꝯtēplatiōe frequēter excedere hūc pulſare ⁊ penetrare celos oratiōnū iſtātia. alioſꝙ in alijs p̄minere v̄tutib⁹. Nos iꝙ cōſidera oēs feruētes. oēs deuotos. oēs in xp̄o vnanimes. oēs in donis celeſtib⁹ ⁊ gr̄a affluētes tāꝙ ſpūales. Reuera mōtes q̄ a dño viſitant̄ ⁊ ſpōſum in ſe ſalientē frequēter recipiūt. ego aūt hoꝝ in me iuenio nihil. Quid me aliud putē ꝙ vnū e mōtib⁹ gelboe. quē p̄terit in ira ⁊ in indignatione ſua ille ceteroꝝ oīm benigniſſim⁹ viſitator. Filioli hec cogitatio tollit extollentiam oculoꝝ. ꝯciliat gr̄am. viā ſponſi ſaltib⁹ ꝑpat. Uolo vos nō ꝑcere vob̄ ſ₃ accuſare voſmetipſos quotiēs forte in vobis vl̄ ad modicū tepere gr̄am. v̄tutē lāgueſcere dep̄henditis. H̄ facere hoīs eſt. q̄ curioſus circūſpector eſt ſui ⁊ ſcrutator viaꝝ ſuaꝝ ac ſtudioꝝ. atꝙ in oīb⁹ ſp ſuſpectū hab₃ arrogantie viciū ne ſurrepat. In v̄itate didici nil eq̄ efficax eſſe ad gr̄am ꝓmerēdā. retinendā. ⁊ recupandā. ꝙ ſi oī tp̄e corā deo inueniar̄ n̄ altū ſapere ſ₃ timere. Beat⁹ hō q̄ ſp eſt pauid⁹. Idem in ep̄l̄a ad frēs de mōte dei. Diſcito tibi preeſſe ⁊ vitā ordinare. mores cōponere. temetipm iudicare. ⁊ temetipm apđ temetipm accuſare. ſepe etiā ꝯdēnare nec ipunitū dimittere. ſedeat iudicās iuſticia. ſtet rea. ⁊ temetipm accuſans ꝯſcia nemo te pl⁹ diligit. nēo fideli⁹ iudicabit. Mane p̄terite noctis fac a temetipo exactiōem ⁊ vēture diei tu tibi indicito canonē. Ueſpe p̄terite diei rōē₃ exige ⁊ ſupueniētis noct̄ fac indictōem. ſic diſtricto nūꝙ aliūde laſciuire vacabit. Singul̄ hor̄ ſ̄m cōis inſtituti canonē ſua diſtribue exercicia. cui ſpūalia ſpūalia. cui tp̄alia tp̄alia. in q̄b⁹ ſic exoluat oē debitū ſpūs deo. corp⁹ ſpūi. vt ſi q̄d fuerit intermiſſum. ſi q̄d neglectū. ſi q̄d ipfectū₃ ſuo mō. ſuo loco. ſuo tp̄e. nō habeat ipunitū ſiue irrecōpenſatum Idē in ſ̄mone de tp̄e. lxxiiij. ſ̄. Q̄tū putas. Ego illos admiror ꝙtū vereor i cord̄ meo ꝙtū amplector charitat̄ affectu. q̄ velut neſciētes eos ꝙs ſecū q̄tidie vidēt vnum forte aut duos vl̄ etiā plures ꝙs in maiori feruore ſpūs vidēt ſibi ex oīb⁹ eligūt. ⁊ cū ipſi forcaſſe meliores ſūt. ſemꝑ tñ ſibi ꝓponūt. ⁊ ꝓponūt ſancta in dño ſtudia ⁊ exercitia corꝑalia ſeu etiā ſpūalia. Ue inq̄t vn⁹ ex nr̄is qꝛ monachū in vigilijs vnū ꝯſideraui. in quo. xxx. v̄tutes īnumeraui ꝙꝝ vix vnā in me iuenio ⁊ forcaſſe nullā. Ille tantā habebat ꝙtū₃ h̄ ipa religioſe emulatiōis humilitas. Hic ita ꝙ fruct⁹ ſit mei ſ̄monis vt altiora ſp attendas. qꝛ in eo ꝯſtat plenitudo humilitat̄. Nā ſi forte in re aliq̄ maior tibi frat̄ alia tibi gr̄a collata videt̄. ſ₃ ſi in multis. ſi bon⁹ emulator fueris iudicare te poteris inferiorem. Quid ſi forte laborare aut ieiunare pl⁹ iſto potes. ⁊ ille patiētia ſupat. humilitate precedit. ſupeminet charitate. quomō tota die circa illud qđ videris habere inſipiēti cogitatione verſaris. Eſto magis ſollicit⁹ vt ſcias q̄d deſit tibi. h̄ eñi melius. Huc uſꝙ Berñ. Uides ꝙ magnū eſt circūſpicere ⁊ examinare ſeipm ⁊ etiā alios vt in ſuā vtilitate₃ mo

res coꝝ cõuertat. In hoc igiť te multũ exer
ceas dũ fueris in actiua ſp̄ tenẽdo charita/
tis humilitatꝭ ꝛ pietatis obſequia. Super
om̄ia vero teneas meditatões vite xp̄i ꝛ ora
tionẽ. qꝛ in vtriſq; miro modo illuminabe/
ris circa vicia ꝛ v̄tutes. ꝛ ſup om̄ia alia exer
citia in eis ad puritatẽ aĩ pficies. ad quã to/
tis viribꝫ te intẽdere oportet. qꝛ om̄es v̄tu/
tes cõtinet vt dixi ſupra de ieiunio dñi. Et
ſi bñ auctẽtates ſupra de ↄtẽplatiõe poſitas ĩ
tellexiſti. tãto q̇s maiori puritate ſe munire
debet. q̄to ad celſiorẽ ↄtemplatiõꝫ aſcẽdere
cupit. Depurať aũt aĩa in meditatiõibꝫ vite
xp̄i ꝛ marie paſſiõis ip̄iꝰ. vt habuiſti ſupra ĩ
generalibꝫ ↄtẽplatiõibꝫ ex ſmone. lxxij. Cã/
ticẽ. Depurať etiã in orõe q̃ vicina ꝛ prima ẽ
ↄtẽplatiõi. ꝛ qḋ orõ laborioſis ſudoribꝫ ĩpe
trat. ↄtẽplatio amene q̇eſcẽdo deguſtat. Et
hec de mõ vite actiue ſufficiãt.

## De mõ viuẽdi in vita ↄtemplatiua. Capitulũ. lxj.

Contẽplatiua v̄o aliter ꝛ lõge aliť te
viuere oportet. Cõtemplator em̄ ſo
li deo vacare dꝫ ꝛ manere in ſolitudi
ne ſaltẽ mẽtis. de q̃ habuiſti ſupra ꝺ ieiunio
dñi. Nihil igiť ad eũ de aliq̇bꝫ rebꝫ cõibꝫ vel
ꝓp̄ijs. nihil ad eũ de pximis q̄tũ ad obſeq̄a
corpalia pillo tp̄e. ſꝫ a rõne ꝛ deuotiõe ꝛ cõ/
paſſione intẽdit ad eos. Nihil etiã ad eũ de
ſe ip̄o. Om̄ia breuiť dꝫ poſt tergũ ꝓijcere. et
tãq̄ inſenſibilꝭ ꝛ mortuꝰ eſſe vt ſoli deo vaca
re poſſit. niſi eũ neceſſitas implicet vľ initũ.
Oportet em̄ ꝙ hanc ſapiam diſcat ĩ ocio. vt
habuiſti ſup̄ in tractatu de ↄtẽplatõibꝫ ex ſ
mone Berñ. ſup Cañ. xl. Oportet ꝙ mino/
reť actu. ꝛ taceat exẽplo marie q̄tũcũq; ꝛ q̄/
tienſcunq; interpelleť. ꝛ ip̄iꝰ exẽplo dimittat
dñm rñdere ꝛ facere. vt oĩa dignatiſſime p/
uidẽtie ſue cõmittat. Sup his aũt audi ber
nardũ more ſuo facũde loquẽtẽ. Dic em̄ ſer
mone. v. de aſſũptõe dñe ſic. Habꝫ martha
dũ agit formã bñ opantꝭ. maria v̄o ſpẽm ex/
p̄mit ↄtẽplantꝭ. dũ ſedet. dũ tacet. dũ inter/
pellata nõ rñdet. ſꝫ tm̄ in dei v̄bũ toto mẽtꝭ
ſtudio intẽdit. ac ſolã quã diligit grãm diui
ne cognitiõis cetera reſpuẽs medulliꝰ hau
rit. foriſq; vt inſenſibilꝭ reddiť dũ intꝰ ad cõ/
templãda dei ſui gaudia feliciſſime rapitur.
Et paulo pꝰ. Nõ miremur quẽpiã laborãtẽ
ꝛ bñ opantẽ ſi aduerſus frẽm vacantẽ mur/
murare videamꝰ. qꝛ ꝛ h̄ in h̄ euangelio legi/
mꝰ marthã feciſſe aduerſus mariã. Ex autẽ
maria murmurauerit aduerſuſ marthã eo
ꝙ eiꝰ actiõibꝫ ĩplicari nollet. nuſq̄ oĩo repiť.
neq; ei vtraq; agere ↄpetẽť ſufficeret. ꝛ curis
exterioribꝫ deſuire. ꝛ interiꝰ ſapĩe deſiderijs
vacare. De ip̄a q̇ppe ſapia ſcp̄tũ eſt. ꝛ q̇ mino
rať actu ꝑcipiet illã. Propterea maria ſedet
ĩmotaq; manꝫ. nec vult ĩterrũpe ſilẽtij q̇etez
ne iocũdã amittat ↄtẽplatõis dulcedinẽ. p/
ſertim cũ ip̄m intꝰ audiat dñm dicentẽ. Va
cate ꝛ videte q̄ ſuauis ẽ dñs. Itẽ in ſmone
iij. de aſſumptõe eiuſdẽ. Putas ĩ domo in q̄
xp̄s ſuſcipiť. vox murmurꝭ audieť. Felix do
mus ꝛ btã ſp̄ ↄgregatio. vbi de maria Mar
tha ↄqueriť. Nã mariã marthe emulari pꝛ/
ſus indignũ. pꝛſus illicitũ eſt. Alioq̇n vbi le
gis mariã cauſantẽ. qꝛ ſoror mea reliq̇t me
ſolã miniſtrare. Abſit abſit. vt q̇ deo vacat.
ad tumultuoſam aſpiret fratꝝ officialiũ vi/
tam. Martha ſp̄ inſufficiẽs ſibi ꝛ minꝰ ido/
nea videť. Alijſq; magis id opis qḋ admini
ſtrat optat ĩponi. Vide aũt ꝓrogatiuã Ma
rie ꝙ in om̄i cã habet aduocatũ. Indignať
ſiquidẽ phariſeꝰ. cõqueriť ſoror ꝛ etiã diſci/
puli murmurãt. vbiq; maria tacet. ꝛ p ea lo
quiť xp̄s. Videat ḡ maria queadmodũ va/
cet ꝛ videat q̄m ſuauis ẽ dñs. Videat inq̄.
q̄ deuota mẽte. q̄ trãq̇llo ſedeat aĩo. ſecꝰ pe/
des ih̄u ꝓuidẽs aĩo ſp̄ ĩ ↄſpectu ſuo. et v̄ba
ex eiꝰ ore excipiẽs. cuiꝰ affectꝰ amabilꝭ. ꝛ eloq̄
um dulce. Diffuſa eſt em̄ grã ĩ labijs eiꝰ. et ẽ
ſpecioſus forma p̄ filijs hoĩm. imo ſup oẽm
gľiam angloꝝ. Gaude ꝛ grãs age maria q̄
ꝑtẽ optimã elegiſti. Beati ei oculi q̇ vidẽt q̄
tu vides. ꝛ aures q̄ mereť audire q̄ tu audis.
Beata plane q̄ venas diuini ſuſurrij ꝑcipiſ
in ſilẽtio. in quo vtiq; bonũ eſt homini do/
minũ expectare. Simplex eſto non tm̄ ſine
dolo. ſꝫ etiã abſq; multiplicitate occupatio/
nũ vt tecũ ſit ſmocinatio eiꝰ. cuiꝰ ꝛ vox dul/
cis ꝛ facies decora. Vnũ caue ne incipias
abũdare in ſenſu tuo ꝛ velis pl̄ſ ſape q̄ opor
tet. ne forte dum lucẽ ſectaris impingas te/
nebras illudente tibi demonio meridiano.
Hucuſq; Berñ. Vidiſti q̄m ↄtẽplator dꝫ
oĩa dimittere occupatões ꝛ exercitia corpa
lia. q̇ occupatõ rectẽ opponiť vacatiõi. ꝛ ẽ vnũ
ꝺ maioribꝫ ĩpedim̄tꝭ q̄ poſſit hr̄e ↄtẽplator
nã plibꝫ mõis ĩpedit eũ. ꝛ ñ ſolũ cũ ẽ ĩ occu/
patõe ſꝫ et pꝰ ea. ꝛ p̄mo r̄ddẽdo mẽtẽ ſolicitã
ꝛ ĩq̇etã circa id qḋ fecꝭ ľ facere hꝫ. ꝛ ec̄ r̄linq̄n
do imagiatões ꝛ fãtaſmata q̄ mľtũ ĩpediũt
ↄtẽplãtẽ. De q̄tuor ĩpedimẽtꝭ ↄtẽplatõis

Capitulum.lviij.

Nunc vtiqꝫ videam⁹ q̄ ipediūt ꝯtēplationē. Sūt aūt ipedimēta ei⁹ q̈tuor. de q̄b⁹ ſic dīt bern̄. xxiij. Can̄. In h̄ archanū ꝯtēplatōis ⁊ i h̄ ſanctuariū dei ſi quē forte nr̄m aliq̄ hora ſic rapi ⁊ ſic abſcōdi ꝯtigerit vt minime aduocet aut ꝑturbet l' ſenſus egēs vl' cura pūgēs. vl' culpa mordēs. l' certe ea q̄ difficili⁹ amouet̄ irruētia imaginū corporeaꝝ fantaſmata. poterit q̄dē hic cum ad nos redierit gl'iari ⁊ dicere. Introduxit me rex i cubiculū ſuū. Hucuſqꝫ Bern̄. Primū igit̄ impedimētū dīt ꝙ ē ſenſus egēs. ſcꝫ corpis. Intm̄ ei aīa ad corp⁹ afficit̄ ꝙ ea i aliq̄ ſui pte vl' ſenſu defectū notabilē patiente ꝯtēplari nō delectat. Tpe igr̄ infirmitatꝫ n̄ eſt loc⁹ ꝯtēplatōis niſi dn̄s facerꝫ de gratia ſpēali. Sil'r ꝯtingit cū valida fames vl' ſitis vl' frig⁹ iminet vl' aliō corpis impedimentū Scdm̄ impedimētū dīt ꝙ ē cura pūgēs. i. ſolicitudo curaꝝ ⁊ occupationū. ⁊ h̄ ſatꝫ pt ēē claꝝ p auctates ſup̄ p̄mo poſitas. Idē etiam Bern̄. plirioꝛib⁹ v̄bis narrās ipedimēta ꝯtēplatiōis i q̈rto ſmōe d' aſſumptione dn̄e. Int' alia dīt ꝙ ſicͭ puluis imiect⁹ i oculū corpalē impedit viſū. ſic cura terrenoꝝ actuum ocl'm itelligētie ꝯfundit. atꝫ a ꝯtēplatōe veri lumis excludit. Tertiū ipedimētū dic. ꝙ ē culpa mordēs. i. pctm̄. ⁊ h̄ duob⁹ modis pt ꝯtingere. Primū cū pctm̄ eſt i aīa. Scdo cū fuit ⁊ deletū eſt p ꝯtritiōꝫ ⁊ ꝯfeſſiōꝫ. ſed in memoria reuocat̄. vtrūqꝫ ei impedit ꝯtēplationē. vt i eodē ſmōe refert ſic int' alia dicēs Et ſicͭ tenebre ipediūt viſū corpalē. ſic pctm̄ cū eſt in aīa ipedit ipaꝫ q2 tenebroſa ē (ſꝫ ad ꝯtēplādūꝫ req̄rit̄ puritas ⁊ pulcritudo aīe) ⁊ ſic tūc nō ē loc⁹ ꝯtēplatōi. Sil'r ſicͭ ſanguis vl' humoꝛ ꝯcret⁹ fluēs i ocl'm ipedit viſū. ſic pctm̄ cū redit i memoriā iflut i aīaꝫ ⁊ ipedit viſū ei⁹. ⁊ ꝓpterea cauere debes tpe ꝯtēplatōnis cogitare ſup pctis. Ni q̄dē tpe nos debem⁹ pctōꝛes reputare. ſꝫ ſignant' n̄ dēmus cogitatōꝫ nr̄aꝫ reflectere ſup aliq̄ vl' aliq̄bus pctis tpe q̄ volum⁹ ꝯtēplare. Et de h̄ idem Bern̄. ſic dīt. lviij. ſ. Can̄. Dēm⁹ qꝫ mariam ꝯtēplātē in ill' q̄ ꝓceſſu lōgioꝛꝫ tpis coopāte grā dei i aliq̄d meli⁹ ⁊ leti⁹ ꝓficere poterunt qn̄ iā de indulgētia p̄ſumētes. nō tā v̄ſari inter ſe ſoliciti ſūt triſtē imaginē pctoꝝ qꝫ certe in lege dei meditari die ac nocte inſatiabiliter d'lectari. interdū etiā reuelata facie gloriā ſpōſi cū ineffabili gaudio ſpeculātes in eandē imaginē trāſformāt̄ ⁊ d' claritate i claritatē tāqꝫ a dn̄i ſpū. Hucuſqꝫ Bern̄. Quartū impedimētū dīt ꝙ ſūt fantaſmata corporeaꝝ imaginū. ⁊ h̄ ē difficili⁹ aliis ſupdictꝫ. ⁊ ꝓpterea ꝯmēdat̄ intm̄ i h̄ ſtatu ſolitudo. Optꝫ eīn ꝯtēplātē ēē mutū ⁊ ſurdū ⁊ cecū. vt vidēs nō videat. audiēs nō itelligat nec loq̄ delectet̄. h̄ ē vt ita ſit abſtract⁹ ab his trāſitoꝛiis ⁊ ita deo ꝯiūct⁹ q2 i audiēdo. vidēdo. loq̄ndo nō minuat curſū ſuū. ſꝫ fugiat q̄ꝫtū pt. ⁊ ſi qn̄ neceſſitas ad id cogit. nō ſecū repoꝛtet imagines q̄ p has feneſtras intrāt ad aīaꝫ nr̄aꝫ Vn̄ nō dꝫ ꝯtēplatiu⁹ ſicͭ actiu⁹ obſuare mores alioꝝ ne inde fantaſmata repoꝛtꝫ. Multo g̃ mag' tu debes a ſeculariū collocutōne ceſſare q̄ꝫtūcūqꝫ ꝯiūcti ſint vt inde tē plices monui. Si qn̄ etiā obediētia vl' neceſſitas l' obſequiū vl' recreatio ad aliq̄d laborādū vl' opandū te ipellit. fidelit' facias. ſꝫ nō ſic adhereas volūtate vl' delectatōe vt inde repoꝛtes imagines. ne poſtea deo vacās ipediarꝫ De q̄ ſic ait Bern̄. xxx. c. ad frēs de mōte di. Aliq̄d opandū eſt manib⁹ qd̄ iniūgi ſolet. n̄ tā ꝙ aīm delectādo detineat ad horā qꝫ qd̄ ſpūalib⁹ ſtudiis delectatiōꝫ ꝯfuet ⁊ nutriat in q̄ ſi remittat̄ ad horā anim⁹ nō reſoluat̄. vn̄ ſe facile mox vt ad ſeipm̄ redeundū viſū fuerit expediat abſqꝫ ꝯtrouerſia inherētis voluntatis abſqꝫ ꝯtagio ꝯtracte delectatōis vl' memoꝛie imaginātis. Nō eīn vir ꝓpter mulierē ſꝫ mulier ꝓpter viꝝ nō ſpūalia exercitia ꝓpt' corpalia. ſꝫ corpalia ꝓpt' ſpūalia. ꝓpterea ſicͭ viro creato collatū vl' cōpatū eſt ei adiutoꝛiū ſil'e ſibi ex ipa hoīs ſubā. ſic cū in adiutoꝛiū ſpūalis ſtudii neceſſaria ſint corpalia. non tn̄ in h̄ ſp eque ꝯuenire vident̄ ſilitudine ⁊ affinitate. Sicͭ meditari qd̄ ſcribat̄. vel ſcribere qd̄ legat̄. Subdiualia tamen exercitia ſic ſepe etiā ſpiritū exhauriūt vt cū grauioꝛi ruraliū operū exercitio ſit magna contritio coꝛpis vſqꝫ ad cōtritiōem vel humilitatē coꝛdis. ⁊ fatigationis ſue preſſure experimunt ſepe vehemētioꝛis affectū deuotiōis Seru⁹ tn̄ bon⁹ ⁊ prudēs ad ociū ſepe ꝯpat laboꝛē. nec in eū diſſoluit̄ ſꝫ p eū mag' i ſeipꝫ colligit̄ q̄ ſp p̄ ocul' hꝫ n̄ tā qd̄ agit ſꝫ quod agēdo itēdit oīs ꝯſūmatōis attēdēs finem. hucuſqꝫ ber̄. Vides qꝫ vigilāt' cauere oꝫ ne i manualib⁹ laboꝛicis aīum occupes. Noui enim in hoc q̄ꝫtū impedimentū ꝯtēplatiōis icurres ꝓpt' curā ſolitudinū. Et h̄ de ipedimētꝫ ꝯtēplatōis dicta ſufficiāt. Ex q̄b⁹ māifeſte

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apparere poteſt ꝙ̄ ſit nociua intricata curio/
ſitas.q̄ totā animā inficit ⁊ facit inquietā et
impurā. Q̄ꝛ etiā nociua ſit cupiditas ⁊ con/
gregatio rex.⁊ ꝑ cōſequēs ꝙ̄ ſit p̄cioſiſſima
b̄ndicta paupertas.q̄ animā expeditā ⁊ purā
deo ꝯtinue repn̄tat. Non aūt te moueat vt
ſupra dixi.ꝙ ꝯtemplatiuꝰ primis nō intēdit
nā intēdit deo.⁊ in eiꝰ dilectiōe actiuū exce/
dit.ſꝫ actiuus excedit ꝯtemplatiuū in dile/
ctione primi. De q̄ dic̄ Bern̄.lx. Can̄. Dico
aūt ꝑ gr̄am dei que in nobis eſt ⁊ ficꝰ nō h̄re
⁊ vineas. Ficus q̄dē q̄ ſuauiores in moribꝫ
ſunt. Vineas v̄o qui ſpū feruētiores. Om/
nis q̄ ſe inter nos cōiter ſocialiterq̄ʒ habꝫ.⁊
nō ſolū ſine querela ꝯuerſaẗ int̄ fr̄es. ſꝫ etiā
cum multa ſuauitate fruendū ſe oīmibꝫ pre
bet in oīn̄i officio charitatꝭ. Quid em̄ illum
vitē agere ficus ꝯuenientiſſime dicā. iā q̄ vi
ncēſūt ſeueriores nobis ꝙ̄ ſuauiores ſe ex/
hibēt in ſpū vehemēti agētes zelātes ꝓ di/
ſciplina vicia acerrime corripiētes. aptātes
ſibi cōuenientiſſime vocē illā. Nōne qui ode
rūt te dn̄e oderā.⁊ ſuꝑ ini.t.tab. Itē zelꝰ do/
mus tue comedit me. Et mihi q̄dē illi in di
lectiōe primi. iſti i dilectōe dei eminere vidē
tur. Hucuſq̄ʒ Bern̄. Vides q̄m̄ cōtēplatiui
ad q̄s marie ſpectat zelare ꝓ deo. p̄ferūtur
actiuis in dilectōe dei. H̄ tn̄ diſcrete itellige.
q̄ꝛ nūq̄ʒ cōtēplatiuꝰ primi caritatē omittit.
ſꝫ ꝑncipalꝰ intēdit deo ⁊ ſecūdario ꝓ̄rio.ꝙ̄/
uis h̄ipm determinatōꝫ recipiat. Nā rudiſ
⁊ incipiētis cōtēplantꝭ eſt oīno ꝙ̄ ſtrictiꝰ po
teſt ſoli deo vacare ⁊ i ſolitudine mētis ⁊ eti
am corpis ſi pōt manere vt etiā zelū dei ⁊ ſe
ipm ⁊ primū vel zelo dei negligere videaẗ.
cū ipa ſolitudis naẗa id req̄rat. ⁊ maxie q̄n/
do ſpōſi viſitatōe ⁊ frequētia iocūdaẗ.alias
em̄ de facile poſſet eradicari. Cū v̄o iā perfe
ctus ⁊ ſublimatꝰ eſt ꝑ lōgū cōtēplatōis exer
citiū.tūc ꝓ deo fortit̄ zelat ⁊ ꝓ anie ſalute. vt
habuiſti ſupra ex ẜmone Bern̄.xviij. Can̄.
in hoc tractatu.ſ. quō cōtemplatiua p̄cedit
ſecundā ptē actiue. Cū v̄o neceſſitas immi
net.quilibet cōtēplatiuꝰ quomōcūq̄ʒ incipi
ens ꝓ charitate primi ociū intermittit. Vn
de idē Bernardꝰ ſic dicit.l. Can̄. Orantē de
niq̄ʒ hominē deo loq̄ quis dubitet. Quoti/
ens tamē caritate iubēte abducimur ⁊ auel
limur ꝓpt̄ eos qui noſtra indigent opera vl̄
loquela. quotiēs pie cedit negocioꝝ tumul
tibꝫ pia quies. quotiēs bona cōſciētia poni/
tur codex vt opi manuū inſudeẗ.quotiēs ꝓ
adminiſtrādis terrenis iuſtiſſime ipis ſuꝑ/
ſedemus celebrādis miſſarū ſolenniꝭs. Or
do ꝑpoſterus.ſed neceſſitas nō habet legē
Hucuſq̄ʒ Bern̄.

### Vita ꝯtemplatiua p̄ferẗ actiue. Capitulū.lviij.

Quia ḡ in p̄cedēti auctoritate Bern̄.
ex ẜmone.lx. Can̄.habuiſti ꝙ ꝯtem/
plātes p̄ferunẗ actiuis in dilectione
dei.videẗ ꝙ ꝯtemplatiua p̄feraẗ actiue. De
quo idē Bern̄.ẜmone.v. de aſſumptōe dn̄e
ſermo incipit Intrauit Ihs. ſic dicit. Quid
tn̄ ſibi vult fratres ꝙ optimā partē Maria
dr̄ elegiſſe. Ubi iā erit ꝙ aduerſus eā ꝓferre
ſolemꝰ. ſi quādo forte adminiſtrātis Mar
the turbatiōem in eq̄litate iudicare volue/
rit. Melior eſt iniq̄tas viri ꝙ̄ benefaciens
mulier. vbi erit illud. Si q̄s mihi miniſtra
uerit honorificabit eū pater meꝰ.⁊ illō. Qui
maior eſt veſtꝝ erit miniſter veſter. Poſtre/
moq̄ʒ ꝯſolatio eſt laborāti quaſi in eꝰ ſuggil
lationē ptē ſororis attollere. Unū igiẗ arbi
tror e duobꝫ. vt aut de electione maria lau/
deẗ ꝙ ꝑs ipa ꝙ̄tum in nobis eſt ſit in oīmibꝫ
eligēda. aut certe vt neutꝝ defuiſſe dicatur.
nec in ptē aliquā p̄cipitaſſe ſniam. ſꝫ ad obe
dientiā p̄ceptoris in vtrūlibet ſit ꝑata. Quiſ
em̄ ſic̄ dauid fidelis egrediēs ⁊ ingredieſ ad
impiū regis. Deniq̄ʒ inq̄t. ꝑatū cor meū nō
ſemel tm̄. ſꝫ ⁊ ſecūdo ⁊ vacare tibi ⁊ primis
miniſtrare. Hec plane ꝑs optima que n̄ au
fereẗ hec mēs optima q̄ nō mutabiẗ quocū/
q̄ʒ vocaueris eā. Bonū em̄ acquirit gradū q̄
bene miniſtrauerit. forte meliorē. qui bn̄ va
cauerit deo. optimū aūt q̄ p̄fectꝰ eſt i vtroq̄ʒ
Unū aūt dico adhuc ſi tamē id de martha
licet ſuſpicari. Nōne em̄ q̄i ocioſam reputaſ
ſe videẗ ꝙ̄ ſibi dare petijt adiutricē. Sꝫ car
nalis eſt ⁊ omīno nō ꝑcipit ea que ſint ſpūs
dei ſi q̄s forte vacantē aīam ſuā de vacatiōe
redarguit. Audiat ḡ optimā eſſe hanc ptē q̄
maneat in eternū. Nunq̄d em̄ nō rudis q̄ō
ammō videẗ aīa q̄ diuine ꝯtemplatiōis pe/
nitus expers illā intrauerit regionē. vbi h̄
vnū oīm opus. vnū ſtudiū. eadē vita. Item
xl. Can̄. Duo quedā in intētōe quā faciē aīe
diximꝰ neceſſario requirunẗ. res ⁊ cauſa. id
eſt. q̄d intēdas ⁊ ꝓpt̄ q̄d. Ex his ſane duobꝫ
aīe vl̄ decor vl̄ deformitas iudicaẗ. Et ifra.
Porro intēdere in aliud ꝙ̄ in deū. tn̄ ꝓpt̄ de
um nō ociū marie ſed marthe negociū eſt.
Abſit autē vt que hmōi eſt quicq̄ʒ dixerim

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtã hr̃e diffoꝛme. nec tñ ad ꝑfectũ aſſaueriꝫ
ꝑueniſſe decoꝝ. Quippe q̃ adhuc ſollicita ẽ
⁊ turbata erga ꝑlima. ⁊ nõ ꝑt trenoꝝ actuũ
vel tenui puluere nõ reſꝑgi. Quẽ tã cito faci
leqꝫ detergeret vł in hoꝛa ſancte doꝛmitiõis
caſta intẽtio ⁊ bone ꝯſciẽtie interrogatio in
deũ. Igiť ſolũ inq̃rere deũ ꝓpter ipm̃ ſolum
ħ plane eſt vtrãqꝫ bipartite intẽtionis faciẽ
hr̃e pulcerrimã. atqꝫ id ꝓ ꝑimũ ac ſpãle ſpon
ſe cui merito ſingulari ꝓ̃rogatiua audire cõ
ueniat. pulcre ſunt gene tue ſicꝰ turturꝫ. Idẽ
in epl̃a ad frẽs de mõte dei. Solitudo ⁊ re
cluſio noĩa miſerie ſunt. Cella aũt nequaqꝫ
debet eſſe recluſio neceſſitatꝫ. ſꝫ domiciliuꝫ
pacis. hoſtiũ clauſum nõ latebꝛe ſꝫ ſecretuꝫ.
Cũ q̃ eñ deꝰ eſt. nunqꝫ minꝰ eſt ſolꝰ q̃ꝫ cũ ſo
lus eſt. Tũc eñ fruiť gaudio ſuo. tũc ipſe ſu
us eſt ad fruendũ deo in ſe ⁊ ſe in deo. Tũc
in luce veritatꝫ in ſereno mũdi coꝛdis vltro
patet ſibi pura ꝯſcĩa. ⁊ libere ſe infundit af-
fecta de deo memoꝛia. ⁊ vel illumiať intelle-
ctus ⁊ bono ſuo fruiť affectꝰ. vł libere ſeipꝫ
deflet hũane fragilitatꝫ defectꝰ ꝓpter hoc ꝫ
foꝛmã ꝓpoſiti vr̃i habitãtes in celis. poſtqꝫ ĩ
cellis excluſo a voƀ toto ſeculo. totos vos ĩ
cluſiſtis cũ deo. Idẽ in eadẽ epl̃a. Ociũ nõ
eſt vacare deo. imo negociũ negocioꝝ. Huc
uſqꝫ Bern̄. His auctoꝛitatiƀ videť ꝙ vi
ta ꝯtẽplatiua ꝓ̃ferať actiue. ⁊ etiaꝫ alias au-
ctoꝛitates habuiſti ĩ ħ tractatu. q̃ ad hoc ipꝫ
faciũt. ⁊ etiã ſupꝛa ſub capl̃o quõ dñs fugit
qñ turbe voluerũt eũ facere regẽ. ex ꝫmone
xxxĳ. Cañ. Que aũt ſit maioꝝ meriti deꝰ no
uit. Credere tñ ꝙ q̃ maioꝛi amoꝛe ferť magꝫ
mereť. ſꝫ in ꝯtẽplatiua videť q̃s magꝫ affici
ad amoꝛẽ. ⁊ valde magnũ eſt ſpeculari deũ
frui deo. ꝯuerſari cũ deo. ⁊ eiꝰ cognoſcere vo
luntatẽ q̃ ad ꝯtẽplatiuũ ſpectãt. Hec eñ eſt
deguſtatio mercedis patrie q̃uis imꝑfecte
⁊ raro. Et ħ videť tenere ſancti. ſ. ꝙ ꝯtẽplati
ua ſit maioꝝ meriti q̃ꝫ actiua. Sꝫ q̃cq̃d ſit.
dñs vult de vtriſqꝫ. ⁊ ſicꝰ multa in vno coꝛꝑe
mẽbꝛa nõ eundẽ actũ hñt. ita nos multos ĩ
eccl̃ia multꝫ modis dño ſuire opoꝛtꝫ. et nõ
oĩƀ idẽ ſpũs dať. ſꝫ alĳ dať ꝫmo ſapiẽtie ⁊c̃.
Vnuſq̃ſqꝫ igiť in ea vocatõe in q̃ vocatꝰ eſt
maneat. ⁊ q̃ aptꝰ eſt ꝯtẽplatõi moꝛeť in ea. q̃
ꝓ miſterio ꝓ ꝑimoꝝ exerceat ſe in ipo. Naꝫ
⁊ dñs ſicꝰ hic dixit de maria. ꝙ optimã ꝑtem
elegit. ita cũ petro ſuas oues recõmendauit
ſub ſui amoꝛis examĩe triƀ ei viciƀ ħ impſ
ſit. Et ħ ſenſu põt intelligi qđ Bern̄. ſcribit
ꝫmone. iĳ. in aſſumptiõe dñe dicẽs. Suſci-
piat martha dñm in domũ cui nimirũ cre-
dita diſpẽſatio eſt domꝰ. Suſcipiant ceteri
coadiutoꝛes eiꝰ ſinguli ꝓ q̃litate miniſterĳ
excipiãt xp̄m. ſeruiãt xp̄o. miſtrẽt ei ĩ mẽbꝛiſ
ſuis. Ille infirmis fratriƀ. ille paupiƀ. ille
in ſuſcipiẽdis hoſpitiƀ ⁊ ꝑegrinis. q̃bus ita
ſolicitis circa frequẽs miſteriũ. Videat ma
ria q̃ꝫtũ ad dñm vacet ⁊ videat q̃m ſuauis ẽ
dñs. Hucuſqꝫ Bern̄. Tu igiť q̃ ſtatꝰ tuꝰ il
lud exigit. ꝯtemplatiuã totis viriƀ aſſume
ꝓmiſſa actiua moꝛis. ꝑ quã ꝑueniť ad ipam.
Et gaude ⁊ grãs age dño ihũ q̃ ad hãc ꝑ
tem vocauit quã optimã eſſe dixit.

Ex triƀ cauſis ꝯtemplatoꝛ reducit ſe ad
actiuã. Itẽ de eo ꝙ fides ſine opiƀ moꝛtua
eſt. Capitulum. lix.

Quamuis aũt pluries ſupꝛa tactũ ſit
ꝙ ꝯtemplatoꝛ ſoli deo vacare debet
ac cetera omittere. hoc ſcias genera
liter eſſe veꝝ. ſꝫ nõ ſemꝑ. Nã triƀ ex cauſis
a iocũda ꝯtemplatiõe ſe ad tempꝰ ſeparat et
ſe recipit in actiuã. Vna cauſa eſt ꝓpter lucꝝ
animaꝝ. vt habuiſti ſupꝛa quõ ꝯtemplatiua
ꝓ̃cedit ſecundã ꝑtẽ actiue. ex ꝫmoniƀ. xviĳ.
⁊. lxĳ. Cañ. Dicit etiã idẽ Bern̄. ſic. lxi. Cañ.
Surge amica mea ⁊ ſpõſa mea ⁊ veni. Cõ-
mendat ſpõſus multã dilectiõnẽ ſuã iteran
do amoꝛis voces. Nã iteratio. affectiõis ex
preſſio eſt. Et ꝙ rurſũ ad laboꝛẽ vinearũ di
lectã ſollicitat. oſtẽdit q̃ꝫ ſit de animaꝝ ſalu-
te ſolicitꝰ. Nã vineas aĩas eſſe iã audiſtis
Spõſam tñ nunqꝫ vt memĩ in toto ħ ope-
re adhuc nominaui. niſi modo cũ ad vineas
itur cũ vino charitatis appꝛopinquať. Huc
uſqꝫ Bern̄. Sciẽs ꝫ ſponſa voluntatẽ ſpõ
ſi ꝫelãtis animaꝝ ſalutẽ. exit ad tempꝰ. vide-
licet cũ eſt neceſſariũ ad ipam opandã. ⁊ po
ſtea redit ad ipam ꝯtẽplatiõꝫ. Alia cã inter-
mittende cõtemplatiõis eſt ratione officĳ ĩ
minentis. Nã cũ prelatus ſubditoꝝ neceſ-
ſitatiƀ intẽdere habet. omittit tũc ꝯtempla
tionẽ. De quo idẽ Bernardus de ſeipo lo-
quens ad monachos ſuos q̃ qñqꝫ nimium
infeſtabãt euꝫ. ſic dicit. lxĳ. Cañ. Rara ſatis
mihi ad feriandũ a ſuꝑuenientiƀ ꝯcediť ho-
ra. ſuꝑſedeo ne magis impatiẽtie exemplũ
videar dare infirmis. puſilli eñ domini ſũt
in eum credẽtes. nõ patiar vt ex me ſcanda-
lum patiãtur. nõ vtoꝛ hac poteſtate. magis
autẽ ipi me vtantur vt libet. tantum vt ſal-
ui fiant. parcent mihi ſi nõ pepercerint. ⁊ in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eo poti⁹ requieſcā ſi nō me inquietare timu
erint ꝑ neceſſitatibꝫ ſuis. gerā eis morem q̄
ad potero. ⁊ in ipis ſeruiā deo meo q̄diu fu
ero in charitate nō ficta. Nō querā que mea
ſunt. nec qđ mihi eſt vtile iudicabo. ſ ſolum
depcor vt fiat acceptū eis fructuoſumq; mi
niſteriū meū ſi forte mihi ex hoc inueniam i
die mala miſericordiā in oculis patris eorꝫ.
Idē ad vtraq; cauſam de p̄dictis. ſermone
lj. Cañ. ſic ait. Loq̄r vobis expimentū meū
qđ expt⁹ ſum. ſi qñ ſane cōperi pfeciſſe aliq̄ſ
veſtrꝫ ex meis monitis. tūc nō piguit fateor
curā ptuliſſe ſmonis, ꝓprio ocio ⁊ q̄eti. Cuꝫ
enī verbi grā poſt ſermonē iracund⁹ q̄ſpiaꝫ
reperit̄ mutat⁹ in mitē. ſupbꝫ in humilē. pu/
ſillanimis in fortē. Porro mitis. humil̄. for
tis in ſua quiſpiā grā excreuiſſe. ⁊ ſeipo meli
or fact⁹ eſſe cognoſcit̄. ſꝫ ⁊ q̄ forte tepebant ⁊
languebāt circa ſpūale ſtudiū torpentes et
dormitātes ad ignitū eloquiū dñi referbu/
iſſe ⁊ euigilaſſe vident̄. ⁊ q̄ deſerto fonte ſapi
entie foderāt ſibi ꝓprie volūtatis ciſternas
nō valētes aq̄s ↄtinere, ꝓpterea ad om̄e iiū/
ctum g̃uato corde vl̄ arido murmurabant.
nullū in ſe habētes deuotiōis humorē. Di
inq; cū de rore ⁊ bi ⁊ pluuia volūtaria quaꝫ
ſegregauit de⁹ hereditati ſue refloruiſſe ꝓ/
bant̄ in ope obediētie. facti in om̄ibꝫ volun/
tarij ⁊ deuoti. Nō eſt dico vobis vñ ſubeat
mentē q̄ſi ꝑ intermiſſo ſtudio iocūde ↄtem/
platiōis triſticia. cū talibꝫ fuero circūdatus
floribꝫ atq; fructibꝫ pietatiſ. patiēter auellor
ab infecūde rachelis amplexibꝫ. vt de Lya
mihi exuberēt fruct⁹ pfectuū veſtrorꝫ. mini
me prius pigebit me intermiſſe q̄etis ꝑ cu/
ra ſmonis cū video in vobis germinare ſe
men meū atq; augeri incremēta frugum iu
ſticie veſtre. Charitas enī q̄ nō querit que
ſua ſunt id mihi iā dudū facile pſuaſit. nil. ſ.
deſiderabilium meorꝫ veſtris p̄ferre vtilita/
tibꝫ. Orare legere ſcribere meditari ⁊ q̄ ſunt
alia ſpiritualis ſtudij lucra. hec arbitratus
ſum ꝓpter vos detrimēta. Hucuſq; Bern̄.

Tertia cauſa intermittēde ↄtemplatiōis
eſt quādo more ſuo recedēte ſpōſo non ſen/
tit aīma ſolitas ↄſolatiōes. Uadit enī ⁊ re/
dit ſpōſus ꝑ ſuo velle p̄ut habuiſti in caplo
pxīo. quō dñs fugit qñ turberē. Cū igitur
recedit aīma languet ex deſiderio ei⁹. ⁊ toto
conatu ſuo reuocat eū dicēs cū ſponſa in cā
ticis. Reuertere dilecte mi. Si nec tunc re/
dit inuocat ſodales ſpōſi. id eſt. angelos in

auxiliū ſuū ⁊ dicit. Adiuro vos filie hieruſa
lem. vt ſi videritꝫ dilectū meū nūcietis ei q̄a
amore langueo. Si vo nec ſic redire digna/
tur aīma ſciēs voluntatē ſpōſi. reducit ſe in
actiuā. vt vel ſic fructificet ſpōſo. Nō enī de
cet ↄtemplatorē eſſe deſidioſum. Dicit igit̄
tūc ſpōſa. Fulcite me floribꝫ. ſtipate me ma/
lis. q̄r amore langueo. De h̄ ſic ait Bernar/
dus. Fidē florē. fructū actū intellige. nec i/
cōgrue vt opinor tibi videbit̄ ſi aduertas
quō inſtar floris neceſſario p̄cedētꝫ fructū.
bonūq; op⁹ fide oporteat p̄ueniri alioquin
ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Paulo
atteſtāte. magis autē eque ipo docēte. Om̄e
qđ nō eſt ex fide etiā peccatū eſt. Itaq; nec ſi
ne flore fructū. nec ſine fide op⁹ bonū. ſꝫ ⁊ fi/
des ſine opibꝫ mortua eſt. ſicut inutiliter q̄ꝫ
flos apparet vbi nō ſequit̄ fruct⁹. Igit̄ ex bo
nis opibꝫ fides non ficta radicabit̄. recipiet
ↄſolationē mens aſſueta q̄etis quotiēs ſibi
lux vt aſſolet ↄtemplatiōis ſubtrahit̄. Quiſ
enim nō dico cōtinue ſꝫ vel diu dū in h̄ cor/
pore manet lumine cōtemplatiōis fruitur.
At quotiēs vt dixi corruit a cōtemplatiua.
totiēs in actiuā ſe recipiat. Inde nimirꝫ tan
q̄ꝫ e vicino familiari⁹ redit̄ in idipm. quoniā
ſunt inuicē cōtubernales he due. ⁊ cohabi/
tant pariter. Eſt quippe ſoror marie Mar/
tha. Neq; enī ⁊ ſi a cōtemplatiōis lumīe ca/
dit. patit̄ tamē vllaten⁹ ſe incidere tenebras
peccati ſeu ignauiā ocij. Sane in luce bone
opationis ſe retinēs. vt ſcias etiā opera lu/
ceꝫ eſſe. Luceat lux veſtra inquit corā homi
nibꝫ. quod nō dubiū de operibꝫ fuiſſe dictū
que homines poterāt intueri. Hucuſq; ber
nardus. He ſunt igit̄ tres cauſe ꝓpter quas
cōtemplator a iocūda cōtemplatōe recedit.
⁊ ſe recipit in actiuā. q̄uis inuitus in hac vl
tima ex diſpenſatiōe tamen diuina. ⁊ in qua
libet earū aduertere potuiſti ex auctoritati/
bus Bernardi. ꝙ ad temp⁹ hoc facit ⁊ redit
ad cōtemplationē. Un̄ hec ipſa ſunt in argu
mentū ꝙ ↄtemplatiua p̄fert̄ actiue.

Eya deo gratias expediti ſum⁹ de tra
ctatu ↄtemplatiōis. Copioſa mate/
ria eſt ⁊ vtilis valde. in qua nō ſoluꝫ
de ipa ↄtemplatōe ſꝫ de multꝫ alijs ⁊ q̄ſi de
toto ſtudio ſpiritał exercitij poterꝫ edoceri.
Igr̄ eā attēte diligere ⁊ diligēt̄ ope adiplere
conerꝫ. nec tñ credaſ me tibi oīa i p̄dicto tra
ctatu ꝯtuliſſe q̄ bern̄. in tractat. ſed ſufficiant
tibi que dicta ſunt ⁊c̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quõ dñs dixit iudeis ꝙ eccl'ia deuolue‑
ret ad gẽtiles ſub ſilitudine cultoꝝ vinee
qui filiũ dñi ſui occiderũt. Ca.lx.

Dominꝰ ac redẽptoꝛ nr̃ zelãs aiaꝝ ſa
lutẽ ꝓ qͥbꝫ venerat poſiturꝰ ꝛ ſuã. oĩ
bus modis nitebat᷑ eas ad ſe attra‑
here. ꝛ ḋ inimicoꝝ faucibꝫ extirpare. Unde
qñqꜵ vtebat᷑ ſmonibꝫ blãdis ꝛ hũilibꝫ. qñqꜵ
increpatoꝛijs ꝛ durẜ. qñqꜵ exẽplis ꝛ ſilitudi
nibꝫ. qñqꜵ ſignis ꝛ ṽtutibꝫ. qñqꜵ minis ꝛ ter
roꝛibꝫ. ꝛ variabat modos ꝛ remedia ſalutis
ꝓut expedire videbat ꝓ loco ꝛ tp̃e ac ꝑſonaꝝ
audiẽtiũ varietate. In h̃ aũt loco fuit vſus
ꝯ ꝑncipes ꝛ phariſeos ṽbis durẜ ꝛ exemplo
terribili ꝛ adeo iuſto ꝛ ṽo ꝙ ipi ijdẽ ꝯ ſe tule
runt ſniam. Propoſuit eñ eis ꝑabolam de
cultoꝛibꝫ vinee q̃ nũcios dñi veniẽtes ꝓ fru‑
ctibꝫ occiderũt ꝛ etiã filiũ eiꝰ. Querẽs autẽ
q̃ pena digni eſſent puniri ab illo dño. rñde‑
rũt. Malos male ꝑdet. ꝛ vineã ſuã locabit
alijs agricolis. Ihs h̃ approbans ĩtulit ſic.
Auferet a vob regnũ dei. i. eccl'ia. ꝛ dabit᷑ gen‑
ti faciẽti fructũ eiꝰ. i. gẽtilibꝫ. ex q̃bꝫ ſumꝰ nos
ꝛ vniuerſalis eccl'ia. Interpoſuit etiã exem‑
plũ de lapide angulari q̃ ſignificabat ipm. ꝛ
debebat iudeos ꝯfringere. Et tũc illi intel‑
ligẽtes ꝙ de ipis ꝑabola eſſet. nõ correcti ſꝫ
magẜ irati ſunt. q2 eos excecauerat eoꝝ mali‑
cia. Tũc aũt ꝯſpice ipm in ꝑdictẜ humiliter
quidẽ ſedentẽ int᷑ illos phariſeos. ſꝫ cuꝫ au‑
ctoꝛitate loquẽtẽ ꝛ cũ poteſtate ꝛ vigoꝛe ṽtu‑
tis enũciantẽ eis caſum ꝓpriũ.

Quõ voluerũt Ihm cape in ſermone
Capitulum.lxi.

Sicut multẜ modis dñs ihs nitebat᷑
opari iudeoꝝ ſalutẽ. ita ecõtrario illi
oĩbꝫ q̃bꝫ poterãt modis conabãt᷑ ad
eiꝰ detractõꝫ ꝛ interitũ. Cogitauert̃ igit᷑ eũ
decipe ſꝫ defecerũt ſcrutãtes ſcrutinio. Mi‑
ſerũt aũt ex deliberato ꝯſilio diſcipulos ſu‑
os cũ familiaribꝫ herodis regẜ vt q̃rerent ſi
liceat dare cẽſum ceſari an nõ. Cogitabãt eĩ
ꝙ ex h̃ eũ redderent exoſũ vl' ceſari vl' turbe
iudeoꝝ. q̃i non poſſꝫ niſi ꝯ ſe rñdere. At ipe
ſcrutatoꝛ coꝛdiũ cognoſcẽs eoꝝ maliciã. rñ
dit ꝙ q̃ ad deũ ꝑtinebãt deo. ꝛ q̃ ad ceſarẽ ce
ſari redderẽt᷑. vocãs eos ipocritas. q̃ verbiſ
blãdis aĩo fallaci loq̃bant᷑. Illi g̃ ſua itẽtõe
fraudati cũ ṽecũdia receſſert̃. Cõſpice igit᷑ at
tẽte ipm vt ſup̃ i generali traditõne hũiſti. ꝛ
etiã ꝯſidera h̃ ꝙ ñ vult dñs ꝙ plati ꝛ dñi tpa
les i ſuo debito defraudẽt᷑. vñ pctm̃ ẽ ꝛ inbi
bitũ nõ ſoluere pedagia ꝛ gabellas ꝛ decĩas
ꝛ datiua alia. q̃ ꝑ tpales dños debite ꝛ eq̃li‑
ter oꝛdinant᷑.

De ceco illumĩato i hiericho ꝛ mlt'a alia
Capl'm.lxij.

Benigniſſimꝰ dñs q̃ ex nimia carita
te ḋ ſinu pr̃is ꝓ nr̃a ſalute deſcendit.
ſciẽs ꝙ tp̃s ſue paſſiõis inſtabat ad
eãdẽ. ṽſus hierl'm ſe ꝓ ipa ſuſcipiẽda pauit.
quã ꝛ diuitius tũc ꝑdixit ſꝫ nõ intellexert̃ eũ.
Cũ igit᷑ appropĩq̃ret hiericho cecꝰ q̃dã ſedẽſ
iuxta viã ꝛ mẽdicãs. cũ ĩtelligerꝫ a turbiſ eũ
inde trãſire. fortit᷑ cepit clamare mĩaꝫ. ꝛ licet
ĩcreparet᷑ a turba ñ ṽecũdabat᷑ nec tacebat.
Ad cuiꝰ fidẽ ꝛ feruoꝛẽ dñs ihs reſpiciẽs fec
eũ ad ſe adduci ꝛ dixit. Quid vis vt faciã ti‑
bi. O dulciſſimũ ṽbũ. q̃d vis vt faciã tibi. et
cecꝰ ad eũ. dñe vt videã. Et plꝰ dñs ꝯceſſit di‑
cẽs. Reſpice. ꝛ ſic eum illumĩauit. Cõſpice g̃
dñm ihꝫ ꝛ curialitatẽ eiꝰ diligẽt. Et ꝯſidera
h̃ de ṽtute fidei ꝛ oꝛõis ꝛ ꝙ oꝛõis ĩpoꝛtuni‑
tas ñ diſplicet deo. imo placet. Siĺe hũiſti ḋ
ḋ chananea. ꝛ ipe docꝫ in h̃ codẽ ca. ꝙ opꝫ
ſꝑ oꝛare ꝛ ñ deficere. dãs exẽplũ ḋ iudice a q̃
vidua ex ĩpoꝛtunitate ĩpetrauit qḋ petebat.
Alibi etiã dat exẽplũ ḋ eo q̃ de nocte como‑
dauit panes ex ĩpoꝛtunitate petẽtẜ. Et ſic ꝑ
ſeuerãtibꝫ ĩ petitõe fac dñs q̃cq̃d iuſte ac de
bite petũt a deo vt dicat ſingul'. q̃d vis vt fa
ciã tibi. ꝛ fac. imo plꝰ etiã ſepe fac q̃᷑ petat᷑ et
q̃᷑ audeat hõ petere. vt habes exẽplũ in Za
cheo. de q̃ infra ꝓprio dicemꝰ. Igit᷑ ꝯſtãti
habeas ꝙ q̃cq̃d fidelit᷑ ꝛ ꝑſeuerant᷑ petieris
a dño obtinebis. Nec ṽecũdari debes ſicut
nec ille cecꝰ nec chananea nec zachẽꝰ ṽecun
dati fuerũt petere gr̃as. ꝛ eas obtinuerunt.
Sic nec nos ṽecũdari dẽmꝰ ſuire deo. ꝛ pec
catũ ḋponere. ꝛ gr̃as nob̃ neceſſarias poſtu
lare. Dr̃e nãqꜵ pudoꝛẽ ꝛ ṽecũdiã ꝑtinꝫ qñqꜵ
ad magnã ṽtutẽ. ꝛ qñꝫ ad magnũ viciũ. ḋ q̃
ſic dĩ Ber. ĩ li. ḋ laude noue milicie. c. xij. Eſt
pudoꝛ adducẽs pctm̃ ꝛ pudoꝛ adducẽs glo
riã. Bonꝰ pudoꝛ q̃ peccaſſe aut certe peccare
ꝯfunderẜ. Et lꝫ oĩs hũanꝰ arbit᷑ foꝛte abſit.
diuinũ tñ tãto ṽecũdiꝰ reuererẜ aſpcũ. q̃nto
veriꝰ cogitas illũ plꝰ q̃᷑ hoĩeꝫ puꝝ ẽẽ. tãtoqꜵ
eũ g̃uiꝰ offendi a pctõre. q̃᷑to ꝯſtat lõgius ẽẽ
pctm̃ ab illo. Hmõi ꝓculdubio pudoꝛ fu‑
gat opprobriũ. ꝑat gl'aꝫ. dũ pctm̃ oĩno ñ ad‑
mittit. aut certe admiſſũ ꝛ penitẽdo punit ꝛ
ꝯfitẽdo expellit. Sꝫ cũ gl'a nr̃a h̃ ẽ teſti. ꝯſcie
nr̃e. q̃d ſi q̃ſqꜵ ꝯfiti ꝯfũdit᷑, ꝛ inde compũg᷑

talis pudoꝛ pctm̄ adducit. ⁊ gl'iam de ꝯſci/
entia ꝑdit. qm̄ malum qđ ex ꝓfundo coꝛdis
cōpunctōe conat᷑ expellere ⁊ pudoꝛ inept⁹
ꝯſtrictoꝛ labioꝝ oīo non ꝑmittit exire. O
verecūdia expers rōnis. inimica ſalutꝫ. to/
tius ignara honoꝛꝫ ⁊ honeſtatis. ita ne ve/
recundū eſt homī vinci a deo. ⁊ ꝑinde dicit᷑.
Humiliamini ſub potenti manu dei altiſſi/
mi. Summū victoꝛie gen⁹ dīne cedere ma/
ieſtati. ⁊ auctoꝛitati mr̄is eccl'ie nō relucta/
ri ſumm⁹ honoꝛ ⁊ gl'ia. O ꝑuerſitas nō pu/
det indignari. ⁊ ablui pedes pudet. Eſt pu/
doꝛ iuxta ſapientē adducēs gl'iam. ſi vide/
licet peccare pudeat vl' peccaſſe. ⁊ ita vl' cer/
ta gl'ia nō carebit. reducēte nimirū pudoꝛe
quē culpa fugauerat. Idem. lxxxvi. Cant.
Neſcio an q̄cꝫ grati⁹ verecundia aduerti
in moꝛib⁹ hoīm queat. q̄ eſt certe oīm oꝛna/
tus etatū. ſed tenere gr̄a verecūdie in tene/
rioꝛi ampli⁹ ⁊ pulchri⁹ eniteſcit. Quid ama/
bilius verecūdo adoleſcēte. q̄ꝫ pulchra hec
⁊ q̄ꝫ ſplendida gēma moꝝ in vultu ⁊ vita a/
doleſcētis. q̄ꝫ vera ⁊ mīme dubia. bone ſpei
nuncia. bone indolis index. Virga diſcipli/
ne eſt illi q̄ pudēdis affectib⁹ iminēs lubri/
ce etatis mot⁹ actuſq̄ꝫ leues coherceat ⁊ cō/
primat inſolētes. Quid itaq̄ꝫ turpiloquij ⁊
omnis deinceps turpitudinis verba fugi/
tans. Verecundia ſoroꝛ cōtinētie eſt. Nul/
lum eque mā̄ifeſtum indiciū colūbine ſim/
plicitatis. ⁊ iō etiā teſtis inocētie. Lampas
eſt pudice mētis. iugit᷑ lucens vt nil ī ea tur/
pe vel idecoꝝ reſidere attēptet. qđ nō illa il/
lico ꝓdat. Illa impugnatrix maloꝝū. ⁊ ꝓpu/
gnatrix puritatꝫ innate. ſpecial' gl'ia ꝯſciētie
eſt. fame cuſtos. vite dec⁹. v̄tutis ſedes. v̄tu/
tum ꝑmitie. nature laus ⁊ inſigne toti⁹ ho/
neſtatꝫ. ruboꝛ ipē genaꝝ quē foꝛte inuexerit
pudoꝛ q̄ntum gr̄e ⁊ decoꝛis ſuffoſſo afferre
vultui ſolet. Vſq̄ꝫ adeo germē animi bonū
verecūdia eſt. vt ⁊ q̄ male agere nō verētur.
videri tm̄ verecūdant᷑. opa nimiꝝ tenebraꝝ
⁊ digna latebrꝫ occultātes. Quid tā amicū
verecundo aīo q̄ꝫ ſecretū. Deniq̄ꝫ oꝛare vo/
lentes iubemur intrare cubiculuꝫ vtiq̄ꝫ ſe/
creti gr̄a. Illud q̄dē ad cautelā ne palā oꝛā/
tib⁹ nob' laus hūana. oꝛōnis furet᷑ fructuꝫ.
fruſtret᷑ affectū. ſed q̄d tā ꝓpriū verecūdie q̄ꝫ
ꝓprias vitare laudes. vitare iactātiā. Quid
tā indecoꝝ. maxīe adoleſcenti q̄ꝫ oſtentatio
ſanctitatꝫ. Bona comitatio ſecure oꝛōnis.
ſi ꝑmittas verecūdiā. Hucuſq̄ꝫ Bern̄. Que
aūt in hui⁹ ceci ꝯſideratiōe veniūt. potes cō/
ſiderare de duob⁹ alijs cecis tūc a dn̄o illu/
minatis. ſ. qn̄ exiuit de hiericho. Iſte em̄ fu/
it an̄ ingreſſum illumiat⁹. De illis autē dr̄
Matth. xx. ca. ⁊ Mar. x. vbi ponit᷑ nomen
vni⁹. Nā eodē mō vt iſte clamauerunt ⁊ re/
ſponſuꝫ ⁊ lumē a dn̄o receperūt.

## Qualiter dn̄s intrauit domū Zachee. Capitulū. lxiij.

Cum dn̄s ieſus ingrediēs ciuitatē
hiericho ambularet ꝑ eā zache⁹ ꝓn/
ceps publicanoꝝ hoc audiēs ⁊ de/
ſiderans vehement᷑ eū videre. nec valēs ꝓ/
pter multitudinē turbe. qꝛ ſtatura puſillus
erat. aſcēdit in arboꝛē ſicomoꝝ vt vl' ſic euꝫ
videre poſſet. Jeſus aūt cognoſcēs ⁊ acce/
ptans fidē ⁊ deſideriū ei⁹. dixit. Zachee fe/
ſtinans deſcēde. qꝛ hodie ī domo tua opoꝛ/
tet me manere. Tūc ille deſcēdit ⁊ euꝫ cum
magno gaudio ⁊ reuerētia ſuſcepit. ac ei cō/
uiuiū magnū ꝑparauit. Vidiſti curialitatē
dn̄i ieſu. Plus dedit zacheo q̄ꝫ ipē deſide/
raſſet. dedit ei ſeipm̄. qđ ille auſus petere n̄
fuiſſet. Hic igit᷑ habes de v̄tute oꝛōnis. Nā
deſideriū maxīa vox eſt. ⁊ magna oꝛō ē. Et
iō dicit ꝓpha. Deſideriū paupeꝝ exaudiuit
dn̄s. ꝑpara. coꝛ. coꝝ audiuit auris tua. Et
Moyſi dixit dn̄s. Quid clamas ad me. cū
ipē oꝛe tūc taceret ſed coꝛde loq̄ret᷑. Cōſpi/
ce ergo eū ſedentē. comedentē cū illis pctōꝛib⁹.
poſuit ſe in medio mēſe cū zacheo. ⁊ aliquē
ex illis honoꝛās poſuit in capite. familiarit᷑
⁊ domeſtice ꝯuerſabat᷑. vt eos ad ſe attrahe/
ret. Cōſpice etiā diſcipl'os libent᷑ cū eiſdem
pctōꝛib⁹ ꝯuerſantes. colloquētes cū eis. et
eos ad bona opa ꝯfoꝛtātes. Sciebāt enim
hāc eſſe voluntatē mgr̄i ſui. ⁊ ſalutē eoꝝ cu/
piebant.

## De ceco a natiuitate illuminato. Capitulū. lxiiij.

Cum iret dn̄s ieſus hierl'm. vidit ce/
cū a natiuitate cui⁹ nomē dr̄ fuiſſe
Cedoni⁹. ⁊ inclinans ſe hūilis dn̄s
fecit lutū de ſputo ⁊ liniuit oculos ei⁹. mit/
tens eū ad natatoriā ſyloe vt lauaret. Juit
ille cecus ⁊ oculos lauit ⁊ lumē recepit. Qđ
miraculū fuit ſolēnit᷑ examīatū ab illis ma/
liuolis. ⁊ ceſſit in ꝯfuſionē ipoꝝ. Vide hiſto/
riā euāgelij. qꝛ ſatis plana et pulchra ē. In
ꝑdictis aūt ꝯſpice dn̄m ihm̄ iuxta generalē
traditionē tibi datā. ⁊ ꝯſidera q̄ꝫ magna fu/
it hui⁹ ceci gratitudo. qꝛ ita virilit᷑ ⁊ ꝯſtant᷑



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

defendit partē dñi ihū ante ipos ꝑncipes
maiores iudeoꝝ. nec in vno ꝟbo pecat eis
cū tñ adhuc ñ vidiſſet dñm ieſum. Multū
cōmendabil̄ eſt virt⁹ gratitudīs ꝛ deo acce-
pta. ꝛ deteſtabile viciū ingratitudīs. De q̄
materia ſic dicit Bern̄. ſmo. l. Cant. Diſce
ad ſingula dona grãs agere. Diligent̄ inq̄t
ꝯſidera que tibi apponunt̄. vt nulla vicē dei
dona a debita grãꝝ actione fruſtrent̄. Non
grãdia. nō mediocria. nō puſilla. deniq̄ iu-
bemur colligere fragmēta ne pereãt. i. non
mīna bñficia obliuiſci. Nunquid nō perit
qḋ donat̄ ingrato. Ingratitudo inimica ē
anīe. exinanitio meritoꝝ. virtutū diſperſio.
bonoꝝ ꝑditio. Ingratitudo eſt vent⁹ vrēs.
ſiccans ſibi fontē pietatis. rorē miſcḋie. flu-
enta gratie. Hucuſq̄ Bern̄.

Quō dñs fugit de templo ꝛ abſcōdit ſe
qñ iudei voluerunt eū lapidare.

Capitulū. lxv.

Ecce modo incipiūt myſteria paſſio-
nis dñi. Vñ raro amodo auct̄es ad-
ducam. vt circa paſſionē ꝛ ei⁹ ꝑam-
bula poſſem cōmodi⁹ īmorari. Dū g̃ q̄daꝫ
vice dñs ieſus p̄dicaret in tēplo. ꝛ diceret i-
ter alia. Si q̄s ſermonē meū ſuauerit. mor-
tē nō guſtabit ineternū. Et illis rñdentib⁹
ergo tu es maior p̄re nr̄o abraaꝫ q̄ mortu⁹
eſt. Dixit dñs ihs. Antequã abraam fieret e-
go ſum. Ex q̄ verbo ſumētes occaſionē q̄ſi
impoſſibile vel mendaciū loq̄ret̄. tulerunt
lapides vt lapidarēt eū. Ipe vero abſcōdit
ſe. ꝛ exiuit de tēplo. nōdū eni venit hora paſ-
ſionis ſue. Cōſpice g̃ bñ h̄ eū cū dolore vehe-
menti. quō dñs oīm ſic vilipendebat̄ ab il-
lis neq̄ſſimis ſeruis. ꝛ quō volens eoꝝ fu-
rori cedere abſcondit ſe in aliq̄ loco templi
poſt aliquã columnã vel int̄ aliq̄s ꝑſonas.
Intuere ipm ꝛ diſcipulos meſte ꝛ inclina-
to capite tanq̄ imbecilles ꝛ debiles recedē-
tes.

Quō alia vice voluerūt lapidare ieſum.

Capitulū. lxvi.

Cum quadã alia vice in feſto enceni-
orū. i. in feſto dedicatiōis tēpli dñs
ieſus eſſet in porticu ſalomonis cir-
cūdederunt eū lupi illi rapaces cum furore
maximo ſtridētes dentib⁹ ꝛ dicētes. Uſq̄ q̄
tollis aīas nr̄as. Si tu es chriſt⁹. dic no-
bis palã. At mitiſſim⁹ agn⁹ humilit̄ reſpon-
dit eis dicēs. Loquor vob̄ ꝛ nō creditis mi-
hi. Opera q̄ ego facio in nomīe patris mei

teſtimoniū ꝑhibent de me. Conſpice ipm
nunc bñ ꝓ deo ꝛ totū negociū. Ipe quideꝫ
eis humilit̄ loquebat̄. Illi vero cuꝫ furore
caninis latratib⁹ ꝑſtrepebãt in eū ex omni
parte ſic eū circūdabant. Tandē nō potue-
rūt occultare venenū cordis. Acceperūt igi-
tur lapides vt iacerēt in eū. Sed dñs ihs
nihilomin⁹ blando ſmone locut⁹ eſt eis di-
cens. Multa bona opa oñdi vobis. ꝓpter
qḋ eoꝝ opus vult̄ me lapidare. Et illi inter
alia. q2 tu hō cū ſis facis teipm deuꝫ. Uide
mirabilē inſaniã. Ipi volebãt eū ſcire chri-
ſtum. ꝛ q2 ꝟbis ꝛ opib⁹ hoc cōprobabat. vo-
lebant eū lapidare. nec aliquã excuſationeꝫ
hr̄e pñt. q̄m potuerunt ꝛ debuerūt credere
dñm ieſum fuiſſe filiū dei. Quia ꝟo necduꝫ
venerat hora ei⁹. exiuit de manib⁹ eoꝝ et re-
ceſſit trãs iordanē ad locū vbi iohes bapti-
ʒauerat. q̄ diſtat a hierl̄m ꝑ. xviij. miliaria. ꝛ
ibi ſtabat cū diſcipul̄ ſuis. Conſpice g̃ tam
eū q̄ diſcipulos ꝯtriſtatos recedere. et eis
cōpatere toto poſſe.

De reſuſcitatione lazari. Cap. lxvij.

Preſens miracl̄m valdē celebre mul-
tūq̄ ſolenne cū deuotōe meditãdū
occurrit. ꝛ iō ſic te attentã exhibeas.
ac ſi pñs fuiſſes his q̄ hic dicta vl̄ facta fue-
runt. ꝛ libent̄ ꝯuerſeris. nō ſolū cū dño ie-
ſu ꝛ diſcipulis ei⁹. ſed etiã cū iſta benedicta
familia ſic dño deuota ꝛ a dño dilecta. ſ. la-
ʒaro. martha ꝛ maria. Languēte igit̄ laʒa-
ro ſorores ei⁹ p̄dicte q̄ familiariſſime dño
erant. ad eū miſerūt ad locū in quē receſſe-
rat. ſ. trãs iordanē. vt in ſupiori tractatu cō-
tinet̄. dicētes. Laʒar⁹ frat̄ nr̄ quē amas in-
firmat̄. Et ampli⁹ nō dixerūt. vel q2 h̄ ſuffi-
ciebat amãti ꝛ bñ intelligenti. vl̄ q2 timebãt
ipm ad ſe vocare cū ſcirēt maiores iudeoꝝ
inſidiari eidē ꝛ cupe mortē ei⁹. Dñs aūt ie-
ſus audito nuncio ſiluit ꝑ duos dies. et p⁹
dixit diſcipul̄ int̄ alia. Laʒar⁹ mortu⁹ eſt. et
gaudeo ꝓpt̄ vos. q2 nō erã ibi. Uide mirabi-
lē bonitatē ꝛ dilectionē dñi. ac ſolertiã circa
diſcipulos ſuos. Indigebãt adhuc maiori
robore ꝛ ꝟtute. vñ ipe libent̄ opabat̄ eoꝝ ꝓ-
fectū. Redierūt igit̄ ꝛ venerūt ꝓpe Bethani-
am. Martha ꝟo cū ſciuit. exiuit ei obuiã. ꝛ
ꝓcidens ad pedes ei⁹ dixit. Dñe ſi fuiſſes h̄.
frater me⁹ nō fuiſſet mortu⁹. Dñs ꝟo rñdit
ꝙ reſurgeret. ꝛ de reſurrectiōe adinuiceꝫ tra-
ctauerūt. Poſtea ꝟo mittit eam pro maria.
Hanc enim dñs ſingulariſſime diligebat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ipa vero vt ſciuit. feſtina ſurrexit et venit ad eũ. ꝛ pcidens ſil'ia verba Marthe dicebat. Dñs aũt ieſus videns dilectã ſuam afflictã lachrymoſaꝫ ꝛ deſolatã de fratre ſuo. nõ potuit etiã ipe lachrymas ↄtinere. Vñ tunc lachrymatꝰ eſt ieſus. Conſpice nũc bene ipm ꝛ illas. ꝛ etiã diſcipulos. An nõ credis ꝙ ꝛ ipi fuerũt lachrymati. Poſt aliquaꝫ morulã ſic ploratibꝫ cũctis dixit dñs ieſus Vbi poſuiſtis euꝫ. Ipe em̃ hoc ſciebat. ſed more hũano locutꝰ eſt. Tunc ille dixerunt. Dñe veni ꝛ vide. ꝛ ducebãt eũ ad ſepulchꝝ. Vadit igiꝛ dñs ieſus mediꝰ inter duas ſorores. ↄſolans ꝛ ↄfortans eas. Ipe ṽo tũc de ſua pñtia ↄſolabanꝛ. ꝙ q̃i om̃is doloris ꝛ ois rei oblite in eũ ſolũmodo intẽdebant Cũqꝫ ſic incederẽt tres ſimul ꝑ viã. dicebat magdalena. Dñe q̃liter fuit vobis ex quo receſſiſtis a nobis. dolor vehemẽs fuit mihi de vr̃o receſſu. ꝛ nunc cũ vos rediſſe audiui magnũ gaudiũ habui. ſed nihilominus timui ꝛ multũ timeo. Scitis em̃ q̃nta machinanꝛ aduerſum vos ꝑ̃ncipes ꝛ maiores noſtri. ꝓpterea nõ fuimꝰ auſe mittere vt veniretis. Gaudeo ꝙ veniſtiſ. ſed rogo vos pro deo vt caueatiſ vobis ab illoꝝ inſidijs. Dominꝰ aũt rñdebat. Nõ timeatis. qꝛ pater ſuper his ꝓuidebit. Et ſic colloquẽdo ad inuicem venerũt ad monumẽtũ. Tunc iuſſit dñs ieſus eleuari ex eo lapidẽ ſuppoſitum. ſed ↄtendebat martha dicẽs. Dñe fetet. q̃driduanꝰ em̃ eſt. O deꝰ vide mirabilẽ amorẽ iſtarũ ſororũ erga dñm ieſum. nolebant em̃ ꝙ fetor tãgeret nares eiꝰ. Nihilominꝰ tamen imo multo magis dñs fecit lapidẽ eleuari. Quo facto. ipe dñs ieſus eleuatiſ oculis in celũ. dixit. Gratias tibi ago pr̃ q̃m audiſti me. ego aũt ſciebã qꝛ ſemꝑ me audis. ſꝫ ꝓpter iſtos dico vt ſciant. quia tu me miſiſti. Aſpice nũc bene ipm ſic orantem ꝛ ↄſidera ꝫelũ eiꝰ ad aniaꝝ ſaluteꝫ. Deinde clamauit voce magna dicẽs. Lazare veni foras. Et ſtatim reuixit ꝛ ꝓſilijt foras. ligatꝰ tamen ſicut fuerat ſepultꝰ. Diſcipuli ṽo ad dñi ꝑ̃ceptũ ſoluerũt eũ. Qui ſolutꝰ ꝛ etiã ꝑ̃dicte ſorores genuflectẽtes gr̃as egerunt dño ieſu de tanto beneficio. ꝛ duxerũt eũ ad domuꝫ ſuã. Stupuerũt aũt q̇ ibi fuerãt ꝛ hec viderãt. ꝛ diuulgatũ fuit miraculũ adeo vt multitudo magna a hierl'm ꝛ alijs partibꝫ venirent ad videndũ lazarũ. ꝛ ꝑ̃ncipes iudeorũ ſe ↄfuſos reputãtes. de ipo occidendo cogitauerunt.

## De maledictione ficus. Ca. lxviij.

Q q Uãuis ſm̃ fidem hyſtorie maledictio ficus ꝛ ꝑ̃ſentatio adultere in tẽplo credanꝛ fuiſſe poſt aduentũ dñi ieſu in hierl'm ſuꝑ aſello. qꝛ tñ videꝛ aptius nil poſt ipm aduẽtũ meditari. niſi de ſua cena ꝛ paſſione. ꝛ eaꝝ circũſtantijs. iõ cogitaui iſta duo h̃ ponere. Cũ igiꝛ dñs ieſus vadens ṽſus hierl'm eſuriret vidit ficũ ornatam ꝛ pulchrã de folijs. ꝛ appropinquans ꝛ nõ inueniẽs ficus. maledixit ei. ꝛ ſtatĩ aruit ita vt mirarenꝛ diſcipuli. Cõſpice igiꝛ eum ꝛ diſciplos in ꝑ̃dictiſ iuxta formã generaleꝫ ſuꝑ̃ traditã tibi. Conſpice etiã qꝛ myſtice h̃ factũ eſt a dño. cũ ſciret nõ eſſe tp̄s ficuum. Per talẽ igiꝛ arborẽ virentẽ folijs intelligi pñt verboſi ꝛ loq̃ces ſine opibꝫ. necnõ etiaꝫ hypocrite ac ſimulati q̇ exteriorẽ apparentiam hñtes interiꝰ vacui ſunt ꝛ infructuoſi.

## De muliere in adulterio app̄henſa. Capitulũ. lxix.

V v Igilabant in malicijs ſuis peſſimi ꝑ̃ncipes ꝛ pharifei ↄtra dñm ieſuꝫ ꝛ ſollicite ꝑtractabãt quõ eũ ꝑ aſtucias ꝛ fallacias vincerẽt. ꝛ odibilẽ ꝑplo redderent. ſed retorq̃banꝛ in eos ſagitte eoruꝫ. Cũ igiꝛ q̃dã mł'r fuiſſet in adulterio deprehenſa. ꝛ ſm̃ legẽ deberet lapidari. adduxerũt eã ad ipm in tẽplo. q̃rentes q̃d de ipa faciendũ eſſet. q̃i volẽtes eũ ponere in ꝑplexitatẽ. vt ſi legẽ ſeruandaꝫ diceret notareꝛ de crudelitate ꝛ imiſcdia. ſi nõ ſeruãdã. notaretur de iniuſticia. Sapiẽs aũt dñs eorũ rhetia cognoſcẽs. ꝛ declinare ſciens inclinauit ſe hũiliter. ꝛ digito ſcribebat in tr̃a. vt dicit glo. ꝙ ſcribebat pc̃ã eoꝝ. Erat igiꝛ illa ſcriptura tante ṽtutis. ꝙ q̇libet eoꝝ cognoſcebat in ea pc̃ã ſua. Dñs aũt erigẽs ſe. dixit. Qui ſine pc̃õ eſt vr̃m. ꝑmꝰ in illã lapidem mittat. Et iterũ ſe inclinauit curialis dñs. etiã ꝓ emulis ꝛ aduerſarijs ſuis ne verecũdarenꝛ. At illi diſceſſerũt oẽs. ꝛ euanuerũt eoꝝ aſtucie. Mulierẽ aũt monitã ne amplius peccaret dñs ieſus licenciauit. Cõſpice igiꝛ bene ipm in oibꝫ ꝑ̃dictis factiſ ꝛ ṽbis.

## De cõſpiratõe iudeoꝝ ↄtra ieſum. Et de fuga eiꝰ in ciuitatẽ effrem. Capl'm. lxx.

A Appropinquãte tp̄e q̇ dñs ieſus diſpoſuerat nr̃am redẽptionẽ ꝑ effuſionẽ ꝓprij ſanguis opari. armauit diabolus ſatellites ſuos ꝛ acuit corda eoruꝫ

ꝯtra ipm dñm vſq ad occiſionē ipius. ⁊ ex bonis opib dñi. maxime aūt ꝓpter ſuſcitationē lazari magis ac magꝫ accēdebanᷓ tāq magꝫ inuidia tabeſcētes. Nō valētes igitur ſuū furorē ptelare. collegerūt pōtifices ⁊ pharisei ꝯciliū. in q̄ Cayphas ꝓphetāte deliberauerūt ipm agnū innocentiſſimū occidere. O prauū ꝯciliū. O peſſimi duces ꝑplī. ⁊ ꝯſiliarij nequiſſimi. Quid agitꝫ miſeri. q̄d vos furor exagitat tantꝰ. q̄ ordinatio ē hec. q̄ cauſa occiſiōis dñi dei vr̄i. Nōne ipe i medio vr̄m eſt quē tñ neſcitꝫ. ⁊ intelligit oīa verba vr̄a. ⁊ ſcrutaᷓ renes ⁊ corda. Sed ſic fieri oportet vt deſideraſtꝫ. in manib vr̄is tradidit eū pr̄ ſuus. p vos occideᷓ. ſed nō p vobis. Ipe quidē morieᷓ ⁊ reſurget vt ſaluet ꝑplm ſuū. ⁊ vos ꝑibitꝫ. Diuulgatū fuit iſtud conſiliū. ſed ſapiēs dñs volens dare locum ire. ⁊ etiā q: nōduz erāt oīa cōpleta. abijt in regionē iuxta deſertū i ciuitatē effrem. ⁊ ſic fugit humilꝰ dñs ante faciē nequiſſimoꝝ ſeruoꝝ. Cōſpice ꝗ ꝑdictos nepharios in ſuo ꝯſilio peſſimo eſtuātes. Cōſpice etiaz dñm ieſum. ſilr̄ ⁊ diſcipulos recedētes tanq imbecilles ⁊ paupes. Quid tu putas magdalenā dixiſſe. Sed ⁊ q̄lis animi mr̄ dñi ieſu erat. cū ſic eū recedere videret ⁊ audiret cauſam. q: volebāt eū occidere. Potes hic meditari dñam ⁊ ſorores eiꝰ tunc remāſiſſe cū magdalena. ⁊ dñm ieſum eas oēs cōſolatas fuiſſe de cita ſua reuerſione.

¶ Quō dñs ieſus redijt in bethaniam vbi maria magdalena vnxit pedes eius.

Capitulū. lxxi.

Sicut in ſupioꝛib ad inſtructionez nr̄am dñs ieſus fugiēdo vſus ē prudentia. oñdēs ꝙ p loco ⁊ tpe furorē ꝑſequētiū caute declinare debemꝰ. ita nunc vtitur foꝛtitudine. q: debito tpe īminente ſponte redit vt ſe offerat paſſioni. ⁊ ſe in manus ipoꝝ ꝑſequētiū tradat. ſicut alias fuit vſus tꝑantia cū fugit honorē qñ turbe voluerūt eū facere regē. ⁊ ecōtrario vſus ē iuſticia cū voluit tanq rex honorari qñ ꝑplꝰs cū ramis arboꝝ occurrit eidē. ſatis modeſte tñ ipm honorē voluit. ⁊ iō aſellū aſcēdit. vt hic refert Berñ. in ſmone diei oliuaruz. Iſtis igiᷓ q̄ttuoꝛ ꝟtutib. ſ. prudētia. foꝛtitudīe. tꝑantia ⁊ iuſticia vſus ē dñs ꝟtutū propter nr̄am inſtructionē. Dicunᷓ aūt cardinales eſſe ac ꝑncipales. q: ab eis oēs alie ꝟtutes moꝛales deſcendūt. Nō igiᷓ eſtimādus eſt fuiſſe variꝰ vel incōſtans ſic nec aliq̄s alius q̄ ſm diuerſos caſus in diuerſis virtutib ſe exercet. Redit igiᷓ dñs ihs die ſabbati ante diē palmarū in bethaniā que eſt ꝓpe hierlm q̄i ad duo miliaria. ⁊ ibi fecerunt ei cenā in domo ſymonis leproſi. ſed ⁊ ibi fuerūt lazarꝰ. martha ⁊ maria. Erāt eñ foꝛte ꝯſanguinei vel multū domeſtici eiuſdē ſimonis. Tunc autē maria fudit ſup caput eiꝰ librā vnguēti ꝑcioſi. et ex eo vnxit ei caput ⁊ pedes. Et qd alia vice fecit in eadē domo ex ꝯtritione. nunc faciebat ex deuotione. diligebat eñ eū ſup oīa. ⁊ de obſequēdo eidē ſatiari nō poterat. Sed murmurauit de hoc ꝓditoꝛ iudas. p qua dominus rn̄dit ⁊ eā debito moꝛe defendit. nihilominꝰ tñ ꝓditoꝛ indignatꝰ remāſit. et inde ꝓditiōis occaſionē aſſumpſit. ⁊ die mercurij ſequēti dñm ieſum p. xxx. argēteis vendidit. Conſpice igiᷓ eū cenantē cū illis ſuis amicis. ⁊ cōuerſantē cū eis. illis paucꝫ dieb ſcꝫ vſq ad paſſionē ſuā. Sed ampliꝰ in domo lazari. domꝰ nanq ipiꝰ ⁊ ſoroꝛis eiꝰ erat ſuū refugiū generale. ibi comedebat de die ⁊ doꝛmiēbat de nocte cū diſcipulꝭ ſuis. Ibi etiā maᷓ eiꝰ dña nr̄a cū ſoroꝛib q̄ſcebat. et multū honoꝛabāt eā omēs. ⁊ maxime magdalena ſemp ſociando eā. nec ab ea vllatenꝰ diſcedendo. Conſpice ergo ipam dñam. q: ſtat timoꝛe ꝑterrita d̄ dilectiſſimo filio ſuo nec ſe ab illo vllo tpe ſeꝑabat. ⁊ cū dominꝰ defendēs magdalenā a murmure ꝓditoꝛꝫ. dixit. Mittens hec vnguētū hoc in coꝛpus meū ad ſepeliendū me fecit. An nō credis ꝙ huiꝰ ꝟbi gladius mr̄is aīam ꝑtranſiret. Quid eñ de moꝛte ſua poterat expꝛeſſius dicere. Silr̄ ⁊ oēs alij ſtabāt ꝑterriti ⁊ anxijs cogitatōib pleni colloquētes adinuicem vnꝰ cū altero hincinde. moꝛe illoꝝ qui hn̄t dura ⁊ aduerſa tractare. ⁊ maxīe timebant qñ ibat in hierlm. qd faciebat q̄libet die. Multa eñ ab iſta die ſabbati vſq ad diē cene locutꝰ eſt iudeis. ⁊ opatus eſt palā in hierlm. de q̄b nō intendo referre niſi de aduentu ſup aſello. ne meditatio ipiꝰ impediaᷓ. Sumꝰ eñ in ianuis paſſiōis. Unde totū tuū recollige ſpm ne ad alia ſit diſtractus. vt tā ad hec myſteria q̄ ꝑcedunt q ad ipam paſſionez mente vacua curis. ⁊ valde ꝑuigil poſſis intēdere. ⁊ interim libenᷓ conuerſeris in bethania cū ꝑdictis.

¶ De aduentu dñi in hieruſalez ſup aſello.

Ibidē quō ieſus dr̄ trib⁹ modis fleuiſſe.
Capitulū.lxxij.

Appropinquabant myſteria. implebant ſcripture p̄ dn̄m ihm. appropinquāte tpe q̄ zelabat remediū mundo ꝯfer re p̄ ꝓprij corpis paſſionē. Igit̄ die ſequenti ſūmo mane. ſ. die dn̄ica parauit ſe ad eūdū in hierl'm nouo ⁊ incōſueto mō. ſed ſic fue rat ꝓphetatū. Cūqꝫ p̄gere vellet mr̄ pio affectu retrahebat eū. dicēs. Fili mi q̄ vis ire. tu ſcis ꝯſpirationē ꝯtra te factā. quō va dis inter eos? Rogo te vt nō vadas. Silr̄ ⁊ diſcipulis alijs videbat̄ intolerabile ꝙ ibat ⁊ vt poterāt retrahebant eū. Dicebat mag dalena. nō eatis mgr̄ p̄ deo. Vos ſcitꝭ ꝙ de ſiderāt mortē vr̄am. Si vos itis ī man⁹ eo rū. hodie vos capient. ⁊ habebūt intentuꝫ ſuū. O de⁹ quō diligebāt eū. ⁊ quō erat eis amarū q̄cquid lederet ipm. Ipe v̄o alit̄ di ſpoſuerat q̄ vniuerſoꝝ ſalutē ſitiebat. ⁊ re ſpōdebat eis. Volūtas p̄ris mei eſt ꝙ ego vadam. ſinite. nō timeatis. q2 ipe defendet nos. ⁊ hoc ſero huc redibimus illeſi. Cepit igit̄ ire. ⁊ illa parua comitiua ſed fidel' ſecu ta eſt ipm. Cū aūt venit bethphage. ſ. in vi culū quendā in medio itineris. miſit duos diſcipulos in hierl'm vt ſibi adducerēt aſi nā ⁊ pullū eius. alligatos ī loco publico ad miniſteria pauperū deputatos. Quo facto dn̄s ih̄s p̄mo ſup̄ aſinā. ⁊ paꝝ poſt ſup̄ pul lū humilit̄ aſcendit. ſup̄ quos diſcipuli ve ſtimenta ſua poſuerant. Et ſic eq̄tabat dn̄s mūdi. ⁊ q̄uis iuſtiſſimū foret eum honorari. honorꝭ tn̄ tpe talib⁹ dextrarijs ⁊ falerꝭ vſus fuit. Conſpice nūc bene ipm. ⁊ vide quō in hoc ſuo honore vitup̄auit honorabilē pom pam mūdi. Nō em̄ fuerūt hec aīalia frenis ⁊ ſellis deauratꝭ ⁊ falerꝭ ſericatꝭ ornata mo re ſtulticie mūdialis. ſed vilib⁹ pānis ⁊ duo bus funicul' cū eſſet rex regū ⁊ dn̄s dn̄orū. Turbe aūt cū ſciuerūt iuerūt obuiā ei. ⁊ vt regē cū laudib⁹ ⁊ canticꝭ cū veſtiū ſuaꝝ ⁊ ra moꝝ arboꝝ ſtratione ac leticia magna ſu ſceperūt eū. Immiſcuit aūt cum iſta leticia fletū. Nāqꝫ cū vidit hierl'm fleuit ſup̄ illā di cens. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu ſuppl' fleres Et debes ſcire ꝙ trib⁹ vicib⁹ legim⁹ dn̄m ie ſum fleuiſſe. Vna de morte lazari. ſ. hūanaꝫ miſeriā. Alia h̄ ſcꝫ hūanā cecitatē ⁊ ignorā tiā. Hic em̄ fleuit. q2 nō cognouerūt tp̄s vi ſitatōis ſue. Tercia vice fleuit in paſſiōe ſua ſcꝫ hūanā culpā ⁊ maliciā. q2 videbat ꝙ paſ ſio ſua oīb⁹ ſufficiebat. ⁊ tn̄ nō omib⁹ ꝓficie bat. q2 nō reprobis ⁊ durꝭ corde ac impeni tētib⁹. Et de hac refert ap'ls ad Heb. dicēs. de tpe ſue paſſiōis. Quia cū clamore vali do ⁊ lachrymis exaudit⁹ eſt p̄ ſua reuerētia De his trib⁹ vicib⁹ habet̄ in textu. ſꝫ ⁊ alias tenet eccl'ia ꝙ fleuit. ſ. infantul⁹. ⁊ iō cantat. Vagit infans int̄ arta poſit⁹ p̄ſepia. qd̄ fa ciebat vt myſteriū incarnatōis diabolo oc cultaret. Cōſpice ḡ bene ipm nūc flentē. nā ⁊ flere deberes cū eo. Flet em̄ largit̄ ⁊ forti ter. q2 nō ſimulate ſꝫ vere dolebat cum ipis Vn̄ corde amaro flebat illoꝝ p̄iculū et̄nale Predixit etiā tūc ipoꝝ excidiū corp̄ale. Cō ſpice etiā diſcipulos q̄ diligent̄ vadūt iux ta eū cū tremore ⁊ reuerētia. Ipi ſunt baro nes ⁊ comites ſui domicelli ⁊ dextratores. Cōſpice etiā mr̄em cū magdalena ⁊ alijs fe minab⁹ ſeq̄ntes attēte poſt eū. Nec credere debes ꝙ ipo flēte potuerūt mr̄ et alij ſui la chrymas ꝯtinere. Intrauit ḡ dn̄s ih̄s cum iſto triūpho ⁊ honore turbaꝝ in ciuitatē. de q̄ ciuitas cōmota eſt. Venit aūt ad tēplum ⁊ eiecit emētes ⁊ vendētes. Et hec fuit ſcd̄a eiectio. Et ſtetit dn̄s ieſus publice in tēplo p̄dicans p̄p'o ⁊ r̄ndens p̄ncipib⁹ ⁊ phariſeis vſqꝫ ꝗ ſero. Et lꝫ ſic honorat⁹ fuiſſet ab illis. nō eſt inuent⁹ aliq̄s qui eū etiā ad bibendū inuitaret. Tota igit̄ die ipe ⁊ ſui ieiunaue runt. ⁊ ſero cū eis bethaniā redijt. Cōſpice ergo ⁊ nunc bn̄ ipm. q2 valde hūilit̄ vadit p̄ ciuitatē cū illis paucꝭ q̄ ſic honorifice vene rat mane. Et q̄ potes ꝯſiderare ꝙ parū eſt de mūdano curandū honore. q̄ ſic termina tur in breui. Potes etiā ꝯſiderare quō mag dalena ⁊ alij gaudebāt qn̄ honorabat̄ a tur bis. ⁊ multo magis qn̄ bethaniā redierunt illeſi.

¶ Quō dn̄s ieſus mortē ſuā p̄dixit matri.
Capitulū.lxxiij.

Hic poteſt interponi meditatio val de pulchra. de q̄ tn̄ ſcp̄tura nō loq̄ tur. Cenāte naqꝫ dn̄o ieſu die mer curij cū diſcipulis ſuis in domo Marie et marthe ⁊ etiā mr̄e ei⁹ cum mulierib⁹ in alia parte dom⁹. Magdalena miſtrās rogauit dn̄m dicēs. Mgr̄ ſitis mēoꝝ ꝙ facietis pa ſcha nobiſcū. Rogo vos vt hoc nō denege tis mihi. Quo nullaten⁹ acq̄eſcente. ſed di cente. ꝙ in hieruſalē faceret paſcha. Illa re cedens miro cum fletu ⁊ lachrymis. vadit ad dn̄am. ⁊ his ei narratis rogat vt ipa euꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ibi ī paſchate teneat. Cena igiꝰ facta. vadit
dn̄s ieſus ad mr̄em. et ſedet cū ea ſeorſum
colloquēs cū ea. ⁊ copiā ei ſue pn̄tie p̄bens
quā in breui ſubtractur⁹ erat ab ea. Cōſpi/
ce nūc bene ipos ſedentes. ⁊ quō dn̄a reue/
renter eū ſuſcipit. ⁊ cū eo affectuoſe moraꝰ.
⁊ ſilr̄ quō dn̄s reuerenꝰ ſe habꝫ ad eā Ipis
igiꝰ ſic colloquētibꝫ Magdalena vadit ad
eos. ⁊ ad pedes eoꝝ ſedēs dicit. Dn̄a ego in/
uitabaꝫ mgr̄m vt hic faceret paſcha. ipē ve
ro videꝰ velle ire in hierl̄m ad paſchanduꝫ.
vt capiaꝰ ibi. Rogo vos vt nō pmittatꝭ euꝫ
ire. Ad quē mr̄. Fili mi rogo te vt nō ſic fi/
at. ſed faciam⁹ hic paſcha. Scis em̄ ꝙ inſi/
die ad te capienduꝫ ordinate ſunt. Et dn̄s
ad eā. Mater cariſſima volūtas pr̄is eſt. vt
ibi faciā paſcha. qꝛ tp̄s redēptiōis aduenit
Modo iplebunꝰ oīa q̄ de me ſcp̄ta ſunt.
⁊ faciēt in me quicq̇d volent. At ille cū ingē/
ti dolore hec audierūt. qꝛ bene intellexerūt
ꝙ de morte ſua dicebat. Dicit igitur mr̄ vix
valens ꝟba formata pferre. Fili mi tota cō/
cuſſa ſum ad vocē iſtā. ⁊ cor meū dereliquit
me. Prouideat pr̄. qꝛ neſcio q̇d dicā. Nolo
ſibi ꝯtradicere. ſed ſi ſibi placeret. roga euꝫ
vt differat ad pn̄s. ⁊ faciam⁹ hic paſcha cuꝫ
iſtis amicis nr̄is. ipē vero ſi ſibi placebit po/
terit de alio mō redēptōis ſine morte tua p/
uidere. qꝛ oīa poſſibilia ſunt ei. O ſi vide/
res intꝰ hec verba dn̄m plorantēꝫ. modeſte
tn̄ ⁊ plane. ac magdalenā tanꝙ̄ ebriā ꝟ ma/
giſtro ſuo largiꝰ ⁊ magnis ſingultibꝫ flentē.
forte nec tu poſſes lachrymas ꝯtinere. Cō/
ſidera in quo ſtatu eſſe poterant qn̄ hec tra/
ctabanꝰ. Dixit em̄ dn̄s blande ꝯſolans eas
Nolite flere. ſcitis ꝙ obediētiā pr̄is me im/
plere oportet. ſed ꝓ certo ꝯfidite. qꝛ cito re/
uertar ad vos ⁊ tercia die reſurgaꝫ incolu/
mis. In monte igiꝰ ſyon ꝑm volūtatē pr̄is
faciā paſcha. Dicit autē magdalena ex q̄ nō
poſſumus eū hic tenere. ſimus ⁊ nos in do/
mo nr̄a in hierl̄m. ſed credo ꝙ nūꝙ̄ habui
paſcha ſic amarū. Acq̇euit dn̄s ꝙ ⁊ ipē ī di/
cta domo facerent paſcha.

¶ De cena dn̄i. Itē de menſa ⁊ mō ſedendi
in mēſa. Exemplū q̇nꝙ̄ virtutū xp̄i in cena
Item q̇nꝙ̄ ex ꝑmone dn̄i. Cap. lxxiiij.

Aduenientē iā ⁊ imminēte tp̄e miſe/
rationū ⁊ miſc̄diaꝝ dn̄i ieſu q̄ diſpo/
ſuerat ſaluā facere plebem ſuā ⁊ eā
redimere nō corruptibili auro ⁊ argēto ſed
ꝑcioſiſſimo ſanguine ſuo, voluit cenā face/
re cū diſcipulis ſuis notabilē anteꝙ̄ ab eis
ꝑ mortē diſcederet in ſignū memoriale re/
cordationis. ac etiaꝫ vt cōpleret myſteria q̄
reſtabant cōplenda. Fuit aūt hec cena ma/
gnifica valde. ⁊ magnifica ſunt que fecit ibi
dn̄s ieſus. Ad q̄ intuenda te cū ſūma atten/
tione pn̄tem exhibe. qꝛ ſi hoc digne ⁊ vigi/
lanter fecerꝭ nō patieꝰ te curialis dn̄s redi/
re ieiunā. Circa ipām igiꝰ q̇ttuor p̄ncipa/
liter q̄ ibi notabiliꝰ facta fuerūt. meditāda
occurrunt. Primo ipa corporalis cenatio.
Scd̄o pedū diſcipuloꝝ ꝑ dn̄m ieſum ablu/
tio. Tercio ſacramēti ſui ſacratiſſimi cor/
poris inſtitutio. Et q̇rto pulcherrimi ꝑmo/
nis ꝑ ipm̄ cōpoſitio. De quibꝫ ꝑ ordinē vi/
deamus. Circa p̄mū attende ꝙ petrus ⁊
iohēs iuerunt iuſſu dn̄i ieſu ad q̄ndā ami/
cum ſuū in montē ſyon. vbi erat cenaculuꝫ
grande ſtratū ad parandū paſcha. Sed et
dn̄s cū alijs diſcipulꝭ die iouis adueſperan/
te die ciuitatē intrauit. ⁊ ad ipm̄ locum iuit.
Aſpice nunc igiꝰ eū ſtantē in aliq̄ parte do/
mus ⁊ colloquētē cum ſuis diſcipulis ſalu/
bria. ⁊ interim in cenaculo parabaꝰ ꝑ eis ꝑ
alijs de. lxxij. diſcipulis paſcha. Legiꝰ naꝙ̄
in legenda ſc̄i Marcialis ꝙ ipē cū alijs/
b⁹ de. lxxij. diſcipulꝭ fuit ipo die ſero ad mi/
niſtrandū dn̄o ieſu qn̄ lauabat pedes diſci/
puloꝝ ſuoꝝ. Cū aūt eſſent oīa in cenacu/
lo parata dilectiſſim⁹ iohēs q̄ ſollicite ibat
⁊ redibat ad parandū ⁊ iuuandū in p̄para/
tione p̄fata. venit ad dn̄m ihm̄ dicēs. Dn̄e
vos poteſtis cenare qn̄ placet vobis. quia
oīa ſunt parata. Conſpice nūc bene ⁊ mo/
roſe oīa q̄ dicunꝰ ⁊ fiunt. qꝛ viſceroſa ſūt
valde. nec abbreuiāda ſunt ſicꝰ cetera dn̄i ie/
ſu facta. ſed poti⁹ dilatanda. In hꝭ igiꝰ eſt
maxima vis oīm meditationū de ipo. ſed ⁊
amoris iſti⁹ mag̃. ſ. ꝑter exceſſiua inſignia.
que in hac cena facta fuerūt. Surgit ꝭ do/
min⁹ ieſus ⁊ diſcipuli ei⁹ cū eo. Iohēs vero
ei⁹ lateri ſe iungens ab eo ſe deinceps nul/
laten⁹ ſepauit. Nullus em̄ ſic fideliꝰ ac fami/
liariꝰ adheſit ei ſicut iohēs. Nā cū capt⁹ fu/
it introiuit cū eo in atriū p̄ncipis ſacerdo/
tū. nec in crucifixiōe. nec in morte nec poſt
mortē dimiſit eū q̄uſꝙ̄ fuerat ipē ſepultus
In hac aūt cena iuxta eū ſedit. licet eſſet mi/
nor alijs. Intrāt aūt cenaculū omēs. lauāt
man⁹ ⁊ circūſtantes mēſam deuotiſſime be/
nedicunt. Aſpice bene ꝑ ſingula. Scire au/
tē debes ꝙ ipa mēſa erat ī terra. ⁊ more an/

tiquoꝝ in ťra ſederūt ad cenā. Erat autem
mēſa q̄dra vt credit̄. de pl'ib' tñ tabell'. quaꝫ
ego vidi rome in eccīa lateranēſi. ⁊ ego eam
met mēſuraui. Eſt aūt in vno q̄dro duorū
brachioꝝ ⁊ triū digitoꝝ vel palmi vl' citra.
ita ꝙ licet arte tñ in q̄libet q̄dro vt creditur
tres diſcipuli ſedebāt. ⁊ dñs ih̄s hūilit̄ in q̄
dā angulo. ita ꝙ oēs in vno catino comede
re poterāt. Et ꝓpterea nō intellexerūt eū di
ſcipuli qñ dixit. Qui intingit mecū manū i
parapſide hic me tradet. q2 oēs pit̄er intin/
gebāt. Bñdictiōe igit̄ facta ꝑ dexteraꝫ dñi.
ſedent circa mēſam. iohe ſedente iuxta do/
minū ih̄m xp̄m. Agn⁹ paſchal' tūc eis defer/
tur. Sed attēde ꝙ dupliciť poterꝭ h̄ medi/
tari. Vno mō ꝙ ſedeāt ſic iā dixi. Alio mo/
do vt ſtent recti cū bacul' in manib' come/
dētes agnū cū lactucꝭ agreſtib'. ⁊ ita obſer/
uantes q̄ in lege dñi mādant̄. dūmō poſtea
eos mediterꝭ ſedere ad aliq̄d mādu cādum
vt ex plib' locis text⁹ ꝑt colligi. q2 nec iohā/
nes recūbere ſup̄ pect⁹ dñi alit̄ potuiſſet ni
ſi ſedendo. Delato ḡ agno paſchali aſſo. ac/
cepit eū ver⁹ ⁊ īmaculat⁹ agn⁹. ſ. dñs ih̄s q̄
erat i medio illoꝝ tāq̄ꝫ q̄ miſtrat. ſciditq̄ꝫ eū
i fruſta. diſcipl'is alacrit̄ porrexit. ⁊ ad come
dendū ꝯfortat. Ipi ꝟo comedebāt. ſed ala/
critatē nō capiebant ſemꝑ pauidi. ne noui/
tas ꝯtra dñm fieret. Cenātib' aūt eis pate/
fecit factum aptius ⁊ int̄ alia ita ait. Deſide
rio deſideraui h̄ paſcha mādu care vobiſcū
anteq̄ꝫ patiar. Vn⁹ aūt vr̄m me traditur⁹ ē.
Hec vox in corda ipoꝝ vt gladius acutiſſi
mus intrauit. ⁊ comedere ceſſauerūt. aſpici
entes ſcip̄os inuicē ⁊ dicentes. Nunq̄d ego
ſum dñe. Aſpice nūc bñ ipos ⁊ cōpatere tā
dño ih̄u q̄ꝫ ipis. q2 in magno dolore ſūt po
ſiti. Ipe aūt ꝓditor ne viderent̄ hec ꝟba ꝑti
nere ad ipm comedere nō ceſſauit. Johes
vero ad inſtantiā petri q̄ſiuit ⁊ dixit. Domi
ne q̄s eſt q̄ tradet te. Et dñs ih̄s tāq̄ꝫ ſingu
lari dilecto familiarit̄ ei apuit. Johes vero
ſtupefact⁹ ⁊ cordialit̄ gladiat⁹ ꝟſus eū ſe in/
clinauit ⁊ ſuꝑ pect⁹ ei⁹ recubuit. Petro aūt
dñs nō dixit. q2 vt dicit Aug⁹. Si ipm ſci/
uiſſet. dentib' ꝓditorē diſcerpſiſſet. Sed ꝑ
petrū ſignant̄ actiui. ꝑ iohem ꝯtēplatiui vt
dicit Aug⁹. in eadē Omel'. euāge. qd̄ legit̄ i
feſto ſcti iohis. Vñ habes h̄ argumentū ꝙ
ꝯtēplatiu⁹ nō intromittit ſe de actib' extrin
ſecis. de ipis etiā offenſis dñi vindictā non
expetit. ſed gemit interi⁹. ⁊ per orōnes ſe ad

deū ꝯuertit. ⁊ forti⁹ ei ꝑ ꝯtēplatiōnē approxi/
mans. eiq̄ꝫ inherēs. oīa ſue diſpoſitōi cō/
mittit. Nā aliq̄ñ ipe ꝯtemplatiu⁹ ex zelo dei
⁊ aniaꝝ exteri⁹ exit. vt ſuꝑ pleni⁹ habuiſti i
tractatu de vita ꝯtēplatiua. Hic etiā hēs ꝙ
nec ipe iohes dixit petro. q̄ꝫuis ad ipi⁹ nu/
tū dñm q̄ſiuiſſet. Ex q̄ potes colligere ꝙ cō/
templatiu⁹ nō debet ſecretū ſui dñi reuela/
re. Legit̄ aūt de beato Franciſco ꝙ reuela/
tiones occultas nō reuelabat exterius niſi
q̄ntū fraterne ſalutꝭ vrgebat zelus. vel ſuꝑ/
ne reuelatiōis dictabat inſtinct⁹. Nūc igit̄
ꝯſpice dñi benignitatē quō dilectū ſuū ſu/
pra pect⁹ ſuū retinet tā benigne. O q̄ꝫ tener/
rime ſe ad inuicē diligebāt. Cōſpice etiā ali/
os diſcipulos multū meſtos ad hāc dñi vo/
cem nō comedētes. ſed ſe inuicē aſpicientes
⁊ ſuꝑ his conſiliū cape neſcientes. Hec de
primo articulo ſufficiant. Circa ſcdm ve/
ro diligent̄ attende. His nāq̄ꝫ ſic ſe hñtib'.
ſurgit dñs ih̄s a cena. ſurgūt ſtatim ⁊ diſci/
puli ignorātes q̄ ire velit. Ipe aūt deſcēdit
cū eis in locū aliū inferius in eadē domo vt
dicunt q̄ locū viderūt ⁊ ibi oēs ſedere fe/
cit. aquā iubet ſibi afferri. ponit veſtimenta
ſua. lintheo ſe p̄cingit. ⁊ aquā mittit in pel/
uim lapideā vt lauaret ipoꝝ pedes. recuſat
petr⁹ ⁊ tot⁹ ſtupefact⁹ rē ſuo iudicio ſic inde/
centē declinat. Sed audita xp̄i cōmīatiōe
ſapient̄ ꝯſiliū mutauit in meli⁹. Conſidera
nūc bene ſingulos act⁹. ⁊ cū admiratōe con/
ſpice q̄ gerunt̄. Inclinat ſe ſūma maieſtas ⁊
hūilitatis mgr̄ vſq̄ꝫ ad piſcatorꝭ pedes. ſtat
incuruat⁹ ⁊ genib' flexis. corā ipis ſedētib'
Lauat ꝓpriis manib'. abſtergit. deoſculat̄
q̄ꝫ oīm eoꝝ pedes. Sed ⁊ illud ſuperaltat
hūilitatē ꝙ ⁊ ipi ꝓditori eadē obſeq̄a ipe ꝓ/
bet. Sꝫ o cor nequā ⁊ oī duricia duri⁹ ſi ſic
ad tantā hūilitatē nō emolliris. ſi ſic domi/
nū maieſtatꝭ nō vererꝭ. ſi ſic vſq̄ꝫ ad ipius ſꝑ
tibi bñfici ſempq̄ꝫ innocentꝭ ſeuis interitū.
Sꝫ ve tibi miſer. tu q̄dē obdurat⁹ qd̄ cōce/
piſti parturies. nō tñ ipe. ſꝫ tu ꝑibis. Admi/
randa ē ḡ merito tāta hūilitatꝭ ⁊ benignita/
tis ꝓfunditas ⁊c̄. Hoc aūt cōpleto miſterio
redit ad locū cene. ⁊ iteꝝ recūbens. eos ad
ſuū exēplū imitādū ꝯfortat. Potes aūt hic
meditari ꝙ dñs ih̄s exēpluꝫ dedit nob' iſto
ſero q̄nq̄ꝫ magnaꝝ ꝟtutū. ſ. hūilitatis vt di/
ctū eſt lauādo. Caritatꝭ in ſacro corꝑis. ⁊ i
ſmone q̄ eſt monitꝭ caritatꝭ plen⁹. Patiētie
in ſuſtinēdo ꝓditorē ſuū. ⁊ m'ta obprobria



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qñ fuit capt⁹ ꝛ duct⁹ vt latro. Obediētie in
eūdo ad paſſionē ſuā ꝛ mortē ex obediētia
pr̄is. Oꝛonis ī oꝛando in oꝛto trib⁹ vicib⁹.
In his ḡ v̄tutib⁹ eū imitari conemur. Et h̄
de ſc̄do articulo. Circa terciū v̄o meditā/
do obſtupeſce illā clariſſimā dignationē. ꝛ
dignatiſſimā caritatē q̄ nob̄ tradidit ſemet/
ip̄m. ꝛ reliq̄t in cibū. Cū ḡ lot̄ʒ diſcipuloꝝ pe/
dib⁹ iteꝝ recubuiſſet volēs finē dare legali/
b⁹ inſtitut̄ʒ ꝛ ſacrificijs ꝛ nouū incipe teſta/
mētū. ſeip̄m ſacrificiū nouū facit. ꝛ accipi/
ens panē oculos ad pr̄em eleuās. ꝯfecit al/
tiſſimū ſacr̄m corpis ſui. ꝛ dās diſcipulis ſu/
is dixit. Hoc ē corp⁹ meū qđ ꝓ vob̄ tradet̄
Siı̄r ꝛ calicē dı̄. Hic ē ſanguis me⁹ q̄ ꝓ vo/
bis effundet̄. Aſpice nūc bn̄ ꝓ deo. quō dili/
gent̄ fideliṫ ꝛ deuote p̄dicta facit. ꝛ manib⁹
ꝓprijs cōicauit illā dilectā ꝛ bn̄dictā familiā
ſuā. Et tandē ī amoꝝ recoꝛdationē. ſubiun/
git dı̄. Hoc facite ī meā cōmēoꝛatōnē. Hoc
eſt illud mēoꝛiale qđ aīam gratā cū ip̄m ſu/
ſcipit mādūcando vl̄ fideliṫ meditādo de/
beret totā ignire ꝛ inebꝛiare. ꝛ ī ip̄m dn̄m p̄
amoꝛis ꝛ deuotōis vehemētia totalr̄ tranſ/
foꝛmare. Nihil eī mai⁹. cari⁹. dulci⁹ ꝛ vtili⁹
nob̄ relinq̄re poṫat q̄ʒ ſeip̄m. Ipe nāq̄ quē
in ſacro ſumim⁹ ille idē eſt q̄ de v̄gīe mirabi/
liṫ incarnat⁹ ꝛ nat⁹. ꝓ te morteʒ ſuſtinuit. ꝛ q̄
reſurgēs ꝛ glioſe aſcēdēs ſedet a dextr̄ʒ dei.
Et ipe eſt q̄ creauit celū ꝛ t̄rā ꝛ oīa. ꝛ q̄ ea gu/
bernat ac ē̄t moderat̄. Ipe eſt a q̄ dependet
ſal⁹ tua. in cui⁹ volūtate ꝛ ptāte ē tibi dare
vl̄ nō dare glām paradyſi. Ipe ē q̄ eſt ī tali
hoſtia modica oblat⁹. ꝛ tibi exhibit⁹. Ipe ē
dn̄s ieſus xp̄s fili⁹ dei viui. Et h̄ de tercio
articulo. Circa q̄rtū vero ad oīm cumu/
lū ſupeffluentē attēde alia dilectōis īſignia
Facit em̄ eis ſmonē pulcherrimū. plenum
dulcedīe. ꝛ amoꝝ carbonib⁹ ignitū. Cōica/
tis nāq̄ diſcipul̄ ꝛ peſſimo iuda (ſm Aug.
ſup pſ̄. xl. licet ſm aliq̄s nō fuerit in cōicati/
one) dicit ipi iude dn̄s ih̄s. Qđ fac̄ʒ fac ci/
tius. Ille aūt infelix egrediēs iuit ad p̄nci/
pes ſacerdotū. q̄b⁹ eū p̄cedenti die mercurij
vendiderat. xxx. argēteis. ꝛ petijt ab eis co/
hortē ad ip̄m capienduʒ. Interim v̄o dn̄s
ih̄s fecit diſcipul̄ dictū ſmonē. Ex c⁹ oꝛna/
ta. vtili ac venerāda magnitudīe q̄nq̄ p̄nci/
paliṫ meditādo aſſumo. Primū q̄liṫ p̄di/
cens eis diſceſſuʒ ſuū eos ꝯfoꝛtauit. Dice/
bat nāq̄. Adhuc modicū vobiſcū ſū. ſed nō
relinquā vos oꝛphanos. Vado ꝛ venio ad
vos. Iteꝝ aūt videbo vos. ꝛ gaudebit coꝛ
vr̄m. Hec ꝛ his ſilia q̄ ſuccincte ꝑtrāſeo di/
cebat eis q̄ coꝛda ipoꝝ totaliṫ ꝑtranſibāt ꝛ
penetrabāt. Nō em̄ de ſuo diſceſſu poterāt
aliq̄d tolerare. Sc̄do circa ſmonē medi/
ter̄ʒ q̄liṫ coꝛdialiṫ ꝛ inſtanṫ inſtruxit eos de
caritate dicēs plib⁹ vicib⁹. Hoc ē mādatuʒ
meū vt diligat̄ʒ inuicē. Et in h̄ coḡſcēt oīs
q̄ diſcipl̄i mei eſt̄ ſi dilectionē habueritis
adinuicē. Et alia hmōi q̄ in textu pleni⁹ po/
ter̄ʒ repire. Tercio circa ſmonē mediter̄ʒ
quō monuit eoſ ad obſuantiā mādatoꝝ ſu/
oꝝ dı̄. Si diligit̄ʒ me mādata mea ſuate. ꝛ
ſi p̄cepta mea ſuaueriṫʒ manebit̄ʒ ī dilectōe
mea. Et alia hmōi. Quarto circa ſmonē
mediter̄ʒ q̄liṫ det eis ꝯfidētiā ꝯ̄ tribulatōes
q̄s eis p̄dicit eēventuras. Hoc mōi ī mūdo
p̄ſſuras hēbit̄ʒ. ſed ꝯfidite q̄ꝛ ego vici mōm.
Et iteꝝ ſi mūd⁹ vos odit. ſcitote q̄ꝛ me pꝛio/
rē vob̄ odio habuit. Mūd⁹ q̄dē gaudebit.
vos aūt cōtriſtabimi. ſʒ triſticia vr̄a v̄tet̄ in
gaudiū. Quīto circa ſmonē eſt meditan/
dū q̄liṫ ipe dn̄s ih̄s tādē aſpiciēs in celuʒ ſe
ꝯuertit ad pr̄em dı̄. Pr̄ ſua iſtos q̄s dedi/
ſti mihi. cū eſſem cū eis ego ſuabā eoſ. Nūc
aūt venio ad te. Pr̄ ſc̄e ego ꝓ eis rogo nō ꝓ
mūdo. ꝛ nō ꝓ his tm̄. ſʒ ꝓ eis oīb⁹ q̄ ī me cre/
dituri ſunt ꝑ eos. Pr̄ q̄s dediſti mihi volo
vt vbi ego ſum ꝛ illi ſint mecū. vt videāt cla/
ritatē meā. Et alia hmōi q̄ vere erāt coꝛda
ſcindētia. Mirū certe quō diſcipl̄i q̄ tā ve/
hement̄ dn̄m ih̄m amabāt ad h̄ v̄ba ſubſi/
ſtere potuerūt. Si ḡ q̄ in h̄ ſmone dicta ſūt
attēte diſcuſſer̄ʒ ꝛ meditādo rumiaueris di/
ligent̄. ꝛ in eoꝝ dulcedīe req̄eueris merito
inardeſcere poter̄ʒ ad tantā dignationē. be/
nignitatē ꝛ ꝓuidentiā. indulgētiā ꝛ caritatē
ꝛ etiā ad alia ꝑ eū h̄ ſero facta. Cōſpice ḡ eū
dū loquiṫ. quō efficaciṫ. deuote ꝛ delectabi/
liṫ loquēs. imp̄mit diſcipul̄ ſuis q̄ narrat. ꝛ
paſcit in amenitate aſpect⁹ ei⁹ atq̄ v̄boꝛuʒ.
Cōſpice aūt diſcipulos quō ſtāt meſti. capi/
tib⁹ inclinat̄ʒ. lachꝛymantes. ꝛ ſuſpiria mag/
dātes. pleni ſunt triſticia vſq̄ ad ſūmū. ꝛ de
h̄ v̄itas ipamet ferebat teſtimōiū dı̄. Quia
hec dixi vob̄. triſticia impleuit coꝛ vr̄m. In/
ter alios aūt ꝯſpice iohēm eidē familiarius
coherentē. q̄liṫ attēte ꝛ diligent̄ aſpicit hūc
dilectū ſuū. ꝛ teneri⁹ anxiat⁹ oīa v̄ba ei⁹ re/
colligit. Ipe em̄ ſolūmō deſcribēs ea tradi/
dit vere nob̄. Int̄ alia q̄ʒ dicit eis dn̄s ih̄s.
Surgite eam⁹ hinc. O q̄nt⁹ pauoꝛ tunc iꝯ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eos intrauit. neſciētes ꝗ vel q̄lit̄ ire deberēt ꝛ de ipi⁹ ſeꝑatione plimū̄ formidātes. ꝛ nihilomin⁹ poſtea locut⁹ eſt eis cōplēdo ſmonē in alio loco eundo ꝑ viā. Cōſpice nūc diſcipulos eūtes poſt eū ꝛ cū eo. quō q̄libet ꝗ magꝭ pōt magis ei approxiāt. ꝯgregati ꝑgētes. ſic moris eſt pulloꝝ ꝑgere p⁹ gallinā. īpellendo eū mō vn⁹. mō ali⁹ ex deſiderio appropinq̄ndi ꝛ audiēdi ꝟba ipi⁹. Ipe vero libent̄ h̄ ſuſtinebat ab eis. Tandē cūctꝭ cōpletis myſterijs vadit cū eis in ortū trās torrentē cedron. ꝛ ibi ſuū ꝓditorē ꝛ armatoſ expectauit. Sexta feria.

Meditatio de paſſiōe dn̄i in generali.
Capitulum. lxxv.

O Ccurrit nunc ut de paſſione dn̄i nr̄i ihu xp̄i ꝑtractem⁹. Qui ḡ in paſſione ꝛ cruce dn̄i gl̄iari deſiderat. ſedula cordis meditatione dꝫ in ipa ꝑſiſtere. cui⁹ myſteria ꝛ ꝗ circa eā facta ſunt ſi toto forēt ꝑſpecta intuitu mentꝭ. in nouū vt puto ſtatū adducerēt meditantē. Nā ꝓfundo corde ꝛ totꝭ viſceꝝ medullis eā ꝑſcrutāti multi aſſūt paſſ⁹ inſperatie ex qb⁹ nouā cōpaſſionē. nouū amorē. nouas ꝯſolatōes. ꝛ ꝑ ꝯñs nouū q̄ndā ſtatū ſuſcipet. ꝗ ſibi ꝑſagiū ꝛ ꝑricipalia gl̄e viderēt̄. Ad hūc aūt ſtatū ꝯſeq̄ndū credere tāqꝫ ignar⁹ ꝛ balbutiens ꝙ totā illuc mentꝭ aciē vigilantib⁹ ocul' cordis. omiſſiſqꝫ alijs curꝭ extraneis dirigi oporteret. ꝛ ꝙ q̄s ſe p̄ñtē exhiberet oīb⁹ ꝛ ſingul' ꝗ circa dn̄icā ipaꝫ crucē paſſionē ꝛ crucifixionē ꝯtigerūt. affectuoſe. diligēt̄. moroſe ꝛ ꝑſeuerant̄. Te ḡ hortor vt ſi vigilant̄ attēdiſti ꝓmiſſa ꝗ de ipi⁹ vita dicta ſūt. h̄ m̄ltū vigilāti⁹ totū apponas aīm totāqꝫ ꝟtuteꝫ. qꝛ h̄ maxīe appet illa caritas ei⁹ ꝗ corda nr̄a deberet totalit̄ concremare. cūcta ꝟo cū modificatōe ſolita accipe. ſ. ꝗ ſic meditari poterūt vt narrabo. Nō eī in hoc opuſculo aliq̄d affirmare intēdo qð nō ꝑ ſacrā ſcⁱpturā vl' dicta ſcōꝝ vl' opīones approbatas affirmat̄ vl' dꝫ. Videt̄ aūt mihi nō īcōgrue dici ꝙ nō ſolū illa penal' ꝛ mortalis crucifixio dn̄i. ſꝫ ea ꝗ ꝓceſſerūt eādē. ſūt vehemētiſſime cōpaſſiōis. amaritudis ꝛ ſtuporꝭ. Quid enī ē cogitare ꝙ ipe dn̄s nr̄ ſup oīa bn̄dict⁹ ds. ab hora ꝗ de nocte capt⁹ eſt vſqꝫ ad ſextā crucifixiōis ſue horā. fuit ī bello ꝯtinuo. doloꝛib⁹ magnis. obprobrijs. illuſiōib⁹ ꝛ tormētis. nō eī ſibi dat̄ vl' modica reqēs. Sꝫ in q̄li erat bello ꝛ ꝯflictu audi ꝛ vide. Ali⁹ ipm dulcē ꝛ mitē ꝛ piū ihm apprehēdit. ali⁹ ligat. ali⁹ inſurgit. ꝛ ali⁹ exclamat. ali⁹ impellit. ali⁹ blaſphemat. ali⁹ expuit in eū. ꝛ ali⁹ vexat. ali⁹ circūuoluit. ali⁹ interrogat. ali⁹ ꝯ eū falſos teſtes inq̄rit. ꝛ ali⁹ inq̄rētes aſſociat. ali⁹ ꝯ eū falſuꝫ teſtimoniū dic̄. aliuſqꝫ accuſat. ali⁹ deludit. ꝛ ali⁹ oculos eius velat. ali⁹ faciē ei⁹ pulcherrimā cedit. ali⁹ colaphizat. ali⁹ eū ad colūnā ducit. ꝛ ali⁹ expoliat. ali⁹ dū ducit̄ ꝑcutit. ali⁹ vociferat̄. ꝛ alius eū inſultant̄ ad vexandū ſuſcipit. ꝛ alius ad colūnā ligat. ali⁹ in eū impetū facit. ꝛ ali⁹ flagellat. ali⁹ eū purpura in cōtumeliā veſtit. ꝛ ali⁹ ſpinis eum coronat. ali⁹ arūdinē in manu ei⁹ ponit. ali⁹ furibūde reaccipit. vt ſpinoſuꝫ caput ꝑcutiat. ali⁹ nugatorie genuflectit. ali⁹ deridet genuflexionē. ꝛ pl'a ei intulerūt obꝓbria. ducit̄ ꝛ reducit̄. ſpuit̄ ꝛ reꝓbatur. voluit̄ ꝛ circūflectit̄ huc atꝫ illuc tanqꝫ ſtult⁹ ꝛ ſtultiſſime ībecill'. ſꝫ ꝛ tāqꝫ latro ꝛ impūſſim⁹ malefactoꝛ. mō ad annā. mō ad cayphā. mō ad pylatū. mō ad herodē. ꝛ iteꝝ ad pylatū. ꝛ ibidē mō int⁹. mō forꝭ ducit̄ tractatur. Deꝰ me⁹ q̇d eſt h̄. nōne tibi videt̄ h̄ duriſſimū. amariſſimū ꝛ ꝯtinuū ꝛ magnū bellū. Sꝫ expecta parūper ꝛ durioꝛa videbis. Aſtāt ꝯ eū ꝯſtant̄ ꝓncipes ꝛ phariſei ſeniores ꝛ milia ꝑpl'i. acclamat̄ ab oīb⁹ vnanimit̄ vt crucifigat̄. Crux hūerꝭ iā fractꝭ ꝛ laceratis īponit̄ in ꝗ crucifigit̄. Cōcurrūt vndiqꝫ ciues ꝛ aduene. tā maiores qꝫ ribaldi. viniqꝫ potatores. nō ad cōpatiēduꝫ ſꝫ viliſſime deridēdū. neo ē ꝗ eū agſcat. ſꝫ luto ꝛ īmundicijs īpetuoſe eū cōmaculāt ꝛ affligunt. ꝛ dū ig̃miniā ſuā portat fact⁹ ē ill' in ꝑabolaꝫ. ꝯ eū loq̄bāt̄ ꝗ ſedebāt ī porta ꝛ in eū pſallebāt ꝗ bibebāt vinū. impellit̄ ꝛ anxiat̄. trahit̄ ꝛ accelerat̄. ꝛ ſic flagellat⁹. fatigatus. tot⁹qꝫ macerat⁹ ꝛ obꝓbrijs ſaturat⁹ vſqꝫ ad ſūmū nō ſinit̄ reqeſcere. nō eē in ocio. vix p̄t refocillare ſpm̄ q̄uſqꝫ ꝑuētū ē ad caluarie locū. vtiqꝫ īmūdiſſimū ꝛ fetidiſſimū. Et oīa cū īpetu fecerūt ꝛ furoꝛe. In ipo āt loco finis ꝛ q̇es bello īponit̄ ð ꝗ tractam⁹. ſꝫ eſt illa q̇es aſpioꝛ bello. Eſt crucifixio ꝛ lectus doloꝛꝭ. Ecce qualis quies. Vides ḡ quomō vſqꝫ ad ſextam horam paſſus eſt longum et durum belluꝫ. Vere intrauerūt aque vſqꝫ ad aīam ſuā. ꝛ circūdederūt eū canes multi. terribiles. fortes ꝛ feroces. ꝛ ꝯſiliū malignātium eū obſedit ꝗ dire ꝛ vt gladi⁹ bis acu⁹

exacuerūt in eū linguas ꝛ man⁹. Ex his er/
go q̄ dicta ſunt expedita videnꝰ q̄ de paſſio
ne dn̄i dici pn̄t ſūmatim in trib⁹ horꝭ p̄mis
vſq₃ ad ſextā. ſ. matutinali. p̄ma ꝛ t̄cia. Sed
nō ſic nō eſt tāta amaritudo ꝛ pena dn̄i ih̄u
ſic leuiꝰ ptractāda. ꝓpter qđ reflecte oculos
ꝛ intēde. Magna em̄ ꝛ multiplex cōſidera/
tio ſupeſt. multūq₃ penetratiua ꝛ pia. dū mō
vt dictu₃ eſt exhibeas te pn̄tem. Hec em̄ in
quadā generalitate ſunt dicta. Sed videa
mus ſingula diligentꝰ. Nō em̄ d₃ nos tede-
re iſta cogitare q̄ ip̄m dn̄m nō teduit tolera
re.

## Meditatio paſſiōis xp̄i an̄ matutinas. Capitulū. lxxvi.

Reaſſume ḡ meditatiōes iſtas a pn̄/
cipio paſſiōis ꝛ pſeq̄re p ordinē vſq₃
in finē. de q̄b⁹ ſic mihi videꝰ modu₃
tangā. tu v̄o vt placet exerciterꝭ in amplioꝛi
bus. vt ꝛ tibi dn̄s ip̄e dabit. Attēde ḡ ad ſin
gula ac ſi pn̄s eſſes. ꝛ cerne eū attente. cū a
cena exiens ſmone cōpleto in oꝛtū cū diſci
pulis. ſ. vadit. Ultimo nunc intra ꝛ ppende
quō affectuoſe. ſocialiꝰ ac familiariꝰ eis lo/
quiꝰ. ꝛ ad oꝛonē hoꝛtaꝰ. quō etia₃ ip̄e puſil/
lū. i. p iactū lapidis pgrediēs hūiliꝰ ac reue
renꝰ poſitis genib⁹ oꝛat p̄re₃. Hic parūper
ſubſiſte ꝛ mirabilia dn̄i dei tui mēte pia re/
uolue. Oꝛat nūc dn̄s ih̄s. Sed hacten⁹ le/
giꝰ pluries ſic oꝛaſſe. ſed p nob̄ tūc vt aduo
catus nr̄. nunc autē p ſe oꝛabat. Cōpatere ꝛ
admirare pfundiſſimā ſuā humilitatē. Cū
em̄ ſit de⁹ patri ſuo coetern⁹ ꝛ coeq̄lis. obli
tus videꝰ ſe deū eſſe. ꝛ oꝛat vt hō. ſtat tanq₃
q̄libet homuncul⁹ de ꝓpl̄o dn̄m oꝛās. Con
ſidera etiā pfectiſſimā obedientiā. Quid ei
oꝛat. certe oꝛat patrē vt hoꝛa moꝛtis ab eo
trāſferaꝰ h₃ hoc expedire vt non moꝛereꝰ ſi
ei placeret. ꝛ tn̄ nō exaudiꝰ ſm aliquā dico
voluntatē q̄ in eo erat. Fuit tn̄ in eo multi/
plex volūtas. vt iā dicā. Et hic etiā tu cōpa
tere q꜠ vult p̄r vt penit⁹ moꝛiaꝰ. ꝛ ei q̄uis ve
ro ꝛ vnico ꝛ filio ꝓprio nō pepcit ſed p nob̄
om̄ib⁹ iſtū ſic tradidit. Sic em̄ dilexit mun
dū. vt filiū ſuū vnigenitū daret. Dn̄s aūt ie
ſus hanc obedientiā ſuſcipit ꝛ exequiꝰ re/
uerenꝰ. Uide in tercio loco indicibilem ad
nos caritatē tā p̄ris q₃ filij. cōpaſſiōe. admi
ratione. veneratiōeq₃ digniſſima. Propter
nos hec moꝛs indiciꝰ ꝛ ſuſtineꝰ ꝓpꝰ nimia₃
caritate₃ ipoꝝ. Oꝛat ḡ dn̄s ih̄s p̄rem plixe
dicēs. Mi p̄r clementiſſime. rogo te vt ex/
audias oꝛonē meā. ꝛ ne deſpexerꝭ depcatio
nem meā. Intende mihi ꝛ exaudi me. q꜠ cō
triſtat⁹ ſum in exercitatiōe mea. ꝛ anxiat⁹ eſt
in me ſpūs me⁹. ꝛ in me turbatū eſt coꝛ me/
um. Inclina ḡ ad me aurē tuā. ꝛ intende vo
ci depcatiōis mee. Tibi p̄r placuit me i mū
dū mittere vt p iniuria tibi ab hoīe facta ſa
tiſfacerē. ꝛ ſtatim cū voluiſti. dixi. Ecce vado
Et ſic in capite libri ſcriptū eſt de me vt fa/
cerē voluntatē tuā ſic volui. veritatē tua₃ ꝛ
ſalutare tuū annūciaui. Paup fui ꝛ in labo
rib⁹ a iuuētute mea. faciens voluntatē tua₃
ꝛ oīa q̄ mādaſti feci. Parat⁹ ſum etiā cō/
plere q̄ reſtant. Si tn̄ p̄r mi fieri pōt tolle a
me tantā amaritudinē q̄nta mihi parata ē
ab aduerſarijs meis. Uides em̄ p̄r quanta
aduerſanꝰ aduerſu₃ me. ꝛ q̄t ꝛ q̄nta mihi im
ponūt. ꝓpter q̄ accipe aīam meā ꝯſiliati ſunt
Sed p̄r ſcīs ſi feci ea. ſi eſt iniq̄tas i manib⁹
meis. Si reddidi retribuētib⁹ mihi mala.
decidā merito ab inimicꝭ meis inanis. Ego
em̄ q̄ tibi placita ſunt feci ſp. Ipi v̄o poſue
rūt aduerſu₃ me mala p bonis. ꝛ odiū p di
lectione mea. ꝛ diſcipulū meū coꝛruperūt. ꝛ
ſuū ducē ad me pdendū fecerūt. ꝛ appende/
rūt mercedē meā triginta argēteis. q̄b⁹ ap/
preciat⁹ ſum ab eis. Rogo te p̄r mi vt tranſ
feras a me calicē iſtū. Si aūt aliꝰ tibi videꝰ
Fiat volūtas tua ꝛ nō mea. S₃ exurge p̄r
in adiutoꝛiū meū. Feſtina vt me adiuues.
Dato em̄ dilectiſſime p̄r q꜠ me neſcierūt fi/
liū tuū. q꜠ innocētē vitā cū eis duxi. ꝛ mul/
ta bona eis ꝯtuli. nō deberēt p̄r ſic mihi eē
crudeles. Recoꝛdare nāq₃ q꜠ ſteterim in cō/
ſpectu tuo vt loq̄rer p eis bonū. vt auerte/
rē indignationē tuā ab eis. Sed ve. nū q̄d
reddiꝰ p bono malū. Ipi aūt foderūt foue
am aīe mee. ꝛ moꝛtē turpiſſimā parauerūt.
Tu vides dn̄e. ne ſileas. ne diſcedas a me.
qm̄ tribulatio ꝓxia eſt ꝛ non eſt q̄ adiuuet.
Ecce in ꝯſpectu tuo ſunt q̄ tribulāt me. q̄rē
tes aīam meā. Improperiū expectauit coꝛ
meū ꝛ miſeriā. Et rediēs dn̄s ih̄s ad diſci/
pulos ſuos excitās eos ꝛ de oꝛādo ꝯfoꝛtat
Et iterū ſcđo ꝛ tercio ad oꝛonē redijt in trib⁹
ſc₃ diuerſis locꝭ diſtātib⁹ abinuicē p iactu₃
lapidis. nō q̄ntū q̄s excutiēs brachiū ꝓijce
re poſſet. ſed q̄ntū ſine mag̃ violētia lapidē
mitteret foꝛte q̄nta ē lōgitudo domoꝝ nr̄a
rū vt habeo a fratre nr̄o qui fuit ibi. Et ad/
huc in ipſis locis ſunt veſtigia eccl̄iarū que
ibi facte fuerūt. Rediens ḡ ad oꝛonē vt dixi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcdo ⁊ tercio eundē ſermonē orauit ⁊ addi/
dit. Pr̄ iuſte ſi ſic decreuiſti. vt penitꝰ cruc̄
patibulū ſubeam. fiat voluntas tua. Sed
recōmendo tibi dilectiſſimā matrē meaȝ. ⁊
diſcipulos meos q̄s huc uſq̄ ſeruaui. Pa/
ter mi ſerua eos ā modo. Et interim ſacra/
tiſſimꝰ ille ſanguis corpis ſui in moduȝ ſu/
doris erūpens in hac agonia ſiue certami/
ne. dū prolixiꝰ orat vſq̄ ad terrā habūdant
decurrit. Cōſidera nunc ḡ eū. quāta nūc eſt
aīme ſue anguſtia. Sed ⁊ hic illud aīaduer/
tere ɔtra impatientiā nr̄am. q2 dn̄s tribꝫ
vicibꝫ orauit anteq̄ a pr̄e r̄n̄ſionē acciperet
Cū autē ſic orat anxiatꝰ dn̄s ieſus. Ecce an
gelus dn̄i. pnceps militie celeſtis exercitꝰ.
Michael ſcȝ aſtitit ɔfortans euȝ ⁊ dicens.
Saluete deꝰ meꝰ ieſu. Ego orōnē veſtrā ⁊
ſudorē vr̄m ſanguineū pr̄i veſtro obtuli in
ɔſpectu totiꝰ curie ſupne. ⁊ oēs pcidētes
ſupplicauimꝰ vt calicē hunc trāſferret a vo/
bis. ⁊ r̄n̄dit pater. Nouit dilectiſſimꝰ filius
meꝰ ieſus ꝙ hūani generꝭ redemptio q̄ ſic
optamꝰ. ſine ſanguis ſui effuſione ſic decen
ter fieri nō pōt. ⁊ ideo ſi ſalutē vult aīaruȝ
oportet eū p eis mori. Quid ḡ diſcernitis.
Tunc r̄n̄dit dn̄s ieſus angelo. Salutē ani
maꝝ oīno volo. ⁊ idcirco potiꝰ eligo mori vt
ſaluenꝭ aīe q̄s ad imaginē ſuā pr̄ creaue/
rat q̄ velim nō mori ⁊ nō aīe redimanꝭ. Fi
at ergo volūtas pr̄is mei. Et angelꝰ ad eū.
Confortamini ḡ ⁊ viriliꝭ agite. excelſuȝ eñ
decet magnifica facere. ⁊ magnanimuȝ ar/
dua tolerare. Cito ptrāſibunt penalia ⁊ ſuc
cedunt ppetuo gl'ioſa. Dicit pr̄ ꝙ ſemp vo/
biſcū eſt. ⁊ ꝙ mr̄em veſtraȝ ⁊ diſcipulos ipe
ſuabit. ipoſq̄ incolumes vobis reddet. Et
hūilis dn̄s reuerenꝭ ⁊ humiliꝭ ſuſcipit hāc
ɔfortationē etiā a ſua creatura. ɔſiderās ſe
eſſe minoratū paulominꝰ ab angel' dū eſt in
hac valle miſera tenebrarū. ⁊ ſic ɔtriſtabaꝭ
vt homo ⁊ valefecit ei. Et ſic ex v̄bis angeli
fuit ɔfortatꝰ vt homo rogās vt eū patri ac
celeſti curie cōmendaret. Surgit ḡ tercio
ab orōne totꝰ ſanguie madefactꝰ. quē con/
ſpice tergentē ſibi vultū. vel etiā forte ī tor/
rente lauantē. totūq̄ afflictū reuerenter cer
ne. eiq̄ intime cōpatere. q2 ſine ingenti acer
bitate doloris h̄ ſibi ɔtingere nullatenꝰ po
tuit. Dicūt tamē ſapiētes et expoſitores ꝙ
orauit dn̄s ieſus patrē. nō tam timore pati
endi. q̄ miſcdia poris ppl'i. q2 cōpatiebaꝭ iu
deis. q2 p ſua morte ſeuiſſima pderenꝭ. Nō
eñ ipi occidere euȝ debebāt. q2 ex ipis erat
⁊ in lege eoꝝ continebaꝭ. ⁊ tanta eis bn̄ficia
impendebat dū orabat pr̄em p ſalute iude
orū. ⁊ dicebat. vt credat multitudo gentiū
nō recuſo paſſionē. Si vero iudei excecan
di ſunt vt aliȷ̄ videāt. nō mea volūtas ſȝ tua
fiat. Fuit eñ in xp̄o tunc q̄druplex volun/
tas. ſ. volūtas carnis. ⁊ h̄ nullo mō volebat
pati. Volūtas ſenſualitatꝭ ⁊ h̄ remurmura
bat ⁊ timebat. Volūtas rōnis. ⁊ hec obedi
ebat ⁊ ɔſentiebat. Nā iuxta Iſaiā dr̄. Ob/
latus eſt q2 ipe voluit. Et fuit in eo volun/
tas diuinitatꝭ. ⁊ hec impabat ⁊ ſn̄iaȝ ipa di/
ctabat. Igiꝭ q2 verꝰ erat hō. vt homo erat ī
magna anguſtia poſitꝰ. Et ideo intime cō/
patere ei. ⁊ cōſidera ⁊ vide diligenꝭ oēs actꝰ
⁊ ſingulas affectiōes dn̄i dei tui. Venit aūt
ad diſcipulos ſuos dicēs. Dormite iā ⁊ re/
quieſcite q̄ ibi aliquātulū dormierunt. Bo
nus autē paſtor vigilat ſup cuſtodiā greḡ
ſui puſilli. O grādis amor. Vere in finē di/
lexit eos. cū in tanta poſitꝰ agonia coruȝ p/
curat quietē. Videbat aūt a longe aduer/
ſarios ſuos veniētes cū facibꝫ ⁊ armis. Nec
tn̄ diſcipl'os excitauit niſi cū ꝓpe ⁊ iuxta eos
erāt. tūc dixit eis ſufficit. ſatꝭ dormiſtis. ecce
q̄ me tradet appropinq̄t. Et adhuc eo loq̄n/
te venit añ illos nequā iudas. peſſimꝰ mer/
cator. ⁊ oſculatꝰ eſt eū. Diciꝭ eñ ꝙ morꝭ erat
dn̄i ieſu diſcipulos q̄s emittebat in oſculo
recipe redeūtes. ⁊ ꝓpterea pditor ille ī ſignū
ih̄m p oſculū tradidit. ⁊ p̄cedens alios cum
oſculo redȷ̄t. q̄i di. Nō ſum ego cū iſtis ar/
matis. ſed rediens more ſolito te oſculor ⁊
dico. Aue Rabi. O vere pditor. Intuere ḡ
bn̄ ⁊ pſequēs dn̄m vide quō patienꝭ ⁊ beni
gne ſuſcipit ipiꝰ infelicꝭ amplexꝰ ⁊ oſcula p/
ditoris. cuiꝰ paulo ante pedes lauerat. ⁊ ſū/
mo cibauerat cibo. Et quō ſe patiꝭ capi. li/
gari. pcuti ⁊ furibūde duci. Ac ſi eēt malefa
ctor. ⁊ oīno ipotēs ad ſe defendendū. Quō
etiā cōpatiꝭ diſcipul' ſuis fugiētibꝫ ⁊ errāti/
bꝰ. Sed ⁊ ipoꝝ dolores cernere potes. quō
inuiti ⁊ dolētes gemitꝰ ⁊ ſuſpiria dabant. ⁊
velut orphani ⁊ timore pteriti recedebant. ⁊
magis ac magꝭ eoꝝ augebaꝭ dolor. cū vide
bāt ⁊ dn̄m ſuuȝ ſic viliꝭ trahi. ⁊ canes iſtos
trahētes eū ad victimā. ⁊ illū q̄i agnū man/
ſuetiſſimū ſine reſiſtētia ipos ſequi. Cōſpi/
ce nunc eū quomō duciꝭ ab illis neq̄ſſimis
de torrente ſurſū hierl'm feſtinanꝭ ⁊ antic.
manibꝫ poſt tergum ligatis exclamidatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tunica ſuꝑcinctus nō curioſe. capite diſco/
opertus. z curu⁹ ex fatigatiōe z vehementi
acceleratione incedēs. Cū aūt p̄ntat̄ prin/
cipib⁹ ſacerdotū Anne z Caypbe z aliȷs ſe/
niorib⁹ ꝯgregatis. illi q̄i leo capta preda ex/
ultant. ip̄m examināt. falſos ꝓcurāt teſtes
q̄ eū ꝯdemnāt. z expuunt in ei⁹ ſacratiſſimā
faciē. oculos velant. colaphiſant. alapis ce/
dunt. dicētes ꝓpheriza q̄s eſt q̄ te ꝑcuſſit. et
multis obprobriȷs eū vexant. z in oīb⁹ ſe
patient̄ habebat. Et hic in ſingul̄ eū ꝯſpice
z cōpatere. Tandē illi maiores receſſerunt
mittētes eū in quedā carcerē ibi ſubt⁹ ſola
riū qui adhuc videri pōt. vel ei⁹ veſtigiuȝ. z
ligauerūt eū ad q̄ndā columnā lapideā. cu
ius pars poſtea cōminuta eſt. z adhuc ap/
paret vt habeo ex frē nr̄o q̄ vidit. Dimiſe/
runt nihilomin⁹ aliq̄s armatos ad tutiorē
cuſtodiā qui eū ꝑ totā noctē reſiduā vexaue
runt. deriſionib⁹ z maledictis vacātes. In/
tuere ḡ qualit̄ audaces z peſſimi cōuiciant̄
eidē dicētes. Credebas tu melior z ſapiēti/
or eſſe p̄ncipib⁹ nr̄is. q̄ ſtulticia erat tua. nō
debebas apire os tuū ꝯtra eos. quō fuiſti
auſus ſic facere. Sȝ nūc apparet ſapia tua
vt ſtes modo ſicē tuis cōuenit parib⁹. dign⁹
ꝓculdubio es morte. z tu eā habebis. z ſic ꝑ
totā noctē modo vn⁹ z mō alius inſultabat
verbis z factȝ ꝯtra eū. q̄nta credis dicunt z
faciunt hi mercēnariȷ obprobriȷs viliſſimis
indiſcrete z irreuerent̄ ei inſultāt. Intuere
nunc dn̄m verecunde z patient̄ tacentē ad
oīa tanq̄ȝ in culpa dep̄henſuȝ. z vultu in
terrā demiſſo z ſibi cōpatere vehement̄. O
dn̄e ad quoꝝ man⁹ veniſti. q̄nta eſt patiētia
tua. Vere iſta eſt hora tenebraꝝ. Et ſic ſte/
tit rect⁹ ad illā columnā ligat⁹ vſq̄ȝ ad ma/
ne. Interim aūt iohēs vadit ad dn̄am z ſo/
cias in domū magdalene cōgregatas. in q̄
cenā fecerāt. z narrat cūcta que dn̄o z diſci/
pulis ꝯtigerūt. Tūc indicibil̄ planct⁹. eiula
tus z clamor fact⁹ eſt ibi. Intuere eas z cō/
patere. q2 in afflictiōe ꝑmaxima z dolore ve
hemētiſſimo ſunt de dilecto dn̄o ſuo. q2 be
ne vident z credūt nunc ip̄m dn̄m moritu/
rū. Tandē dn̄a ſecedit ad parietē. z in orō/
nē ſe ꝯuertit dicēs. Pr̄ reuerēdiſſime. pater
piȷſſime. pr̄ miſericordiſſime. recōmēdo vo
bis filiū meū dilectiſſimū. Non ſitis ei cru/
delis. q2 cūctis eſtȝ benign⁹. Pr̄ et̄ne mori
etur ne fili⁹ meus ih̄s. Nihil eīn mali fecit.
Sed pr̄ iuſte ſi redēptionē vultȝ hūani ge/
neris. ꝑ aliū modū obſecro faciatȝ. oīa nāq̄ȝ
poſſibilia ſunt vob̄. Rogo vos pr̄ ſctiſſime
ſi placet vob̄ nō moriat̄ fili⁹ meus ih̄s. libe
rate ip̄m de māib⁹ pctōꝝ. z reddite ip̄m mi/
hi. Ipe ꝓpter obedientiā vr̄am z reuerētiaȝ
nō ſe iuuat. Dereliq̄t ſeip̄m z tanq̄ȝ imbecil
lis z impotēs eſt int̄ iſtos. Vn̄ vos illū dn̄e
adiuuate. Hec z his ſiīlia orabat dn̄a cū af/
fectu ſuo toto z conatu. z cū magna amari/
tudine cordis ſui. Cōpatere nūc ei quā ſic
cernis afflictam.

## Meditatio paſſionis xp̄i hora p̄ma. Capitulū. lxxvij.

Mane aūt tempeſtiue redierūt p̄nci/
pes z maiores ꝑpli z fecerūt eū liga/
ri man⁹ poſt tergum. dicētes. Veni
nobiſcū latro. veni ad iudiciū. hodie cōple
bunt̄ maleficia tua. mō tua ſapia apparebit.
z ducebāt eū ad pylatū. z ip̄e tanq̄ȝ inocens
ſequebat̄ eos cū eſſet agn⁹ innocētiſſimus.
Cū aūt mr̄ ei⁹. iohēs z ſocie. (Nā z ip̄e ſum/
mo mane exierūt foras vt venirēt ad eum)
occurrerūt ei in biuio z vidētes eū ſic vitu/
perabilit̄ z ſic enormit̄ a tanta multitudine
duci. q̄nto repleti ſunt dolore dici non poſ/
ſet. In iſto aūt mutuo ꝯſpectu fuit dolor ve
hementiſſim⁹ vtriuſq̄ȝ. Nā ip̄e dn̄s multuȝ
affligebat̄ ex cōpaſſione quā hēbat ad ſuos
z marie erga mr̄eȝ. Sciebat eīn q̄ xp̄c ip̄m
dolebāt vſq̄ȝ ad anīe a corꝑe auulſionē. Cō
ſidera ḡ z intuere diligent̄ ꝑ ſingula. Sunt
eīn ꝑmultū. imo ꝑmaxie cōpaſſiua. Ducit̄ ḡ
ad pylatū. z ille mulieres a longe ſequunt̄.
q2 appropinq̄re nō pn̄t. Accuſat̄ tūc ab illis
in multȝ. z pylat⁹ ip̄m miſit ad herodē. He/
rodes ꝟo cupiēs videre de ſuis miracul̄ ga
uiſus eſt. ſed nec miraculū ab illo hr̄e potu/
it. neq̄ȝ verbū. Igit̄ ex hoc reputās eū ſtul/
tū fecit in deriſione ip̄m indui veſte alba. z
remiſit eū pylato. Et ſic vide q̄liter nō ſolū
malefactor. ſed z ſtultus eſt ab oīb⁹ illis re/
putatus. Ipe autē oīa patientiſſime tole
rabat. Intuere etiā hic eum dū ducit̄ z re/
ducitur. demiſſo vultu z verecunde incedē
tem. z omniū clamores. cōuicia z ſubſanna
tiones audientem. z forte lapidum. ꝑcuſſio
nes z immundiciarū aliarum fetores ſuſci
pientem. Et etiam matrem z ſuos intuere
diſcipulos cum indicibili merore a longe
ſtantes z inde ipſum ſequentes. Reducto
aūt eo ad pylatū illi canes cū audacia mag̃
atq̄ȝ ꝯſtātia ꝓſequuntur ſuas accuſationes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed pylatꝰ cauſam mortꝭ nō inueniēs in
eū.ipm dimittere nitebaꝛ. Dixit ergo Jpm
corripiā ⁊ dimittā. O pylate tu dn̄m tuū ca
ſtigas.neſcis q̄d agis.q₂ nec mortē nec fla/
gella mereꝛ. Recte ageres.ſi te ad ſuū nutū
corrigeres. Juſſit aūt eū duriſſime flagella
ri. Spoliaꝛ ergo dn̄s.⁊ ad columnā ligaꝛ ⁊
diuerſimode flagellaꝛ. Stat nudꝰ corā oī/
bus iuuenis elegās ⁊ verecūdꝰ. ſpecioſus
forma p̄ filijs hoim.ſuſcipit ſpurciſſimoꝝ
flagella dura ⁊ doloroſa.caro illa innocētiſ
ſima ⁊ tenerrima.mundiſſima ⁊ pulcherri
ma. Flos oīs carnis ⁊ totiꝰ hūane nature.
repleꝛ liuorib⁹ ⁊ fracturis. Fluit vndiq₃ re
gius ſanguis de oīb⁹ partib⁹ corꝑis. ſuꝑad
diꝛ.reiteraꝛ ⁊ ſpiſſatur liuor ſuꝑ liuorem.et
fractura ſuꝑ fracturā₃.q̄uſq₃ tam tortorib⁹
q̄₃ inſpectorib⁹ fatigatis ſolui iubeꝛ. Colū/
na aūt ad quā ligatꝰ fuerat veſtigia cruoris
oſ̄ndit ſicut in hyſtorijs ꝯtineꝛ. Hic ergo eū
diligenꝛ conſidera ꝑ longā morā.⁊ ſi hic nō
cōpateris cor lapideū puta te habere. Tūc
impletū ē qḋ ait Jſaias ꝓpheta. Vidimus
eū.⁊ nō erat aſpectꝰ.⁊ reputauimꝰ eum
q̄ſi leproſum ⁊ humiliatū a deo. O dn̄e ieſu
q̄s fuit ille tam audax ⁊ tā temerariꝰ qui te
ſpoliauit.⁊ q̄ illi audaciores q̄ te ligauerūt.
ſed q̄ illi audaciſſimi q̄ te tam duriſſime fla/
gellauerūt. Sed tu ſol iuſticie tuos radioſ
ſubtraxiſti.⁊ iō facte ſūt tenebre ac tenebra
rū ptās. Oīēs ſunt te potentiores. Amor
tuus.⁊ iniq̄tas nr̄a ſic te imbecillē fecerūt.
Maledicta ſit tanta iniq̄tas ꝓ qua ſic affli
geris. Soluto dn̄o a colūna ducunt eū ſic
nudatū ſic flagellatū.ꝑ domū ſcrutādo pro
pannis q̄ ſparſim in domo ꝓiecti fuerūt ab
expoliatorib⁹. Jntuere eū ſic bene afflictū₃
⁊ trementē duriſſime. Erat em̄ frigꝰ ſic di/
cit euāgeliū. Cū ſe vellet reueſtire ꝯtendūt
quidā impijſſimi dicētes pylato. Dn̄e. Hic
ſe facit regē. Veſtiemꝰ eū.⁊ more regio co/
ronemꝰ. Et accipiētes q̄ndā clamidē ſericā
rubeā ⁊ turpē.veſtierūt eū ⁊ ſpinis corona/
uerunt. Cerne ḡ eū in ſingulis actib⁹ ⁊ affli
ctionib⁹ ſuis.q₂ oīa facit ⁊ ſuſtinet q̄ ⁊ ipſi vo
lunt.purpurā ſuſcipit.ſuꝑ caput ſpineā co/
ronā portat.arundinē manu tollit.et ipſis
genuflectentib⁹ ⁊ vt regē ſalutantib⁹ tacet ⁊
patientiſſime obmuteſcit. Cerne nūc i ama
ritudine cordis.⁊ maxime caput ipiꝰ plenū
ſpinis.arundine ſepe ꝑcutiꝛ. Et vide depſ/
ſo collo cū dolore tā magno acerbos ictus
tunc ſuſcipit. Perforabāt nāq₃ caput eiꝰ ſa
cratiſſimū acerbiſſime ille ſpine ac totū ma
dere faciebāt ſanguie. O miſeri quō tremē/
dū adhuc apparebit vobis illud caput rega
le qḋ vos nūc ꝑcutitis. Jlludebāt em̄ ei tā/
q̄₃ regnare volenti ⁊ nō valenti. Dīa aūt ſu
ſtinet.q₂ eoꝝ ſeuicia nimia erat. ſ₃ nec illis
ſuffecerat q̄ ad maiorē illuſionē totam co/
hortē ꝯgregauerāt.ſed ⁊ corā ipſo pylato et
toto ꝑplo adducūt eū foras publice ſic illu/
ſum ⁊ portantē ſpineā coronā ⁊ purpureū₃
veſtimentū. Cerne nūc ꝓ deo quō etiā ſtat
facie ad terrā demiſſa corā tanta multitu/
dine vociferante ⁊ clamāte. Crucifige eum
⁊ inſuꝑ eū deridente ⁊ inſultāte q̄ſi ſapiētio/
res eo fuerint.⁊ quō appareat q̄ ipſe ſe inſipi
enter habuerit ꝯtra ꝑ̄ncipes ⁊ phariſeos.q̄
ſic eū aptari fecerūt ⁊ ad talē finē ꝑducunt.
Et ſic nō ſolū dolores ⁊ penas ſed etiā ob/
probria ſuſcipiebat ab eis.

Capitulū.lxxviij.

PEtit ḡ tota mltitudo iudeoꝝ vt cru
cifigaꝛ. Et ſic ꝯdemnaꝛ a miſero iu/
dice pylato. Nō recordanꝛ bn̄ficioꝝ
⁊ opeꝝ eiꝰ.nec mouenꝛ ꝓpter innocentiā eiꝰ.
⁊ qḋ crudele videꝛ nō retractanꝛ ꝓpter affli
ctionē quā ei ꝑ̄us intulerūt.ſed gaudēt ꝑ̄n/
cipes ⁊ maiores q̄ intentionē prauā ꝑfece/
runt. Ridēt ⁊ deridēt eū q̄ eſt verus deus ⁊
eternꝰ.⁊ mortē accelerāt reducꝛ intꝰ.ſpolia
tur purpura.⁊ ſtat nudꝰ corā eis.⁊ datur ei
reueſtiendi licētia. Attēde hic diligenꝛ ⁊ cō/
ſidera ſtaturā eiꝰ in ſingulis partib⁹.⁊ vt in/
time cōpatiarꝭ ⁊ ſimul paſcarꝭ. Auerte pa/
rūꝑ oculos a diuitate ⁊ eū purū hoīe₃ cō
ſidera.⁊ videbis iuuenē elegantē. nobiliſſi
mū ⁊ innocentiſſimū ⁊ amātiſſimū.totū au
tē flagellatū.⁊ ſanguine liuoribuſq₃ reſper/
ſum.pānos ſuos vndiq₃ ꝓiectos ſparſim ꝑ
t̄ra colligere.⁊ cū q̄dā verecūdia reuerentia
⁊ rubore ſe corā eis q̄buis irridētib⁹ reueſti
re ac ſi foret oīm infimꝰ.derelictꝰ a deo ⁊ oī
auxilio deſtitutꝰ. Jntuere etiā eū diligēter
⁊ pietate ac cōpaſſiōe mouearꝭ.nā mō colli/
git vnā.mō aliā.⁊ corā illis ſe reueſtit. Rede
as poſt ad diuitatē ⁊ ꝯſidera illā imēſā₃ et/
nā ⁊ incōꝑ̄henſibilē ⁊ imparoꝛiā maieſtate₃
incarnatā.ſe flectentē hūiliꝛ.ad t̄rā inclinā/
tē ⁊ pānos recolligentē ſe cū reuerētia ⁊ ru/
bore ſilꝛ veſtientē.ac ſi eēt hō viliſſimꝰ.imo
ſeruus empticius ſub iſtorū dominio ꝯſti/
tutus.et ab eis pro aliquo exceſſu correctꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiā caſtigatus. Intuere etiā eum diligenť
ꝛ humilitatē eiꝰ admirare. ꝛ eidē ꝯforma te
ipm. eiſdē etiā ꝯſideratiōibꝫ cōpatiens. In/
tuere potes eundē cū ad columnā ligatꝰ ſic
enormiť flagellať. ꝛ eo reueſtito ducūt eum
foras ne mortē vlteriꝰ differāt. Et tunc ve/
nerabile lignū crucꝭ longū ꝛ groſſum ꝛ mul
tū graue ponūt ſup humeros eiꝰ. qđ agnuſ
manſuetiſſimꝰ patienť ſuſcipit ꝛ portat. Et
vt dr̄ in hyſtoriꝭs opinio eſt crucez dn̄i. xv.
pedes habuiſſe in altū. ꝛ tūc duciť ꝛ accele/
lerať. ꝛ obprobriꝭs ſaturať vt ſup̄ i pn̄cipio
tactū fuit hora matutina. Ductꝰ aūt fuit fo
ras cū ſociꝭs ſuis duobꝫ vtiqꝫ latronibꝫ. Ec
ce hec eſt ſua ſocietas. O bone ieſu q̄ntā
verecundiā faciūt vobis iſti vr̄i amici. latro
nibꝫ vos aſſociāt. ſed ꝛ deteriꝰ faciūt q̄ cru/
cem vob portandā impoñūt. qđ de latroni
bus ipis nō legiť. Vn̄ nō ſolū iuxta Iſaiā.
cū iniquis deputatꝰ eſt. ſed iniquoꝝ iniq̄oꝝ
Indicibilis eſt dn̄e patiētia vr̄a Cerne igiť
hic eū bene. quō vadit curuꝰ ſubtus crucez
ꝛ vehementť anhelat. Cōpatere ğ ei q̄ntū po
tes in tot anguſtiꝭs ꝛ ludibrioꝝ renouatio/
nibꝫ poſito. Et qꝛ vere meſta mr̄ eius ꝓpter
multitudinē gentiū ei appropinq̄re nō pote
rat nec videre iuit p aliā viā breuiorē cū io/
hanne ꝛ ſociabꝫ ſuis vt alios p̄cedens ei ap
proximare valeret. Cū aūt extra portā ciui
tatis in ꝯcurſu viaꝝ eū habuit obuium. cer
nens eū oneratū ligno tā grandi. qđ primo
nō viderat. ſemimortua facta ē p̄ anguſtia.
nec verbū ei dicere potuit. nec dn̄s ei. qꝛ ac/
celeratꝰ erat ab eis q̄ eū ducebāt ad crucifi
gendū. Vlteriꝰ aūt dn̄s ꝓcedens paꝝ poſt
ꝯuertit ſe ad mulieres flētes. ꝛ dixit eis. Fi
lie hierl'm nolite flere ſuper me ſed ſup voſ/
ipas flete ꝛc̄. ſicut in euāgelio pleniꝰ ꝯtineť.
Et in his duobꝫ locis apparēt veſtigia eccle
ſiaꝝ adhuc q̄ ibi facta ſunt in mēoriā hoīm
vt habui a fratre nr̄o q̄ vidit. q̄ etiaz dicit ꝙ
mons caluarie vbi fuit xp̄s crucifixus ſta/
bat a porta ciuitatꝭ q̄ntuz locus nr̄ a porta
ſcti Germani. Vn̄ nimis lōga portatio cru
cis erat. Cū ergo vlteriꝰ ꝓceſſiſſet ꝛ ita eſſet
fatigatꝰ ꝛ ꝯfractꝰ ꝙ amodo portare nō poſ
ſet. crucē depoſuit. Illi aūt peſſimi differre
nolentes mortē ſuā. timētes ne ſniam eius
reuocaret pylatꝰ. qꝛ oñ debat volūtatem di
mittēdi eū. cogerūt quendā crucē portare.
Ipm aūt ſic exoneratū vt latronē ligatū ad
caluarie locū duxerūt. Nōne igiť hec que i

matutinali. pma ꝛ tercia hora paſſus eſt vi
denť tibi ſine iſta crucifixione vehemētiſſi/
mi doloris eſſe ꝛ amariſſimi ꝛ horrores val
de ſtupendi. Certe ſic puto ꝛ ad cōpaſſionē
facientia motiua. q̄nimo valde inferētia paſ/
ſionē. Sic cōpleta videnť q̄ de his tribꝫ di/
cenda ſunt ad pn̄s. Videamꝰ ergo nūc que
ꝯtigerūt in crucifixione ꝛ morte. ſ. hora ſex
ta ꝛ nona. Poſtea videbimꝰ de his q̄ ꝯtige
runt poſt mortē. ſ. hora veſptina ꝛ cōpleto/
riꝭ.

Hora ſexta. Capl'm. lxxix.

C Vm ğ dn̄s ieſus ductu impioꝝ ad
caluarie locū fetidū ꝑuenit. cōſpice/
re potes operarios maloſ vndiqꝫ ne/
quiter opari. His aūt toto mentis intuitu
te p̄ñtem exhibeas. ꝛ intuere diligenť cun/
cta q̄ ſunt ꝯtra dn̄m tuū. ꝛ q̄ dicunť ꝛ fiunt
ab ipo atqꝫ p ipm. Videas ğ oculis menť
alios figere crucē in terrā. alios parare cla/
uos ꝛ martellos. alios parare ſcalas ꝛ alia
inſtrumēta. alios ordinare q̄s q̄d facere de
beat. ꝛ alios ipm ſpoliare. Spoliať etiā et
nudus eſt nūc tercia vice corā tota multitu
dine. renouanť fracture p pānos carni ap/
plicatos. Nūc pmo mater ꝯſpicit filiū ſuuz
ſicut captū ꝛ aptatuz dolore mortis affigi.
Triſtať etiā ſup̄ modū. ꝛ cū rubore ꝙ videt
eū totaliť nudū. nā ꝛ ei nec femoralia dimi/
ſerūt. Accelerat ergo ꝛ approximat filio. am/
plexatur ꝛ cingit eum capitis ſui velo. O in
quāta amaritudine eſt nunc aīa ſua. non
credo ꝙ ei vbū dicere potuit. ſi amplius fa/
cere poſſet. vtiqꝫ voluiſſet. ſed ampliꝰ nō po/
tuit euz adiuuare. Eripiť enim filius ſuus
de manibꝫ eius furibunde ad pedē crucis.

Hic modū crucis diligenť attende. Po/
nunť due ſcale. vna retrorſum ad brachiuz
dextrū. alia ad ſiniſtrū brachium. ſuper q̄s
malefici aſcendūt cum clauis ꝛ martellis.
Poniť etiā alia ſcala ex parte anteriori. at/
tingens vſqꝫ ad locuz vbi debebant pedes
affigi. Conſpice nūc bene ſingula. Compel/
litur dominꝰ ieſus crucē aſcendere p hanc
ſcalam paruā. Ipe autē ſine rebellione ꝛ cō
tradictione facit humiliter quicq̄d volūt.
Cū ergo in ſuperiori parte iſtius parue ſca
le ꝑuenit ad crucem. renes vertit. ꝛ illa rega
lia aperit brachia. ꝛ extendens manus pul
cherrimas. in excelſū eas porrigit ſuis cru/
cifixoribus. Aſpicit in celum patri dicens.
Ecce hic ſum pater mi. vſqꝫ ad crucem me

humiliari voluiſti. ꝑ amore ꝛ ſalute gener̄ humani placet. accepto ꝛ ꝑ eis me tibi offero. q̄s dediſti mihi ꝛ frēs eſſe voluiſti. accepta igit̄ ꝛ tu pr̄ ꝛ deinceps placabilis eſto mei amore ꝛ oīm maculas veteres abſterge ꝛ elonga ab eis. me pro eis tibi offero pr̄. Qui aūt retro crucē eſt. accipit manū eius dexterā ꝛ eā fortit̄ cruci affigit. Quo facto ille q̄ eſt in latere ſiniſtro accipit manuz ſiniſtram ꝛ trahit q̄ntū poteſt ꝛ extēdit ꝛ alium clauū imittit. ꝑcutit ꝛ cōfigit. Deſcēdūt poſt hec de ſcalis ꝛ remouent̄ oēs ſcale. Pendet dñs ex grauedine corpis deorſū trahentis ſolū clauis infixis manibꝫ ſuſtentat̄. Nihilominꝰ occurrit ꝛ aliꝰ. ꝛ ꝑ pedes q̄ntuz pōt eū trahit. et eo ſic extento aliꝰ cōfigit eiꝰ pedes clauo duriſſimo. Sunt tñ q̄dā qui credūt ꝙ nō hoc mō fuerat crucifixꝰ. ſ3 cruce extenta in t̄ra. eū eleuauerūt ꝛ crucē fixerunt in terrā. Et ſi hoc mag̈ placet. ꝯſpice quō ipm capiūt deſpicabilit̄ ſic̄ ribalduz viliſſimū. ꝛ ꝓſternunt ſup crucē in t̄ra furibunde. brachia ipiꝰ accipiētes. ꝛ poſt violētam extenſionē cruci duriſſime affigentes. Silr̄ ꝛ de pedibꝫ factū intuere q̄s traxerūt q̄ntū violentiſſime potuerūt. Ecce crucifixus eſt dñs ieſus. ꝛ ſic ī cruce extēſus ꝙ dinumerari oīa oſſa eius poſſent. ſic̄ ipe cōq̄rit̄ ꝑ ꝓpham. Fluunt vndiq3 ſacratiſſimi ſanguinis riuuli ex ill̄ magnis ſciſſur̄. Sicq3 anguſtatꝰ eſt ꝙ ſe mouere nō pōt niſi in capite. Illi tres claui ſuſtinēt totiꝰ corpis pōdus. dolores acerbiſſimos tolerat. ꝛ vltra q̄ dici poſſit vl̄ cogitari affligit̄. Pendet inter duos latrones. vndiq3 pene. vndiq3 obprobria. vndiq3 cōuicia. Nā ſic coanguſtato a cōuicijs nō parcūt. Alij blaſphemant dicētes. Vah q̄ deſtruis tēplū dei. Alij vero. ſeipm nō pōt ſaluuz facere. ꝛ alia dicunt multa cōuicia. Si filiꝰ dei eſt deſcendat de cruce vt credamꝰ ei. Sed ꝛ milites q̄ crucifixerūt eū. diuiſerūt ſibi veſtimēta eiꝰ ī ipiꝰ p̄ntia. Et hec oīa dicunt̄ ꝛ fiūt p̄ñte matre ſua meſtiſſima. Cuiꝰ cōpaſſio multum augmētat filio paſſionē. Et ecōtrario. ipſa cū filio pendebat in cruce. et potiꝰ elegit mori cū ipo q̄3 ampliꝰ viuere. Undiq3 ſunt anguſtie. ꝛ tormēta ſentiri poterant. narrari vero nullatenꝰ poterāt. Stabat mr̄ iuxta crucē filij ꝛ inter crucē eiꝰ ꝛ int̄ crucē latronis nō auertebat oc'los a filio. anguſtiabat̄ vt ipe. ꝛ toto corde orabat ad p̄rem. dicēs. Pater ꝛ deꝰ eterne. placuit vobis vt filiꝰ meus crucifigeret̄. nō eſt tempꝰ vt a vobis repetā. ſed videt̄ in q̄nta anguſtia eſt nūc aīa ſua. Rogo vt mitigetis ei penā. ſi placet. Pater recōmendo vobis filiū meū. Et filiꝰ ſilr̄ orat p̄rem ꝑ ea. et tacite intra ſe dicebat. Pr̄ mi. vides quō affligit̄ mr̄ mea. Ego debeo crucifigi. nō ipa. ſed mecū eſt in cruce. Sufficit crucifixio mea. q̄ totius ꝓpl̄i porto pctā. ipa nihil tale meret̄. Vides eā deſolatam. tota die merore ꝯfectā. Recōmēdo eā tibi. dolores eiꝰ tolerabiles facias. Erāt autez iuxta crucē cū dña iohēs ꝛ magdalena ꝛ due ſorores dñe. ſ. maria iacobi ꝛ ſalome. ꝛ forte ēt alie. Et de his ſimꝰ cōtenti in hoc nr̄o tractatu. que oēs ꝛ maxīe magdalena dilecta ieſu diſcipula vehement̄ flebant. Nec ō ſuo dño dilecto ac magiſtro poterāt conſolari. Cōpatiebant̄ dño ꝛ dñe ꝛ ſibijpis. Sepe renouabat̄ eis dolor. q2 ſemꝑ eis renouabat̄ cōpaſſio. cū in cōuicijs vel in factis ſuo dño noua paſſio addebat̄.

## Meditatio paſſionis dñi hora nona

## Capitulū. lxxx.

Dominꝰ aūt in cruce pendēs. vſq3 ad exitū ſpūs nō fuit ocioſus. ſed faciebat ꝛ docebat vtilia ꝑ nob. Unō dixit ſeptē ꝟba q̄ ſcripta repiunt̄ in euangelio. Primū fuit in ipo crucifixiōis actu. cū orauit ꝑ ſuis crucifixoribꝫ dī. Pr̄ ignoſce illis q2 neſciūt q̄d faciūt. Qō verbū magne patiētie magniq3 amoris indiciū p̄ſtat. ꝛ etiā fuit indicibilis caritat̄. Scḋm fuit ad mr̄em cū dixit. Mr̄. ecce filius tuus. ꝛ ad iohēm. ecce mr̄ tua. Nō vocauit eaz matrē. ne ꝑ amoris vehement̄ teneritudīe ampliꝰ ipa doleret. Terciū fuit ad latronem penitentē cū dixit. Hodie mecū eris in paradyſo. Quartū fuit Hely hely lama. ꝛc̄. hoc eſt deus meꝰ. deꝰ meus. vt q̄d dereliq̄ſti me. q. d. pr̄ tantū dilexiſti mūdū vt me ꝑ ipo tradidiſti. ꝛ dereliquiſſe me videris. Quintū fuit cū dixit. Sitio. In q̄ ꝟbo fuit magna cōpaſſio mr̄is ꝛ ſociarū eiꝰ ꝛ iohis. Et illis peſſimis magna fuit leticia. Nā licet exponi poſſet ꝙ ſitiebat aīaz ſalutez. tñ in ꝟitate ſitiuit. q2 ſanguis effuſiōe erat totus exiccatꝰ intꝰ ꝛ ēt arefactꝰ. Et cū illi maligni cogitare nō poſſent in quo eum plus nocerent. tamē vexandi nouam materiam accceperūt. Vñ dederūt ei bibere acetū mixtū cū felle. Maledictꝰ eorum furor. quia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ptinax ⁊ q̄ntū poterāt nocuerūt. Sextū ꝟbum fuit Conſūmatū eſt.q.d. P̄r obediētiā quā mihi dediſti ꝑfecte cōpleui. Adhuc p̄r etiā q̄cq̄d vis mihi filio tuo ꝑcipe. paratꝰ ſum q̄cq̄d reſtat vlteriꝰ adiplere. Ego ei in flagello paratꝰ ſum. ſed totū qđ de me ſcriptū eſt. ꝯſummatū eſt. Si tibi placet pr̄. reuoca me mō tibi. Et pr̄ ad eū. Ueni dilectiſſime fili mi. oīa bene feciſti. nolo ꝙ amplius anxieris. Ueni q̄ꝛ in ſinu meo ⁊ int̄ brachia mea te ſuſcipiam. Et extūc languere cepit mō morientiū. mō claudēdo oculos. modo aperiēdo. ⁊ caput inclinare. mō in vnā ꝑtē mō in aliā. deficientibꝫ oībꝫ viribꝫ. Tandē addidit ſeptimū ꝟbum cū clamore valido ⁊ lachrymis pr̄i dicēs. P̄r in manꝰ tuas cōmendo ſpm̄ meū. Et hec dicēs emiſit ſpm̄. inclinato capite ſup pectꝰ ꝟſus pr̄em. q̄i gratias agēs ꝙ ip̄m reuocabat ⁊ tradēs ei ſpiritū ſuū. Ad hūc clamorē ꝯuerſus fuit centurio q̄ ibi erat. ⁊ dixit. Uere filius dei erat iſte. audiēs ꝙ clamās expiraſſet. Nā aliȷ̄ homines cū moriunt̄ clamare nō pn̄t. ⁊ idō in eū credidit. Fuit aūt ita magnꝰ ille clamor ſicͣ a ſapiētiſſimo viro intellexi. ꝙ vſq̄ in infernū fuit auditꝰ. O q̄lis tūc erat aīa mr̄is cū ſic penoſe videbat eū deficere. languere. lachrymari ⁊ mori. Credo ꝙ vl̄ ꝓpter anguſtiarū multitudinē abſorta erat. ⁊ q̄i inſenſibilis facta. vl̄ ſemimortua facta eſt. nunc q̄dē multo magꝭ q̄̄ cū obuiauit ei crucē portanti. Quid tūc magdalena fidelis ⁊ dilecta diſcipula. Quid iohēs p̄ oībꝫ dilectꝰ. Quid alie due ſorores dn̄e faciebāt Sed q̄d facere poterāt. replete erāt amaritudine. cōplete doloribꝫ. inebriate abſinthio. irremediabilit̄ oēs flebāt. Ecce ḡ pendet dn̄s in cruce mortuꝰ. redit tota multitudo. remanet mr̄ meſtiſſima cū illis q̄ttuor. ponūt ſe ad ſedēdū iuxta crucē. ꝯtēplant̄ dilectū ſuū. expectant a dn̄o auxiliū. quō ip̄m rehabere ⁊ ſepelire tunc valeāt. At tu ſi ꝯtēplatꝰ bn̄ fueris dn̄m tuū. ꝯſiderare potes ꝙ a planta pedis vſq̄ ad verticē nō eſt in eo ſanitas. nō ē in eo mēbrū. nec ſenſus corpis q̄ ſūmā afflictionē infirmitatē ſeu paſſionē nō ſenſerit.

Habes ḡ q̄ de crucifixione ⁊ morte i ſexta ⁊ nona hora ꝯtigerūt. q̄ modicitati mee. vel tue ruditati ſcribēda vident̄ ad pn̄s. tu aūt ſtudeas deuote fidelit̄ ⁊ ſollicite his oībus inherere. nunc de his q̄ poſt mortē cōtigerunt dicamꝰ.

## De apertione lateris chriſti. Ca.lxxxi.

C Ommorātibꝫ ḡ ⁊ ſedentibꝫ reuerenda dn̄a nr̄a Maria atq̄ iohē. magdalena et ſororibꝫ mr̄is dn̄i ab vna parte ꝓpe crucē. ⁊ aſpiciētibꝫ q̄i ſine intermiſſione dn̄m ihm̄ pendentē ſic in cruce inter latrones. ſic nudū. ſic afflictū. ſic mortuū. ⁊ ſic ab oībꝫ derelictū. ecce armati ml̄ti veniebāt a ciuitate ꝟſus eos. q̄ mittebant̄ vt ipis crucifixis crura frāgerēt. occiderēt eos ac ſepelirent. ne corpa in cruce pendētia i magno die ſabbati remanerēt. Tunc dn̄a ⁊ oēs ſurgunt ⁊ aſpiciūt ⁊ vidēt eos. ⁊ neſciūt q̄d hoc eſſe poſſit. Renouat̄ dolor. timor ⁊ tremor creſcit. Multū quidē dn̄a timet ⁊ neſcit q̄d faciat. ⁊ ꝟtens ſe ad filiū mortuū. dixit. Fili mi dilectiſſime q̄re redeūt iſti. Quid facere ampliꝰ tibi volūt. Nōne te occiderunt. Fili mi putabā eos ſatiatos eſſe de te. ſed vt video adhuc te mortuū ꝑſequunt̄. Fili mi neſcio q̄d faciā. te defēdere a morte n̄ potui. ſꝫ veniā ⁊ ſtabo iuxta crucē tuā ad pedes tuos. Fili mi roga pr̄em tuū vt eos tibi placabiles faciat. ego aūt qđ potero faciā. Et oēs tunc q̄nq̄ flentes iuerūt ⁊ appoſuerūt ſe añ crucē dn̄i ieſu. Appropinquāt aūt illi cū furore ⁊ ſtrepitu magno. ⁊ videntes latrones adhuc viuere. frangūt eis crura ⁊ ipos occidunt. deponūt ⁊ in aliquā foſſā velocit̄ illos proiiciūt. Redeūtibꝫ aūt ipis ꝟſus dominū ihm̄. timēs mr̄ ne ſil̄r faciāt cum filio ſuo. tacta dolore cordis intrinſecus cogitauit ad arma ſua currere. ſ. ad hūilitatē innatā ⁊ genibꝫ poſitꝭ ⁊ brachijs cancellatis vultu lachrymabili ⁊ voce rauca. ſic eos alloq̄tur dicēs. Uiri frēs rogo vos ꝓpter deū altiſſimū ne ampliꝰ me vexare velitis in dilectiſſimo filio meo. Ego eīm ſum meſtiſſima mr̄ eiꝰ. ⁊ ſcitꝭ frēs ꝙ nunq̄ vos offendi. nec iniuriā aliquā vobis feci. ⁊ ſi filꝰ meꝰ viſus eſt vobꝭ ꝯtrariꝰ. ip̄m ꝑemiſtis ⁊ ego vobꝭ remittā oēm iniuriā ⁊ offenſā. ⁊ mortem filij mei. Hāc tn̄ miſcdiam mecū facite. ne ip̄m ꝯfringatꝭ. vt ſaltē integrū valeā tradere ſepulture. nō expedit vt eiꝰ crura frāgant̄. videtis eīm ꝙ iā mortuꝰ eſt ⁊ migrauit. Hora eīm eſt poſtq̄ diſceſſit. Johēs ꝟo ⁊ magdalena ⁊ ſorores mr̄is dn̄i ſtabāt genuflexi cū ea ⁊ amariſſime oēs flebāt. O dn̄a q̄d eſt qđ agitis. ad pedes nephādiſſimorū ſtatis. ibi oratis inexorabiles. pietate creditꝭ flectere crudeliſſimos ⁊ impijſſimos et humiliare

ſupbos. Abbomiatio eſt ſupbis hũilitas.
incaſſum laboratꝫ. Unus aũt longinꝰ noĩe
tunc impiꝰ ꝛ ſupbꝯ ſed poſt ꝯuerſus ꝛ mar/
tyr ꝛ ſctũs. porrigens lanceã delonge. eorũ
ꝑces ꝛ rogamina ꝯtẽnens. latꝰ dñi ihũ dex/
trũ vulnere grãdi aperuit. ꝛ exiuit ſanguis
ꝛ aqua. Tunc mr̃ ſemimortua cecidit inter
brachia magdalene. Johẽs ꝓ dolore vr/
gente. aſſumpto vigore inſurgit ꝯ illos di/
cens. Uiri neqſſimi. qre hanc impietatẽ fa/
citis. Nõne videtis ꝙ mortuꝰ eſt. vultꝫ etiã
mrẽm eiꝰ meſtiſſimã occidere. diſcedatꝫ. qꝛ
nos eũ ſepeliemꝰ. Tunc illi ſic deo placuit
diſceſſerũt. Excitat̃ aũt dñã ſurgens q̃ vi/
gilans q̃rens q̇d ſit de dilecto filio ſuo. Re/
ſpondent ei. nihil eẽ factũ de eo. Poſtea ſu/
ſpirat ꝛ anxiat̃ ꝛ reſpicit filiũ ſuũ vulneratũ
dolore mortꝫ atterit̃. Uides q̃tiẽs mortua
eſt hodie. totiens certe. q̃tiẽs ꝯtra filiũ ſuũ ꝫ
videbat fieri nouitatẽ. Uñ vere impletũ eſt
in ea qδ ſibi dixerat ſymeon Tuã inq̇t ipiꝰ
aĩam gladiꝰ ꝑtranſibit. Sed nunc vere filij
corpꝰ ꝛ mr̃is aĩam huiꝰ lancee gladius ꝑfo/
rauit. Ponũt aũt oĩes ſe iterꝫ ad ſedendũ
iuxta crucẽ. quid facere debeãt neſcientes.
Corpꝰ eñ deponere ꝛ ſepelire nõ pñt. qꝛ vi/
res nõ hñt ſufficiẽtes. nec inſtrumẽta quibꝫ
deponere ipm pñt. Recedere ãt ſic eo rema/
nente nõ audent. ꝛ diu ſic remanere nocte
appropinq̃nte nõ valent. Uides in q̃nta ꝑ/
plexitate ſunt. O deꝰ benigne. quõ ꝑmittis
tuã ex oĩbꝫ electã mundi ſpeculũ reclina/
toriũ vr̃m ſic tribulari. Tempꝰ aũt eſſet vt
aliq̃ntulũ reſpiraſſet.

Hora veſpertina meditatio. Ca. lxxxij

Terũ aũt vident alios plures ꝑ viã
venientes. q̃ erant ioſeph ab arima/
thia ꝛ nicodemꝰ. ducẽtes ſecũ alios
portãtes inſtrumẽta quibꝫ corpꝰ deponãt
de cruce. ꝛ portabãt q̃ centũ libras myrrhe
ꝛ aloes. ꝛ veniebant ad ſepeliendum dñm.
Tunc ſurgũt oẽs cũ timore magno. O deꝰ
quãta eſt iſta afflictio hodie. Circũſpiciens
aũt iohẽs dixit. Ego cognoſco ibi ioſeph ꝛ
nicodemũ. Tunc dñã reſumptꝫ viribꝫ dicit
Bñdictus deꝰ nr̃ qui mittit nob auxilium.
memor fuit nr̃i. ꝛ non dereliq̇t nos. Fili oc/
curras eis. Uadit ꝰ iohẽs eis obuius velo/
citer. ꝛ attingẽtes ſe adinuicem amplexant̃
cũ fletu magno. nõ valentes ꝑ magnã horã
adinuicẽ ſibi loq̇. ex cõpaſſiõis teneritudi/
ne ꝛ habundãtia fletus ꝛ dolorꝫ. poſtea ve/
niunt aduerſus crucẽ. Querit ioſeph q̃ ſint
ibi cũ dñã. ꝛ q̇d ſit de alijs diſcipul̃. Dicit il/
li iohẽs iſtas q̃ ibi ſunt De diſcipul̃ aũt rñ/
det ſe neſcire. qꝛ nullus ibi fuit hodie. Que/
rit etiã de his q̃ circa dñm facta ſunt. ꝛ nar/
rat ei iohẽs ꝑ ſingula. Cũ aũt fuerũt ꝓpe lo/
cum. genuflectentes ꝛ flentes adorauerũt
dñm Applicãtes ãt recepti fuerũt reuerent̃
ꝑ dñam ꝛ alias ſocias genuflexo inclinan/
tes vſqꝫ ad terrã. Silr̃ ipi genuflectentes
cũ ploratu magno. ſic ſteterũt ꝑ longã morã
Tandẽ dñã dicit. Bñ facitis hñtes memo/
riã mgr̃i vr̃i. qꝛ multũ ꝫ vos dilexit. ꝛ fateor
ꝙ in aduẽtu vr̃o viſum eſt mihi nouã oriri
luceꝫ. Neſciebamꝰ eñ q̇d facere deberemꝰ.
dñs vobis retribuat. Et illi. Dolemꝰ ex to/
to corde nr̃o de his oĩbꝫ q̃ ꝯtra eũ facta ſũt
Preualuerũt eñ impij ꝯtra iuſtũ. libent̃ eũ
eripuiſſemꝰ de tãta iniuſticia ſi potuiſſemꝰ.
ſaltẽ hoc modicũ obſequiũ dño ꝛ mgr̃o no/
ſtro ꝑſtabimꝰ. Surgẽtes ꝰ parauerunt ſe
ad deponendũ corpus ihũ. Tu aũt vt alijs
locꝫ dixi tibi diligent̃ ꝛ moroſe modũ depo/
ſitiõis attende. Ponunt̃ due ſcale a lateribꝫ
crucis oppoſite. Joſeph aſcẽdit ſup ſcalã la/
teris dextri. ſatagit extrahere clauũ ipiꝰ ma/
nus. Sed difficile eſt hoc. qꝛ clauꝰ groſſus
ꝛ longus eſt in ligno valde cõfixus. et ſine
magna ſuppreſſione manꝰ dñi nõ videt̃ poſ/
ſe fieri. ſed nõ eſt vis. qꝛ fidelit̃ facit. ꝛ domi/
nus totũ acceptat. Euulſo illo. iohẽs ãnu/
it ioſeph dictuꝫ clauum ſibi porrigi. ne ipm
dñã videat. Deinde nicodemꝰ aliũ extra/
xit manus ſiniſtre. ꝛ clauũ ſimilit̃ dat iohã/
ni. Deſcendit nicodemꝰ ꝛ iuit ad clauũ pe/
dis. Joſeph vero ſuſtentabat corpus dñi.
Felix quippe ipe ioſeph q̃ corpus dñi me/
ruit ſic amplexari. Tunc pendentẽ manum
dexterã dñã ſuſcipit reuerent̃. ponit ad vul/
tum ſuũ. intuet̃ ꝛ oſculat̃ cũ lachrymis vali/
dis ꝛ ſuſpirijs doloroſis. Euulſo aũt clauo
pedũ. pauliſper deſcẽdit ioſeph. ꝛ oĩes ac/
cipiunt corpus dñi ꝛ ponũt in terraꝫ. Dñã
ſuſcipit caput cum ſcapulis in gremio ſuo.
Magdalena vero pedes apud q̃s tantaꝫ
grãm olim inuenerat. Alij circũſtant. oĩes
faciunt planctũ magnũ ſup eũ. oĩes enim
plangunt eũ q̃ vnigenitũ amariſſime.

Hora cõpletorij. Cap. lxxxiij

P p Oſt aliquã morulã cum nox appro/
pinquaſſet rogat ioſeph dñam vt ꝑ/
mittat eum volui lintheaminibus

ꝛ ſepeliri. ipa ↄtendebat dicēs. Nolite ami-
ci mei tā cito filiū meū accipe. vel me cū ipo
ſepelire. Flebat aūt lachrymis irremedia-
bilibꝫ. Aſpiciebat vulnera manuū ꝛ lateꝛ̄.
modo vnū. mō aliud. Aſpiciebat vultuꝫ ei⁹
ꝛ caput. ꝛ videbat ſpinaꝝ puncturas. depi-
latione barbe. faciē ex ſputis ꝛ ſanguine de-
turpatā. ꝛ caput tonſuꝫ. ꝛ de fletu ꝛ aſpectu
nō poterat ſatiari. Legit̄ aūt in quadā ſcri-
ptura ꝙ dn̄s duote ſue reuelauit ꝙ ipe ton-
ſus fuit capillis ꝛ depilat⁹ barba. ſed euan-
geliſte nō ſcripſerūt oīa. Et ideō ꝙ ipe fu-
it tonſorat⁹. neſcio pbare p ſcripturā. Sed
de depilatiōe barbe pōt pbari. Dicit enim
Hieremias in pſona dn̄i. Corp⁹ meū dedi
pcutientibꝫ. ꝛ genas meas vellentibꝫ. Unō
ipa mr̄ hec fideliꝰ aſpiciebat ꝛ moroſe vide-
re volebat. Tardāte aūt hora dic̄ Johes.
Dn̄a ↄdeſcendā⁹ ioſeph ꝛ nicodemo ꝛ pmit-
tamus aptari et ſepeliri corpus dn̄i nr̄i. qꝛ
pter nimiā morā poſſent pati calūniā a iu-
deis. Ad hanc vocē tanꝗ̄ grata ꝛ diſcreta. ꝛ
cogitans ꝙ ipi iohi cōmiſſa eſt p filiū. nolu-
it ampli⁹ ↄtendere. ꝛ ſignans ꝛ benedicens
eū pmiſit aptari ꝛ inuolui. Tūc iohes ꝛ ni-
codemus ꝛ alij ceperūt inuoluere corpus ꝛ
aptare cū lintheaminibꝫ vt mos erat iude-
is. Dn̄a tn̄ ſemp tenebat caput ipi⁹ in gre-
mio ſuo qđ ſibi reſeruauit aptādū. ꝛ magda-
lena pedes. Cū ergo venerūt ad crura ꝓpe
pedes. dicit magdalena. Rogo vos vt pmit-
tatis me aptare pedes apud q̄s ſum miſeri-
cordiā cōſecuta. Quibꝫ pmittentibꝫ illa pe-
des ipos tenebat. ꝛ videbat̄ deficere p̄ do-
lore. ꝛ q̄s alias lachrymis cōpūctiōis riga-
uit. nūc multo magꝭ vndis lachrymaꝝ do-
loris ꝛ cōpaſſionis largit̄ lauit. Aſpiciebat
pedes ſic vulneratos. pforatos. deſiccatos
ꝛ ſanguiātos. amariſſime multū flebat. Nā
vt veritas de ipa pbibuit teſtimoniū. dile-
xit multū. ꝛ ideo fleuit multuꝫ. ꝛ maxīe in h̄
vltimo obſequio mḡri et dn̄i ſui. ſic afflicti.
ſic flagellati. ſic vulnerati. ſic mortui. ꝛ in ni-
biluꝫ ſic redacti. Uix cor ſibi in corpe ſtare
poterat p̄ dolore ſed bn̄ cogitari poteſt ꝙ ſi
poſſet. libenter ad pedes dn̄i ſui expiraſſet.
Nō videbat remediū doloris nec ↄſueue-
rat ei in talibꝫ obſequi. Nouū ꝛ vltimuꝫ eſt
hoc obſequiū qđ ei nunc p̄ſtat. ꝛ in h̄ p̄ſtan-
do amaricat̄ aīa ſua. qꝛ nō pōt illud face-
re vt vellet intime. ꝛ deceret. Uellet eīn to-
tum corp⁹ lauare. vngere ꝛ bn̄ aptare. ſꝫ nō

eſt temp⁹ ꝛ loc⁹. Nō eīn poterat pl⁹. nō po-
terat aliud. facit qđ pōt. ſaltem pedes lauic
cū lachrymis. tandeꝫ deuote abſtergit am-
plexatur. deoſculat̄. inuoluit ꝛ aptat fideliꝰ
quantū meli⁹ nouit ꝛ poteſt. Sic ḡ aptato
corpe. reſpiciunt ad dn̄am vt ipa cōpleat. ꝛ
oēs planctū reincipiunt. Tūc ipa videns
ꝙ ampli⁹ differre nō pōt. Ponit vultū ſup
faciē dulciſſimi filij ſui. ꝛ dicit. Fili mi ī gre-
mio meo te mortuū teneo. durum eſt valde
diuortiū mortis tue. Jocūda ꝛ delectabiꝰ
fuit inter nos cōuerſatio. ꝛ ſine q̄rela et of-
fenſa fuim⁹ inter alios. Quis tu dulciſſime
fili mi vt nocens ſis mō occiſus. Fideliter
fili mi ſeruiui tibi ꝛ tu mihi. ſed in hac pugna
tua doloroſa. nec pat̄ tibi auxiliari voluit.
nec ego potui. Tu teipm dereliq̄ſti propter
amorē generis hūani. qđ redimere voluiſti
Dura penoſa ꝛ nimis penoſa eſt iſta redē-
ptio. de qua gaudeo ꝓpter ſalutē hoim. Sꝫ
in tuis doloribꝫ ꝛ morte tua multū affligor
vehement̄. qꝛ ſcio ꝙ nūꝗ̄ peccaſti et ſine cā
tam amare occiſus es. tā morte turpiſſima
Modo ḡ fili mi diſiūcta eſt nr̄a ſocietas. et
me a te nūc oportet ſepari. Sepeliā ergo te
ego mr̄ tua meſtiſſima. Sed poſtea q̄ ibo?
Ubi etiaꝫ morabor fili mi? Quō ſine te vi-
uere poſſim? Tecū ergo libentius ſepelirer
vt vbicūꝗ̄ eſſes. ego ſimiliꝰ eſſem tecū. Sꝫ
ex quo nō poſſum corpe. ſepeliar tamē men-
te. aīam meā in tumulo ſepeliā cum corpe
tuo. eā tibi dimitto. eā tibi cōmendo. O fili
mi ꝗ̄ anxia eſt ſepatio iſta. Et iterum ex ha-
bundātia lachrymaꝝ. multo meli⁹ lauit fa-
ciē filij. ꝗ̄ magdalena pedes. Abſtergit au-
tē faciē eius ꝛ deoſculās os ꝛ oculos ei⁹. in
quodā ſudario caput ipm inuoluit ꝛ diligē-
ter aptauit. Tandē iterū benedixit ꝛ ſigna-
uit eū. Et tunc oēs adorātes eū flexis ge-
nibꝫ ꝛ pedes ei⁹ deoſculātes. accipiūt ꝛ por-
tant ad monumentū. Dn̄a tenebat caput ꝛ
ſcapulas. magdalena pedes. Reliq̄ vero ſta-
bant in medio. Erat ꝓpe locū crucifixionis
ſepulchrū quātū eſt longitudo eccl̄ie nr̄e vꝰ
circa ī qua ſepelierūt eū reuerent̄. flexis ge-
nibꝫ ꝛ cū fletibꝫ magnis ꝛ ſingultibꝫ ꝛ ſuſpi-
rijs crebris ꝛ multꝭ. Quo ſepulto mr̄ iterū
bn̄dicit amplexat̄ eū et ſtat ſup dilecto filio
ſuo. Sed eleuātes eam poſuerūt magnuꝫ
lapidē ad oſtiū monumēti. De hoc monu-
mento dicit Beda. ꝙ fuit dom⁹ rotunda de
ſubiacente rupe exciſa. tante altitudinis vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vit hõ manu extenta culmẽ poſſet attinge/
re. introitũ habẽs ab oriente. in parte vero
aquilonari loc⁹ dñici corpis de eadẽ petra
fact⁹ eſt. ſeptẽ pedes hñs longitudinis.

## Meditatio poſt cõpletoriũ.
### Capl'm .lxxxiiij

Volens aũt ioſeph redire in ciuitatẽ
poſt officiũ ſic cõpletũ. dixit domīe.
Dña mea ego vos depcor ꝑꝑt deũ
ꝛ ꝑpter amorẽ filij vr̃i ꝛ mgr̃i mei ſi placet vt
diuertatis in domũ meã. ſcio eñ ꝙ domuꝫ
ꝑpriã nõ habetꝭ. vtamini mea vt vr̃a. q̃a oĩa
mea vr̃a ſunt. Silr̃ ꝛ nicodem⁹. O q̃lis cõ/
paſſio. Regina celi nõ habꝫ vbi caput ſuuꝫ
reclinet. ꝛ hos dies lugubres ꝛ viduitatis
ſue ſub alieõ tecto ducere oportebit. Vere
dies viduitatis ſunt iſti. q2 dñs ihs erat ei
fili⁹ ꝛ ſponſus. pr̃ ꝛ mr̃. ꝛ om̃e bonũ. ꝛ om̃ia
ſimul eo mortuo ꝑdidit. Vere vidua eſt et
derelicta. ꝛ q̃ diuertat nõ hꝫ. Tũc ipa ſe in/
clinans hũilit͛ ꝛ gr̃as agens. rñdit ſe eſſe cõ/
miſſam iohi. Quib⁹ iohẽs adhuc eã rogan/
tib⁹ rñdit ꝙ volebat eã ducere in montẽ ſy/
on in domuꝫ in qua mgr̃ cenauit heri ſero
cũ diſcipul'. ꝛ ibidẽ ſtare cũ ea volebat. Illi
ꝟo inclinãtes ſe dñe. ꝛ adorãtes ſepulchrũ
abierunt. Et iſti vt euãgeliũ dicit remanſe/
runt ſedentes ↄtra ſepulchꝝ. Appropin/
quãte aũt nocte dicit iohẽs dñe. Nõ eſt ho/
neſtũ hic nimis morari vel de nocte in ciui/
tatẽ redire. ꝛ iõ ſi vobis placet dña receda/
mus. Tunc dña ſurgẽs ꝛ genuflectẽs ad ſe/
pulchrũ amplexat͛. bñdicenſqꝫ ſepulchꝝ di/
cit. Fili mi nõ poſſuꝫ ampli⁹ ſtare tecũ. ego
recõmendo te pr̃i tuo. Sublenatis ẽt ocul'
in celũ dicit cũ lachrymis ꝛ affectu magno.
Pater et͛ne. recõmendo vobis filiũ ꝛ meaꝫ
aiam quã dimitto. Et recedere tũc ceperũt
Cũ aũt venerũt ad crucẽ. ibi genuflexit ipa
ꝛ adorauit crucẽ dicẽs. Hic req̃euit fili⁹ me/
us. ꝛ hic eſt ꝑcioſiſſim⁹ ſanguis ei⁹. Silr̃ et
om̃es fecerũt. Cogitare nãqꝫ potes ꝙ ipa ꝑ/
ma fuit q̃ crucẽ adorauit. Exinde recedunt
ꝟſus ciuitatẽ. ꝛ ꝑ viã ſe ſepe ꝟtebat retroſpi/
ciens. Cũ aũt fuerũt in loco vltra quẽ ſepul/
chrũ ꝛ crucẽ ampli⁹ videre nõ potuerũt. ver/
tit ſe. iclinauit. genuflexit ꝛ deuotiſſime ad/
orauit. ſilr̃ ꝛ om̃es fecerũt. Appropinq̃ntes
ad ciuitatẽ ſorores dñe. velauerũt eã tanq̃
viduã. coopientes q̃i totũ vultũ ſuuꝫ. ꝛ ꝑce/
debant. Dña aũt int͛ iohẽm ꝛ magdalenaꝫ
ſeq̄bat͛ meſtiſſime ſic velata. Tũc magdale/
na volens in ingreſſu ciuitatꝭ ſumere viã q̃
ducit ad domũ ſuã. ꝛ illuc eos ducere. ꝓui/
dit ſibi ante. ꝛ dic. Dña mea ꝑcor vos amo/
re mgr̃i mei vt eamus ad domũ nr̃am. ꝛ ibi
meli⁹ ſtabim⁹. ſcitis eĩ quõ libent͛ veniebat
ad eã. Ipa vr̃a eſt ꝛ om̃ia mea vr̃a ſunt. Ro/
go vt veniatꝭ. Et hic plangere inceperunt.
Dña aũt tacente ꝛ annuẽte ꝟſus iohẽm ad/
huc illa rogat iohẽm. Ipe vero rñdit. De/
centi⁹ eſt vt eam⁹ vſqꝫ monteꝫ ſyon. ꝛ marie
q2 ſic rñdebam⁹ amicꝭ nr̃is. tu poti⁹ venias
cũ ea. Tunc magdalena rñdit Bene ſcis ꝙ
veniã cũ ea q̃cunqꝫ ierit. ꝛ nunq̃ꝫ dimittã eã
Intrantib⁹ aũt illis ciuitatẽ. ↄcurrunt vn/
diqꝫ ꝟgines ꝛ matrone bone cuꝫ ꝑpendere
eam potuerũt ꝛ aſſociãt eã ꝑ viã ↄſolando.
ſed magn⁹ vtiqꝫ fit plorat⁹. ſed ꝛ boni hoĩes
cõpatiebant͛ eidẽ ꝑ q̃s tranſibãt ꝛ mouebã/
tur ad fletũ. dicentes. Certe magna iniuſti/
cia eſt facta hodie ꝑ ꝑncipes nr̃os. ↄtra fili/
um iſti⁹ dñe. ꝛ de⁹ ꝑ eo magna ſigna oſten/
dit. caueãt q̃d fecerint. Cũ autẽ venerũt ad
domũ. tũc ipa ſe vertens ꝟſus dñas. ꝛ gra/
tias agens deuotiſſime inclinauit. Ipe ꝟo
inclinãtes ſe ꝛ genuflectẽtes om̃es ceperũt
facere planctũ magnũ. Intrauit g̃ dña do/
mũ ꝛ magdalena. ꝛ due ſorores ſue. Iohã/
nes vero ponẽs ſe ſup oſtio. rogauit om̃es
vt redirent ad domos ſuas. q2 tarda hora
erat. ꝛ gr̃as agens eis. oſtiũ ille clauſit. Tũc
dña ꝑ domũ circũſpiciens ſic dicebat. Fili
mi dulciſſime vbi es. q2 hic te nõ video. O
iohẽs vbi eſt fili⁹ meus. O magdalena vbi
eſt pr̃ tuus q̃ te ſic tenerrime diligebat. O
dilecte ſorores vbi eſt fili⁹ noſter. Receſſit a
nobis gaudiũ noſtrũ. dulcedo nr̃a. ꝛ lumẽ
oculorũ noſtrorũ. Receſſit auteꝫ cũ magna
anguſtia. vos audiſtis. Et hoc eſt qđ mihi
magis auget dolorẽ. q2 receſſit totus affli/
ctus. totus lacerat⁹. tot⁹ anxius ꝛ ſitibun/
dus. coactus. oppſſus ꝛ violent⁹. nec ei po/
tuimus in aliq̃ ſubuenire. om̃es reliquerũt
eum. ꝛ pater ei⁹ om̃ipotẽs de⁹ noluit euꝫ iu/
uare. Et q̃ꝫ cito facta ſunt iſta. vos vidiſtis.
Cuius vnq̃ꝫ vl' ſceleratiſſimi hoĩs fuit ſic
accelerata ꝛ fulminata dãnatio. O fili hac
nocte capt⁹ fuiſti. ꝑfide tradit⁹. mane in ter/
cia ↄdemnat⁹. ꝛ in ſexta crucifix⁹ ꝛ ita mor/
tuus es. O fili q̃ꝫ amara eſt iſta ſepatio tua.
ꝛ memoria turpiſſime mortꝭ tue. Tandẽ io/
hãnes rogans vt deſiſteret. ↄſolat⁹ eſt eaꝫ.
Tu autẽ ſi vires tuas experiaris. ſcies vtiqꝫ

cis parare ⁊ ſeruire. cõſolari ⁊ ꝯfortare eaꝫ
ꝙ parũper comedat. ⁊ alios ad comedẽdũ
cõforta. q̄ꝛ adhuc ieiuni ſunt. Et poſtea be/
nedictione a dña ⁊ a ſingulis alijs ſuſcepta
diſcedas.

## Meditatio de dña ⁊ ſociabꝫ die ſabba/ ti. Capitulũ. lxxxv.

Mane aũt ſabbati. ſtabant in do/
mo ianuis clauſis dña et alie ſocie
vnacũ iohãne afflicte ⁊ doloroſe tã/
q̃ orphane ⁊ plene merore. nõ loquẽtes ſed
memorãtes ſedebant ſimul. aſpicientes ſe
mutuo raptim. ſic cõtingere conſueuit ma/
gna preſſura ⁊ calamitate grauatis. Pulſatũ
autẽ fuit ad oſtiũ ⁊ timebant. q̄ꝛ omĩa timu/
erunt. ſecuritas em̃ eorũ diſceſſerat. Tamẽ
iohãnes ibat ad oſtiũ. ⁊ aſpiciẽs cognouit
petrũ ⁊ dixit. Petrꝰ eſt. Et dña. Aperias ei.
Ingredit̃ igit̃ Petrus verecũde cũ ſingul/
tibꝫ magnis ⁊ fletibꝫ. ⁊ tunc omnes plorare
ceperũt. nec verbũ loqui poterãt p̄ merore.
Poſtea veniũt ſucceſſim ⁊ alij diſcipuli etiã
plorãtes. Tandẽ ceſſantes a fletu incipiũt
de dño ſuo loqui. Dicit g̃ petrꝰ. Ego vere/
cundor in meipõ. nec deberẽ in cõſpectu ve/
ſtro loqui vel hõibꝫ apparere. q̄ꝛ dñm me/
um q̃ me tantũ diligebat. ſic reliqui ⁊ nega/
ui. Similit̃ ⁊ alij cũ ꝑcuſſione palmarũ la/
chrymarũq; effuſione. ſeipõs redarguebãt
q̄ꝛ dñm ſuũ dulciſſimũ ſic reliquerãt. Tũc
dicit dña. Magiſter bonꝰ ⁊ paſtor fidel' re/
ceſſit a nob̃. ⁊ nos remanemꝰ velut orpha/
ni. ſed ſpero firmit̃. ꝙ cito rehabebimꝰ ipm̃.
⁊ vos ſcitis. q̄ꝛ benignꝰ eſt filiꝰ meus ⁊ vos
multũ diligebat. Nõ dubitetis. q̄ꝛ bene re/
conciliabit̃ ⁊ libent̃ remittet omnẽ offenſã
ſiue culpã. Tantꝰ autẽ fuit ꝑmiſſione patris
furoris impetꝰ cõtra eum. ⁊ ita p̄ualuit ma/
lorũ audacia. ꝙ non potuiſſetis eũ iuuare.
etiã exiſtẽtes cũ eo. ⁊ ideo nolite turbari. Re/
ſpõdit petrꝰ. Vere dña mea ita eſt vt dicitis.
nã ⁊ ego q̃ tm̃ initia vidi. tanto fui timore ꝑ/
cuſſus in atrio cayphe ꝙ vix credebam me
poſſe euadere ⁊ eũ negaui. nec fui mẽor ver/
borũ quibꝫ hoc p̄dixerat mihi. quouſq; me re/
ſpexerat. Tũc magdalena querit q̃d ei p̄di/
xerat. ⁊ reſpõdit de negatiõe. ⁊ narrat ei to/
tum. Et addidit ꝙ eis alia plura dixit in ce/
na de paſſione ſua. Tũc dicit dña. Vellem
audire de his q̃ dicta ⁊ facta fuerũt in cena
per eũ. Et petrꝰ annuit iohi vt ipẽ referat
Iohãnes ſꝰo incipit ⁊ narrat totũ. ⁊ ſic tam
de his q̃ de alijs q̃ fecerat dñs ihs cũ eis.
narrant adinuicẽ. modo vnꝰ. modo alius.
Sicq; totã diẽ de ipõ ſermocinãdo ꝑcur/
runt. Q̃ attente auſcultabat magdalena
ſed multũ attentiꝰ ipa dña. Q̃ quotiens i ipſa
die dicebat in narratiõe geſtorũ. Bñdictꝰ
ſit filiꝰ meus ihs. Intuere g̃ eos diligenter
⁊ cõpatere. q̄ꝛ ſunt in afflictiõe magna. imo
ꝑmaxima hodie ꝯſtituti. Quid em̃ ẽ videre
ꝙ dña celi ⁊ terre. ⁊ p̄nceps eccleſiaꝝ ⁊ om̃
populoꝝ. ⁊ duces totiꝰ diuini exercitꝰ ſic
moroſi ſtãt recluſi in domũcula quadã. ne/
ſcientes q̃d facere debeãt. niſi ꝙ ſe ꝯfortãt.
cõferentes de factis ⁊ verbis dulciſſimi dñi
ſui. Dña tamẽ ſtabat mente trãquilla ⁊ pa/
cata. q̄ꝛ certiſſimã ſpem habebat de reſurre/
ctione filij ſui. Et in ea ſola remãſit fides in
ipa die ſabbati. ⁊ ꝓpterea dies ſabbati attri/
buit̃ ei. Nõ tamẽ poterat ipa dña gaudent̃
ſtare ꝓpter mortẽ filij ſui dulciſſimi ihu chri/
ſti. Sero aũt facto poſt ſolis occaſum cũ li/
cuit opari. maria magdalene ⁊ altera maria
iuerunt emere aromata ꝓ faciẽdis vnguen/
tis. Sero etiã p̄cedẽti cũ redierãt a ſepul/
tura dñi. ceperũt parare vſq; ad ſolis occa/
ſum. poſtea ſiluerũt. Nã ſabbatũ obſerua/
re oportebat a ſolis occaſu diei veneris. vſq;
ad aliuꝫ occaſum. Nũc ergo vadunt emere
aromata. Intuere tu illas diligent̃ incedẽ/
tes meſtis vultibꝫ more viduarũ. ⁊ ſe appli/
cantes ad aliquã apothecã alicuiꝰ forte de/
uoti dñi eis cõpatientis. ⁊ libent̃ ſatiſfacien/
tis volũtati earũ. Ipẽ vero poſtulant aro/
mata ⁊ eligunt quãtũ poſſunt meliora. ⁊ p̄/
cio ſoluto redeũt. parãtes ſe ad faciẽda vn/
guenta domi ſuo. Conſpice ergo diligen/
ter quomõ humilit̃ ⁊ deuote ⁊ fidelit̃ labo/
rant ꝓ dño ſuo cũ lachrymis magnis ⁊ ſu/
ſpirijs intimis. Dña vero ⁊ apl'i aſpiciũt et
forte adiuuãt. Quibꝫ factis. nocte ſiluerũt.
Et hec quideꝫ eſt meditatio die ſabbati de
dña. ſociabꝫ ⁊ diſcipulis.

## Sabbato die.

## ¶ Meditatio de domino ieſu die ſabbati deſcendenti ad infernũ. Capitulũ. lxxxvi.

Venit etiã hoc in
conſideratiõnẽ nunc. q̃d ſcꝫ fe/
cerit dñs ipa die ſabbati. Sta/
tim cũ mortuus fuerat deſcẽdit ad inferos
ad ſctõs patres. ⁊ ſtabat cũ eis. ⁊ tũc fuerũt

in glia.nã viſio dñi.glia eſt pfecta. Conſi/
dera hic ḡ ꝛ attende q̄nta fuerit ei⁹ benigni/
tas in infernũ deſcẽdere.q̄nta caritas.q̄ta
ꝗ humilitas. Poterat em̄ vnũ angeluꝫ ad
eos mittere ꝛ om̄es ſuos ſuos liberare ꝛ ſi/
bi pñtari vbi voluit. Sed h̄ nõ ſuſtinuiſſet
amoꝛ ſu⁹ infinit⁹.ꝛ hũilitas ſua. Per ſemet/
ipm ḡ deſcendit.ꝛ nõ vt ſuos. ſed ꝛ vt ami/
cos viſitaret dñs oim̄.ꝛ ſtetit cũ eis ibideꝫ
vſqꝫ ad diẽ dñicã ꝓpe aurozã. Cogita bñ de
his ꝛ admirare ꝛ imitari coner̄. Jubilaue/
rũt aũt ſcti p̄res in ſuo aduẽtu.et repleti ſũt
iocunditate imenſa.om̄i diſplicẽtia ꝓcul ex/
pulſa.ꝛ ſtabãt in laudib⁹ ꝛ canticꝭ coꝛam eo.
Quas laudes potes h̄ mõ meditari. Jma/
ginãdo eos ac ſi eſſent cũ coꝛpib⁹ ſuis.ſicut
poſt reſurrectõnẽ erũt. Silr̄ ꝛ aĩam illã be/
nigniſſimã dñi nr̄i ieſu xp̄i. Cũ ḡ ꝑſenſerũt
ei⁹ ſaluberrimũ aduẽtũ. occurrerũt ei gau/
dent ſeipos exhoꝛtãtes atqꝫ dicẽtes. Bene/
dict⁹ dñs de⁹ iſrl̄.q2 viſitauit ꝛc̄.

Canticũ ſctõꝝ de lymbo — Ca.lxxxvij

LEuate capita vr̄a.q2 ecce venit redẽ/
ptio vr̄a. Conſurge.ↄſurge hierl̄m
ſolue vincula colli tui.ecce ſaluatoꝛ
venit ſoluere nos a vincul̄. Tollite poꝛtas
ꝑncipes vr̄as.ꝛ eleuamini poꝛte et̄nales et
introibit rex glie. Adoꝛam⁹ te xp̄e ꝛ bñdici/
mus tibi amãtiſſime de⁹ nr̄. Et ꝓcidentes
adoꝛauerũt euꝫ cũ gaudio ꝛ leticia magn...
Jpos aũt ↄſidera q2 cũ reuerẽtia ꝛ ingen/
ti exultatione ꝛ vultib⁹ iocũdis ſtant et di/
cunt ꝑdicta coꝛã eo.ꝛ in hmõi laudib⁹ ꝛ can/
ticis ꝛ iubilatiõib⁹ ſteterũt in lymbo.vſqꝫ ꝓ/
pe auroꝛã diei dñici. in ↄſpectu etiã multi/
tudinis angloꝝ ibidẽ exiſtentiũ. ꝛ cũ eis iu/
bilantiũ. Tunc accepit eos dñs educẽs ab
inferis in exultatõe.ꝛ añ eos glioſe ꝓcedẽs
poſuit in paradyſo deliciaꝝ. Aliq̄ vero mo/
rula facta cũ eis iocunde.ꝛ cũ helya ꝛ enoch
eũ recognoſcentib⁹.dixit eis. Temp⁹ eſt vt
exitẽ coꝛp⁹ meũ.vadã et reaſſumaꝫ illud.q̄
om̄es ꝓcidẽtes dixerũt. Jte dñe rex gloꝛie
ꝛ cito redite ſi placet.q2 glioſiſſimũ coꝛpus
vr̄m videre plimũ affectam⁹. Habes er/
go q̄ circa dñm ihm̄ ꝛ mr̄em ei⁹.ꝛ diſciplos
ꝛ ſctõs p̄res meditari poſſis in die ſabbati
añ reſurrectionẽ. Vex q2 totã paſſionẽ dñi
ihu tibi ſine auctoꝛitatũ interpoſitõe tranſ/
curri.ne anim⁹ ad aliud q̄ꝫ ad ipam paſſio/
nẽ ſe ↄuerteret.cogitaui vl̄ nunc auctoꝛita/
tes aliq̄s tibi referre vt eaꝝ lectio mentẽ ex/
citet ad ipam feruenti⁹ ꝛ deuoti⁹ meditan/
dã. Accipe ḡ Bern̄. moꝛe ſolito in q̄buſ/
dam ſentẽtijs ſic dicenteꝫ. Jeſu chriſto de/
bes totã vitã tuã.q2 ipe vitã ſuã poſuit pro
vita tua.ꝛ cruciat⁹ amaros ſuſtinuit. ne tu
ꝑpetuo ſuſtineres. Si em̄ cõferrenť in me
omẽs dies filioꝝ adam.ꝛ omẽs dies ſeculi.
ꝛ laboꝛes oim̄ hoim̄ q̄ fuerũt ꝛ q̄ ſunt.ꝛ qui
erunt. nihil eſſet ad cõparationẽ illi⁹ coꝛpo/
ris.qđ ſpectabile ꝛ ſtupendũ eſt v̄tutib⁹ etiã
ſupnis. in cõceptu de ſpũ ſctõ. in oꝛtu de v̄/
gine.in vite innocẽtia. in doctrine affluẽtia.
in choꝛuſcatione miraculoꝝ. in reuelationi/
bus ſacramẽtoꝝ. Sicut igiť exaltanť celi a
terra. ita exaltata eſt vita ſua a vita nr̄a.que
tñ poſita eſt. Et ſic nihil ad aliq̄d nullã ha/
bet cõparationẽ.ita vita nr̄a nullã habꝫ ad
vitã illi⁹ ꝓpoꝛtionẽ.cũ illa dignioꝛ.iſta miſe/
rioꝛ eſſe nõ poſſit. Cũ ḡ deuouero quicq̄d
ſum. quicq̄d poſſuꝫ.nõ eſt ſicuti ſtella ad ſo/
leꝫ.gutta ad flumẽ.lapis ad montẽ. granũ
ad aceruũ. Jdem.xj. Canticoꝝ. Nõ ſim/
plex aut modica xp̄i exinanitio fuit. ſed ſemet/
ipm exinaniuit vſqꝫ ad carnẽ.ad moꝛtẽ.ad
crucem. Quis digne penſet q̄nte fuerit hu/
militatis.mãſuetudinis.dignatiõis.deũ ma/
ieſtatis carne indui.multari moꝛte.turpari
cruce. Sed dicit aliq̄s. Nũ valuit opus ſu/
um reparare creatoꝛ abſqꝫ iſta difficultate?
Valuit.ſꝫ maluit cũ iniuria ſui. ne peſſimũ
atꝫ odioſiſſimũ viciũ ingratitudis.occaſio/
nẽ vltra repiret in homie. Sane multũ fa/
tigatiõis aſſumpſit.q̄ multe dilectiõis ho/
minẽ debitoꝛẽ teneret.ↄmoneretqꝫ ad gra/
tiarũ actiões difficultas redẽptiõis.quẽ mi/
nus deuotũ eſſe fecerat cõditiõis facilitas.
Quid em̄ dicebat hõ creatus et ingratus.
Gratis quidẽ ↄdit⁹ ſum.ſed nullo cõditoꝛꝭ
grauamie vel laboꝛe. Siquidẽ dixit ꝛ fact⁹
ſum queadmodũ ꝛ vniuerſa. Sed obſtru/
ctũ eſt os loquẽtiũ iniqua. Luce clari⁹ pateꝫ
q̄ntũ modo o hõ ꝓ te diſpendiũ fecit.de do/
mino ſuus.de diuite paup.caro de verbo.ꝛ
de dei filio hoĩs fieri fili⁹ nõ deſpexit. Me/
mẽto iã te.ꝛ ſi de nihilo factũ.nõ tñ de nihi/
lo redẽptũ. Sex dieb⁹ ↄdidit oĩa.ꝛ te inter
oĩa. At v̄o ꝑ totos triginta ãnos. opat⁹ eſt
ſalutẽ nr̄am in medio t̄re. O q̄ntuꝫ laboꝛa/
uit ſuſtinens carnis neceſſitates. hoſtis tẽ/
ptatiões. None ſibi crucꝭ aggrauauit igno/
miniã.moꝛtis ſibi accumulauit hoꝛroꝛem.
Jtẽ.xx. Canticꝭ. Sup oĩa reddit te ama/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bilez mihi ieſu bone calix quē bibiſti. opus
nr̄e redēptiōis. Hoc oīno amorē nr̄m faci/
le vendicat totū ſibi. Hoc inq̄ʒ eſt qḋ nr̄am
deuotionē ⁊ blandiꝰ allicit. ⁊ iuſtiꝰ exigit. et
artius ſtringit. ⁊ afficit vehemētiꝰ. Multū
q̄ppe laborauit in eo ſaluator nec in oī mū/
di fabrica tantū fatigatōis auctor aſſūpſit.
Illa deniq̄ʒ dixit ⁊ facta ſūt. mādauit ⁊ cre
ata ſunt. At vero hic. Et in dictis ſuis ſuſti/
nuit ꝯtradictores. ⁊ in factꝭ obſuatores. et
in tormētis illuſores. ⁊ in morte exprobra/
tores. Idē. xxij. Cantic. Ad cumulū pie/
tatis tradidit xp̄s in mortē aīam ſuā. ⁊ de ꝓ
prio latere ꝓtulit p̄ciū ſatiſfactiōis q̄ placa
ret patrē. Per qḋ plane ad ſe verſiculū illū
traxit. Apud dn̄m miſcḋia ⁊ copioſa apud
eū redemptio. Prorſus copioſa. q2 nō gut/
ta ſedvnda ſanguis largitꝰ ꝑ quinq̄ʒ partes
corpis emanauit. Quid tibi debuit facere.
⁊ nō fecit. Illumiauit cecū. ſoluit vinctū. re/
duxit erroneū. recōciliauit reū. Quis nō pꝰ
illū libenꝭ alacriterq̄ʒ currat. q2 ab errore li/
berat ⁊ errata diſſimulat. ⁊ q̄ deinde viuen/
do merita tradit. p̄mia moriēdo conquirit
Quā excuſationē habꝫ q̄ in odore boꝝ vn/
guentoꝝ nō currit. niſi ad quez forte mīme
odor ꝑuenit. Si etem̄ in oēm t̄raꝫ exiuit
odor vite. q̄m̄ miſcḋia dn̄i plena eſt t̄ra. et
miſeratiōes eiꝰ ſup oīa opa eiꝰ. Ergo q̄ vita
lem hāc ſparſaꝫ vbiq̄ʒ fragrantiā nō ſentit.
⁊ ob hoc nō currit. aut mortuꝰ eſt. aut putri
dus. Idē. xxv. Cantic. Nō erubeſcit ſpō/
ſa nigredinē quā nouit p̄ceſſiſſe in ſpōſo. cui
ſimilari q̄nte etiā glīe ē. Nil ḡ ꝓinde glīoſiꝰ
eſt q̄ʒ chriſti portare obprobriū. Vn̄ vox il/
la prorſus exultatōnis ⁊ ſalutis. mihi abſit
gl̄iari niſi in cruce dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Gra/
ta ignominia crucꝭ ei q̄ c̄ũcꝛo ingratꝰ nō eſt.
Nigredo eſt. ſed forma ⁊ ſilr̄itudo dn̄i. Va/
de ad ſcm̄ Iſaiā. ⁊ deſcribet tibi q̄lem illū
in ſpū viderit. Quē nāq̄ʒ aliū dixit virū do/
loris ⁊ ſcientē īfirmitatē. ⁊ q2 nō erat ei ſpe
cies neq̄ʒ decor. Et addidit. Nos putaui/
mus eū q̄ſi leproſuꝫ ⁊ ꝑcuſſum a deo ⁊ humi
liatū. Ipe aūt vulneratꝰ eſt ꝓpter iniq̄tates
nr̄as. Attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a. ⁊ liuore
eius ſanati ſumꝰ. Deniq̄ʒ ſeipm̄ fecit pctm̄.
⁊ nigrū dicere verear. Intuere ſane pānis
ſordidū. plagis liuidū. illitū ſputꝭ. palliduꝫ
morte. Idē. xxviij. Cantico. Quid ei ma/
gis deforme ⁊ nigꝝ oculis ſpectātiū occur
rebat q̄ʒ cū expāſis in cruce manibꝫ. mediꝰ
duoꝝ nequā. riſum malignātibꝫ daret. fletū
fidelibꝫ. ⁊ ſolus erat riſui q̄ ſoluſ poterat eē
terrori. ſolus honori eſſe debuerat. Idē
lxj. Cant. Petra refugiū herinacijs. et vbi
tuta firmaq̄ʒ infirmis req̄es niſi in vulneri/
bus ſaluatoris. Tanto illuc ſecurior habito.
q̄nto ille potētior eſt ad ſaluādum. Fremit
mūdus. p̄mit corpꝰ. diabolus inſidiaꝭ. Nō
cado. fundatꝰ eīm ſuꝫ ſup firmā petrā. Pec
caui pctm̄ grāde. turbabiꝭ ꝯſcia. ſꝫ nō ꝑtur/
babiꝭ. q̄m̄ vulneꝝ dn̄i recordabor. Nempe
vulneratꝰ eſt ꝓpter iniq̄tates nr̄as. Quid tā
ad mortē qḋ nō xp̄i morte ſaluaꝭ. Et infra.
Clamat clauus. clamat vulnꝰ. q̄ vere deus
ſit in chriſto mūdū recōciliās ſibi. ferrū ꝑ/
trāſijt aīam eiꝰ. ⁊ appropinquit cordi. vt nō
iā neſciat cōpati infirmitatibꝫ nr̄is. Patꝫ ar/
chanū cordis ꝑ foramīa corpis. Patꝫ illud pietatis
magnū ſacrm̄. Patēt viſcera miſcḋie dī nr̄i
in q̄bꝫ viſitauit nos oriēs ex alto. Quid ni
viſcera ꝑ vulnera pateāt. In q̄ em̄ clariꝰ q̄ʒ
in vulneribꝫ tuis eluxiſſet. q̄ tu dn̄e ſuauis
⁊ mitis es ⁊ multe miſcḋie. Maiorē ei mi/
ſeratiōnē nemo hꝫ. q̄ʒ vt aīam ſuā ponat q̄s
ꝓ addictis morti ⁊ dānatis. Idem q̄ʒ vt
crediꭍ in quodā ſmone de cruce. Medita/
re inquit poſitionē crucifixi corpis. ⁊ vide ſi
aliq̄d eſt in eo qḋ nō poter ad p̄ſem pro te.
Diuinū illud caput multiplici ſpinaꝝ denſi/
tate denſatū. vſq̄ʒ ad cerebri teneritudineꝫ
cōfixū eſt. dū cōfigiꭍ ſpina. Spinis pctōꝝ
ſuoꝝ ait dn̄s ꝑ ꝓphetā. circūdedit me populꝰ iſte
Ad qḋ hꝫ: ne doleret caput tuū. ne tua vulne/
raretur intentio. Caligauerūt in mortē ocu/
li ſui. ⁊ illa lumiaria q̄ illuminānt orbem. ad
horā extincta ſunt. Nōne illis obtenebrāti/
bꝰ tenebre facte ſunt ſup oēm t̄rā. ⁊ illa duo
magna lumiaria cū alijs lumiaribꝫ ſubmo
ta ſunt. Hoc aūt totū factū eſt. vt auerteren
tur oculi tui ne videāt vanitatē. ⁊ ſi viderēt
nō adhererēt. Aures ille q̄ in celis audiūt.
ſanctꝰ. ſctūs. ſctūs. dn̄s deꝰ ſabaoth. audierūt
in t̄ris. demoniū habes. ⁊ crucifige crucifi/
ge eū. Vt q̄d illō. ne aures tue obſurdeſce/
rent ad clamorē pauperis. ne reciperēt au/
ditum vanū. ne detractionis virus apertis
auribꝰ pciijſq̄ʒ ſuſcipent. Speciosa illa facies. ſpe
cioſi forma pre filijs hominū. ſputis illita.
afflicta colaphis. addicta deluſionibus eſt.
Sic nanq̄ʒ ſcriptū eſt. Ceperunt cōſpuere
in eū ⁊ ꝑcutere faciem eius. ⁊ illudere ei di/
centes. Prophetiza quis eſt qui te ꝑcuſſit.
quare hoc. vt facies tua illuminareꭍ. illumi/
nata ꝯfirmareꭍ. ⁊ dicereꭍ de te. Vultus eiꝰ

nō ſunt ampli⁹ in diuerſa mutati. Os illud
qḋ docet angelos. ⁊ homines inſtruxit/qḋ
dixit ⁊ factū eſt. felle potatū eſt ⁊ aceto. Sꝫ
hoc factū eſt. vt veritatē ⁊ iudiciū loquereť
os tuū. ꝯfitereť dn̄m deū ſuum. Man⁹ il/
le que fundauerūt celos. extenſe ſunt ī cru/
ce. clauiſq̄ pforate duriſſimis. vt man⁹ tue
extenderenť ad inopē. ⁊ dicere poſſes. Aīa
mea in manib⁹ meis ſemp. Qḋ tenemus ī
manib⁹ nō ꝯ̄ facile obliuiſcimur. Sic et q̄
aīam ſuā bone opationi impmit. non tra/
dit eam obliuiōi. Pectus illud in quo ſunt
omēs theſauri ſapiētie ⁊ ſcientie dei abſcon/
diti. lancea militari pfoſſum eſt. vt pect⁹ tu
um a prauis cogitationib⁹ mundareť. mun
datū ſanctificareť. cōſeruareť ſanctificatū.
Pedes illi quorū ſcabellum adorare debe/
mus. quia ſanctū eſt. dura tranſfixione con
foſſi ſunt vel cōfixi. ne pedes tui feſtinarēt
ad malū. ſed currerent ad viā mandatorūꝫ
domini. Quid plura. Foderūt manus eius
⁊ pedes eius. dinumerauerunt omnia
oſſa eius. Pro te carnē ⁊ animā ſuā poſuit.
vt corpus ⁊ ſpiritū tuū ſibi vendicaret. to/
to ſe totū recuperauit. In ſtimulo amoris
ſup mirandis beneficijs humane redēptio/
nis. Expergiſcere nunc aīa mea. excutere
de puluere. ⁊ cōtemplare virū hunc memo/
rabilem quē in ſpeculo euāgelici ſermonis
quaſi pſentēꝫ intuearis. Attende aīa mea
Quis eſt iſte qui ingrediť habens imaginē
regis. ⁊ nihilomin⁹ ſerui deſpectiſſimi con/
fuſione repleť. Coronať⁹ incedit. ſed ipſa
eius corona etiā cruciať⁹ eſt illi. ⁊ mille pun/
cturis ſpecioſum ei⁹ caput diuulnerat. Re/
gali purpura induitur. ſed poti⁹ in ea deſpi/
citur q̄ honorať. ſceptrum in manu geſtat.
ſed eo ipō reuerendū eius caput ferit. Ado/
rant coram ipō poſitis in terrā genibus et
regem clamant. ⁊ cōtinuo ad conſpuendūꝫ
amabiles eius genas ſubſiliunt. Maxillas
palmis concutiunt. ⁊ honorabile collū ex/
honorant. Uide anima mea. quomō vir
iſte per omīa coartať ⁊ ſpernitur. Sub cru/
cis onere dorſum incuruare iubeť. et ſuam
portare ignominiā. ad locum deduct⁹ ſup/
plicij. myrrha potať ⁊ felle. In cruce ſub/
leuatur. ⁊ dicit. Pater dimitte illis. quia ne/
ſciunt quid faciunt. Qualis eſt hic q̄ in om/
nibus pſſuris ſuis nec ſemel os ſuum ape/
ruit vt aliquid querele aut excuſatiōis. aut
cōminationis. aut maledictiōis aduerſus
maledictos canes illos pferret. Sed no/
uiſſime verbū benedictionis ſup inimicos ſu/
os. quale a ſeculo nō eſt auditūꝫ. Quid hoc
viro manſuetius. quid benigni⁹ aīma mea
vidiſti. Adhuc autē attentius intuere q̄
grandi admiratiōe ⁊ tenerrima cōpaſſione
dign⁹ appareat. Uide nudū ⁊ vulnerib⁹ la/
ceratūꝫ. in medio latronū. cruci ignominio/
ſe ferreis clauis affixum. aceto in cruce po/
tatum. ⁊ poſt mortē lancea in latere vulne/
ratū. ⁊ copioſos ſanguis riuos ex q̄nq̄ vul/
nerib⁹ manuū pedū ⁊ lateris effundentem.
Fletū deducite oculi mei. ⁊ liq̄ſce aīa mea.
ſup ꝯtritiōe amabiľ viri h⁹ quē in tāta ama/
ritudīe tot vides affectūꝫ dolorib⁹. Reſpice
dn̄e ſcē pr̄ de ſctūario ⁊ de excelſo celoꝝ ha/
bitaclo. ⁊ intuere hāc ſacroſcām hoſtiā q̄m
tibi offert magn⁹ pontifex nr̄ ſctūs puer tu/
us dn̄s ihs. p pctīs fratꝝ ſuoꝝ. ⁊ eſto placa/
bilis ſup multitudīe malicie nr̄e. Ecce vox
ſanguīs frīs nr̄i ihū clamat ad te de cruce.
Ecce glīa ⁊ honore coronatus. in dexte/
ra maieſtatis tue aſtat vultui tuo p nob. ca/
ro ei ⁊ frať nr̄ eſt. Reſpice dn̄e in faciē xpi
tui. q̄ tibi obedīēs vſq̄ ad mortē fact⁹ ē. nec
recedāt ab ocuľ tuis cicatrices ei⁹ ī ppetuū.
vt memineris q̄tā ab eo p pctīs nr̄is ſatiſfacti/
onē receperis. Utinā dn̄e appēdanť in ſtatera
pctā. q̄b⁹ irā meruim⁹. ⁊ calāitas quā p nob
paſſ⁹ ē īnocēs fili⁹ tu⁹. Certe h̄ grauior appa/
rebit et magis digna vt per ipaꝫ effūdas ſu/
per nos miam q̄ ſunt illa. vt p ipīs nr̄is
ꝯtricas ī ira mias tuas. Grās tibi pr̄ referat
oīs ligua ſup habūdātia bōitatis tue q̄ vni/
co filio cordis tui n̄ pepciſti. ſꝫ p nob illū tra/
didiſti ī mortē. vt ipm tāq̄ fidelē aduocatū
hrem⁹ ī celis corā te. Et tibi dn̄e ihū fortiſſie
zelotes q̄d grāꝝ q̄ retribuo digne retribuā
ego homo puluis ⁊ cinis ⁊ vile figmētū. q̄d
ei p mea ſalute facere debuiſti ⁊ non feciſti.
Ab imo pedis vſq̄ ad ſūmū vticis totū in
aq̄s paſſionū te demerſiſti. vt me totū de il/
lis extraheres. Et itrauerūt aq̄ vſq̄ ad aīaꝫ
tuam. Nā ⁊ aīaꝫ tuā ī mortē pdidiſti. vt meā
pditā mihi redderes. Ecce me duplici de/
bito obligaſti. Nā ⁊ p eo qḋ dediſti debitor
tibi ſum. ⁊ p mea q̄ dē aīa bis a te mihi da/
ta. ſemel ī creatōe. ⁊ ſemel in redemptione.
Quid magis iuſte tibi reddā q̄ ipam. n̄ ha/
beo. Pro tua aūt pcioſa aīa ita ꝯtribulata
q̄d ab hoīe digne rependi poſſit nō iuenio.
Nā ⁊ ſi celū ⁊ terrā ⁊ omnē ornatū eorūꝫ p
ea poſſem rependere. certe vſq̄ ad menſurā
debiti nullaten⁹ attingere poſſem. Ut autē



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

idipm qđ ⁊ habeo ⁊ poſſibile mihi eſt retri/
buā tibi.tui dñe muneris eſt. Diligēdus es
mihi toto corde.tota mente.tota aīa.tota
ꝟtute.⁊ tua mihi ſequēda veſtigia.q̄ pro me
mori dignat⁹ es. Et quō fiet illud in me ni/
ſi ꝑ te. Adhereat aīa mea poſt te.q2 tota vir/
tus eius pendet ex te. Hucuſq3 Berñ.⁊ anſelm⁹
Habes igit̄ beatū Berñ. more ſuo melliſluo
eructuantē de dñi ihu paſſione melliflua ⁊
pulcherrima. Videas ne in vacuū ea reci/
pias. Sed toto corde.totoq3 affectu ipius
auctoritatib⁹ incitata in dñica paſſiōe verſe/
ris.q2 ipi⁹ paſſionis meditatio ſup oĩs ali/
as q̄ de vita ipius occurrere pñt noſcit̄ emi/
nere. De cetero ad reſurrectionē ipi⁹ dñi ie/
ſu accedamus.

Dominica die.

¶ De reſurrectione dñi.⁊ quomō p̄mo ap/
paruit matri dñica die.

Capitulū.lxxviij.

VEniens domin⁹
iesus cū honorabili multitudīe
angeloꝝ ad monumētū die do/
minico ſūmo mane.⁊ reaccipiēſ corp⁹ illud
ſanctiſſimū.⁊ ipo monumēto clauſo ꝓceſſit
ꝓpria virtute reſurgendo. Eadē aūt hora.ſ.
ſummo mane maria magdalene ⁊ iacobi ⁊
ſalome.licētia petita ꝑus a dña.ceperūt ire
cū vnguentis ad monumentū. Dña autē
domi remāſit.⁊ orabat dicēs. Pater clemē/
tiſſime.pr̄ piiſſime.ſic ſcitis.mortuus eſt fi/
lius me⁹.inter duos latrones cruci fuit affi/
xus.⁊ ego eū ſepeliui manib⁹ meis. Sz po/
tēs eſtis dñe eū mihi reſtituere incolumem
Rogo maieſtatē veſtrā.vt eū mihi reddat̄.
Quare tardat tantū ad me venire. remitti/
te obſecro eū mihi.quia nō quieſcit anima
mea.niſi videā ipm. O fili mi dulciſſime q̄d
eſt de te.q̄d agis.q̄d morā ɔtrahis.rogo te
ne ampli⁹ differas venire ad me. Tu em̄ di/
xiſti tercia die reſurgā. Nōne fili mi.eſt ho/
die tercia dies.nō heri.ſed ꝑus heri.i.nudi/
uſtercius fuit dies illa magna ⁊ amara val/
de.dies calamitat̄ ⁊ mortis. tenebraꝝ ⁊ ca/
liginis.ſeꝑatōis ⁊ mortis tue.ḡ fili mi ē ho/
die tercia dies. Exurge ḡ gl'a mea ⁊ oĩe bo/
nū meū ⁊ redi.ſup oĩa deſidero te videre.
cōſolet̄ me tuus redit⁹.quā ſic ɔtriſtauit diſ/
ceſſus. Reuertere ḡ dilecte mi Veni dñe ie/
ſu.veni ſpes mea vnica. veni ad me fili mi.
Ea ergo ſic orāte ⁊ lachrymas dulater
emittente. Ecce ſubito dñs ieſus venit i ve/
ſtib⁹ albiſſimis.vultu ſereno.ſpecioſus.glo/
rioſus ⁊ gaudēs.⁊ dixit ei q̄i ex latere. Sal/
ue ſctā parens. At illa ſtatim ſe uertens. Es
tu inquit fili⁹ meus ieſus. Et genuflexit ad/
orans. Cui filius. Mater mea dulciſſima.
ego ſum. Reſurrexi ⁊ adhuc tecū ſum. Eis
autē ſurgentib⁹ ipa cū lachrymis p̄ gaudio
amplexans eū.⁊ vultū vultui applicans for/
titer ſtringebat requieſcens totalit̄ ſup eum.
⁊ eā alacriter ſuſtētabat. Poſt ɔſedentibus
eis pariter.diligent̄ ⁊ curioſe intuebat̄ eun/
dē in vultu ⁊ cicatricib⁹ manuū ⁊ ꝑ totum.
Querens ſi oĩs dolor ab eo diſceſſerat.
Et ille. Reuerēda mr̄.oĩs a me dolor ab/
ſceſſit.⁊ mortē ⁊ dolorē ⁊ omnes anguſtias
ſuperaui.nec de cetero inde aliq̄d ſentiam.
Et illa. Benedict⁹ ſit pr̄ tuus q̄ te mihi red/
didit. Exaltatū ⁊ laudatū ſit nomen eius ⁊
magnificatū in ſecula. Stant ḡ ⁊ colloquū/
tur adinuicē gaudētes. ⁊ paſcha ducentes
delectabilit̄ ⁊ amāter. Et narrat ei dñs ihs
q̄liter ꝑpl'm ſuū liberauit de inferno.⁊ oĩa
q̄ fecit in iſto triduo. Ecce nunc ḡ magnum
paſcha.

¶ Quomō maria ⁊ alie due marie venerūt
ad monumentū.

Capitulū.lxxix.

MAgdalena ꝟo ⁊ alie due marie ibāt
vt dixi ad monumentū cū vnguen/
tis. Dū ḡ fuerūt extra portā ciuita/
tis reuocabāt ad memoriā afflictōes ⁊ pe/
nas mgr̄i ſui.et in oĩb⁹ locis in q̄b⁹ aliq̄d
notabilit̄ ɔtra ipm vl' ꝑ ipm factū fuerat ali/
q̄ntulū ſubſiſtebāt genuflectētes ⁊ oſculan/
tes terrā.gemit⁹ ⁊ ſuſpiria dātes ⁊ dicētes
Hic obuiauim⁹ ei cū cruce ſup collo q̄n mr̄
eius ſemimortua ē. Et hic ſe ꝟtit ad mulie/
res. Hic crucē depoſuit fatigat⁹. Et ſuper
iſto lapide ſe appodiauit parūper. Hic fuit vbi
ſic crudelit̄ ⁊ fortit̄ impulerūt eū vt veloci⁹
ambularet.⁊ q̄i cū currere coegerunt. Hic
ſpoliauerūt eū ⁊ totū nudū fecerūt. Et hīc eū
cruc̄ patibulo affixerūt. Et tūc cū magno
clamore ⁊ inūdatōe lachrymaꝝ ꝓcidentes
in facies ſuas adorauerūt crucē. ⁊ oſculate
ſūt eā.ꝓcioſo adhuc dñi ſanguie rubricatā.
Deinde ſurgētes ⁊ eūtes ꝟſus ſepulchꝝ.di/
cebāt. Quis reuoluet nob̄ lapidē ab oſtio
monumēti. Et aſpiciētes viderūt reuolutū la/
pidē ⁊ āgelū dñi ſedētē ſup eū q̄ dic̄ eis. No/
lite timere ⁊c̄.vt ī euāgē.ɔtinet̄. Ille autē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fraudate ſpe ſua. qꝛ putabāt corpus dn̄i inuenire. nō attendētes ad verba angeli conterrite redeūt ad diſcipulos dicētes corpꝰ dn̄i eſſe ſublatū.

Quō dn̄s apparuit marie magdalene. Capitulū. xc.

Tunc ergo petrꝰ ⁊ iohēs cucurrerūt ad monumentū. Cōſpice bene eos. currūt ipi. currunt magdalena ⁊ ſocie poſt eos. omēs currūt ad querendū dominū ſuū cor ſuū ⁊ aīam ſuā. Currūt multum fideliť. multūqꝫ feruenť. multūqꝫ anxie. Cū autē ꝑuenerunt ad monumentū reſpicientes in ipo nō inuenerūt corpꝰ. ſed viderunt lintheamina ⁊ ſudariū ⁊ receſſerūt. Cōpatere ipis qꝛ in afflictōne magna ſunt. Querunt dn̄m ſuū ⁊ nō inueniūt. ⁊ neſciūt vbi eū amplius ꝗrere debeant. ḡ dolentes ⁊ flentes diſceſſerūt.

Quō dn̄s apparuit tribus mariis. Capitulū. xci.

Marie autē remanſerūt ibidē. ⁊ reſpicientes in monumentū viderūt duos angelos ſtātes in albis ꝗ dicunt eis. Qd queritiſ. viuentē cū mortuis? Ille autē nec tunc attenderūt ad verba eoꝝ. nec aliquā conſolationē acceperūt de viſiōe angelorū. qꝛ nō querebāt angelos ſꝫ dn̄m angelorū. Iterū ille due marie cōterrite ⁊ q̄ſi abſorte elongauerūt ſe inde aliquantulū. ⁊ ſedebāt dolētes. Ioh. xx. Magdalena vero neſciens q̄d aliud facere deberet. qꝛ ſine mgr̄o ſuo viuere nō poterat. ⁊ ibi eū nō inueniebat. ⁊ vbi eū quereret ignorabat. ſtabat ad monumentū foris plorās. Iterū ergo reſpiciēs in monumentū. qꝛ ſemꝑ ſperabat ibi eū reuidere vbi eū ſepelierat. Uidit ipos angelos ſedentes ꝗ dicunt ei. Mulier q̄d ploras. quē queris? Et illa. Tulerunt dn̄m meū ⁊ neſcio vbi poſuerūt eū. Uide mirabilē opationē amoris. Paulo ante audierat ab vno angelo ꝙ reſurrexerat. ⁊ poſtea a duobꝰ. qꝛ viuebat. ⁊ nō recordabať. ſꝫ dicit neſcio. Amor hoc faciebat. qꝛ vt dicit hic Origenes. Aīa ſua nō erat vbi ipa erat ſed ibi erat vbi mgr̄ ſuus erat. Neſciebat cogitare. loqui. nec audire niſi de ipo. Cū aūt iſta ſic ploraret nec de angelis aliq̄d curaret. amore ſuo mgr̄ ſuus nō poterat amplius ſe tenere. Dn̄s ḡ ieſus refert hoc mr̄i et dicit ꝙ vult ire ad ꝯſolandā eam. ꝗ hoc multū acceptat. ⁊ dicit. Fili mi benedicte. Uade in pace ⁊ ꝯſoleris eā. quia multū te diligit. ⁊ de tua morte multū doluit. ⁊ memēto redire ad me. ⁊ amplexans dimiſit eū.

Iterum de eodem. Capitulū. xcii.

Uenit ergo ad monumentū in orto vbi erat magdalena. ⁊ dicit ei. Mulier quē queris. quid ploras? Et illa eum nō cognoſcēs adhuc vt ebria r̄ndit dicens. Dn̄e ſi tu ſuſtuliſti eū. dicito mihi vbi poſuiſti eū. ⁊ ego eū tollam. Conſpice bene eam. quomō lachrymabili vultu ſupplicit̄ ⁊ deuote eū exorat vt doceat eam illū quē q̄rit. ſemꝑ ei ſperabat audire aliqua noua de ſuo dilecto. Tunc dominꝰ ad eā dixit. Maria. Ipa vero q̄ſi reuiuiſcens et cognoſcens eū ad vocē. cū indicibili gaudio dixit. Rabi id eſt. mgr̄. Dn̄e vos eſtis quē querebā. q̄re tādiu vos mihi celaſtis. ⁊ currēs ad pedes oſculari volebat. Dominꝰ vero volens animū ſuū eleuare ad celeſtia. vt nō q̄reret eū amodo in terra. dixit. Noli me tangere. Nōdum enī aſcendi ad patrē meū. ſed dic fratribꝰ meis. Aſcendo ad patrē meū ⁊ patrē veſtrū ⁊c. ⁊ addidit. Nōne ꝑdixi tibi ꝙ tercia die reſurgerē. quomō igiť me in ſepulchro querebas. Et illa. Dico vobis magiſter ꝙ tantꝰ dolor de acerbitate paſſionis ⁊ mortis vr̄e cor meū repleuerat. ꝙ oīm oblita de nihilo recordabar niſi de corꝑe veſtro mortuo. ⁊ de loco vbi ſepeliuerā ipm. ⁊ iō vnguentū hoc mane detuleram. Benedicta ſit magnificētia vr̄a ꝗ reſurgere ⁊ ad nos redire dignata eſt. Stant ḡ ſimul dilecti cū iocūditate ⁊ gaudio magno. Ipa ꝓ̄o curioſe aſpicit eū. ⁊ interrogat de ſinguľ. ⁊ rn̄ſum alacritatis recipit. Nunc ḡ ⁊ hic eſt magnū paſcha. licet aūt ſic a ꝑncipio dn̄s ei reſponderet. vix credere poſſū ꝗn eū familiariter tāgeret anteqꝫ inde diſcederet. oſculādo pedes ⁊ manꝰ. ſed diſpenſatiue ſic fecit a ꝑncipio. vľ qꝛ talē ſe oñdebat q̄lis erat in corde ſuo. ſm cōem expoſitionē. vel qꝛ vt dixi volebat animū ſuum erigere ad celeſtia ſm ꝙ Bern̄. innuere videť. Hic nāqꝫ credi pt. ꝙ quā ſic amanť ⁊ ſingľariť aū oēs ꝗ ſcꝑti reperiunť viſitabat. ad letificādā eā non turbandā faciebat. Myſterialiť ḡ nō ꝑtinaciť dixit illud verbū. qꝛ nō ꝑtinax neqꝫ durus benigniſſimus dn̄s eſt ⁊ maxime diligentibus ſe. Poſt aliqualē vero morulā diſceſſit dominꝰ dicens. qꝛ ⁊ alios oporteret eum vi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſitare. Tūc magdalena q̄ſi alterata ſicut no/
lens ab eo vnq̄ꝫ diſcedere dicit. Dn̄e vt vi/
deo veſtra cōuerſatio nō erit amodo nobi/
ſcum ſicͤ cōſueuerat. Rogo ne obliuiſcami/
ni mei. Memētote dn̄e tot bonorū q̄t mi/
bi contuliſtis. ꝛ familiaritatis ꝛ dilectionis
quā babuiſtiꝫ ad me. ꝛ recordamini mei do/
mine deꝰ meus. Et dn̄s ad eam. Noli time/
re. cōfide ꝛ cōſtans eſto. qꝛ ſemꝑ ero tecum.
Tunc ipa bn̄dictione ab eo recepta. ꝛ chri/
ſto diſcedente venit ad ſocias. ꝛ nūciat hoc
eis. Jlle vero de reſurrectiōe dn̄i gauden/
tes. ſed ꝙ nō viderant eū dolentes. recedūt
cum ea.

## Jterū de eodem.
## Capitulū. xciij.

Cum ḡ iſte tres marie inſimul ꝑge/
rent anteq̄ꝫ venirēt ad ciuitatē. appa/
ruit eis dominꝰ ieſus dicēs. Auete.
Jlle vero vltra q̄ꝫ dici poſſet exhylarate ꝓ/
cidentes tenuerūt pedes eiꝰ. Hic ergo ſimi/
liter ꝛ querūt ꝛ aſpiciūt. ꝛ rīſum iocūditatꝫ
accipiūt. ꝛ faciūt magnū paſcha. Dicit autē
eis dn̄s ieſus. dicite fratribꝫ meis vt veniāt
in galyleā. ibi me videbūt ſicut predixi eis.
Uides ꝙ mgr̄ humilitatꝫ vocat diſcipl'os
ſuos frēs. Nunq̄d hanc virtutem dimiſit.
Tu autē ſi in ꝑdictis vis intelligentiā ꝛ cō/
ſolationē habere. recordare de his q̄ ſuperi/
us tibi dixi. vt ſcꝫ in oīnibꝫ locis ꝛ factis ita
ſis anio ac ſi pn̄s eſſes corꝑe. Et ideꝫ de in/
fra dicendis.

## Dominꝰ apparuit Joſeph.
## Capitulū. xciiij.

Diſcedēs ergo dn̄s ieſus ab eis. ap/
paruit ioſeph q̄ euꝫ ſepelierat. Ca/
ptus eīn erat ꝓpterea a iudeis et re/
cluſus in quodā cubiculo diligent' ſigillato
ꝛ poſt ſabbatū eū interficere volebāt. Appa/
ruit ergo ei dominꝰ ieſus ꝛ faciē eius exter/
ſit. ꝛ oſculū dedit. ꝛ inde ſaluis ſigillis in ꝓ/
priā domū reportauit.

## Dominꝰ apparuit Jacobo minori.
## Capitulū. xcv.

Apparuit etiā dn̄s ieſus iacobo mi/
nori. q̄ vouerat ſe nō comeſturū niſi
videret dn̄m reſuſcitatū. Dixit ḡ ei
ꝛ his qui cū eo erant. Ponite mēſam. Dein/
de panē accipiens. bn̄dixit ꝛ dedit ei dicēs.
Comede dilecte frater mi. qꝛ filꝰ hoīs ſur/
rexit a mortuis. Jſta vero refert Hierony/
mus.

## Qr dn̄s apparuit Petro.
## Capitulū. xcvj.

Cum aūt magdalena ꝛ ſocie redeun/
tes domū narrarēt diſcipul' reſur/
rexiſſe dn̄m. Petrꝰ merens ꝙ dn̄m
ſuū non viderat. nec q̄eſcere valens ꝓpter a/
moris vehemētiaꝫ. Diſceſſit ab eis ꝛ ſolus
ibat verſus ſepulchrū. Neſciebat enim vbi
eū alibi q̄reret. Dū ergo ꝑgeret dominus ie/
ſus apparuit ei dicēs. Pax tibi ſimon. Tūc
petrus ꝑcutiens pectus ſuū et ꝓcidens in
terrā cū lachrymis. dixit. Dn̄e dico meam
culpam. qꝛ te dereliqui. ꝛ pluries negaui. ꝛ
oſculatꝰ eſt pedes eius. Dominus aūt ipm
erigens. oſculatꝰ eſt eū dicens. Pax tibi. no/
li timere. omnia pctā ſunt tibi dimiſſa. ego
bene ſciebā ꝛ ꝑdixi tibi. Nunc ḡ vade ꝛ con/
firma frēs tuos. ꝛ cōfide qꝛ mortē ꝛ omnes
inimicos vr̄os ꝛ aduerſarios deuici. Hic ḡ
ſil'r fit magnuꝫ paſcha. Stāt ꝛ colloquunt'
adinuicē. ꝛ diligent' petrꝰ aſpicit eū ꝛ ſingu/
la notat. Bn̄dictiōe vͦo accepta. rediens ad
dn̄am ꝛ ad diſcipulos oīa narrauit. Scire
aūt debes ꝙ de apparitiōe facta dn̄e nihil cō/
tinet' in euāge. iō aūt ipam poſui. ꝛ an̄ alias
ꝑmiſi. qꝛ de ipa videt' tenere ecc̄ia. vt i legen/
da de reſurrectiōe dn̄i plenꝰ habet'.

## De reditu dn̄i ad ſctōs p̄res poſt reſur/rectionē.
## Cap'm. xcvij.

Dominꝰ ergo ih̄s cū diſceſſit a petro
qꝛ nondū viſitauerat ſctōs patres
poſt reſurrectionē ſuam quos i pa/
radyſo deliciarum dimiſerat. rediJt ad eos
procedens in ſtola candida cum multitu/
dine angelorum. Quem ipi in tanta gloria
ꝯſpicientes a longe cū indicibili exultatiōe
ꝛ iubilo canticꝫ ꝛ laudibꝫ ſuſcipiūt eū dicen/
tes. Ecce rex nr̄. Uenite occurramꝰ ſaluato/
ri nr̄o. Magnū principiuꝫ ꝛ regni eius nō
erit finis. Dies ſanctificatꝰ illuxit nob. Ue/
nite oīnes ꝛ adoremꝰ dn̄m. ꝛ ꝓcidentes in
terrā adorauerunt eū. ꝛ ſurgētes ꝛ ſtantes
cū eo reuerent' ꝛ iocunde cōpleuerunt lau/
des ſuas. dicētes. Uicit leo de tribu iuda.
refloruit dn̄e caro nr̄a. adimples nos leti/
cia cum vultu tuo. delectatiōes in dextera
tua vſq̄ꝫ in finē. Reſurrexiſti gl'ia noſtra. ex/
ultabimꝰ ꝛ letabimur in te. Regnū tuuꝫ re/
gnū omniū ſeculorū. ꝛ dominatio tua vſq̄ꝫ
in generatione ꝛ generatiōem. Et nos non
diſcedimus a te. reſuſcitabis nos ꝛ nomen
tuuꝫ exaltabimꝰ. Precurſor pro nobis in/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

greſſus eſt. pontifex fact⁹ in eternū. Hec ē dies quā fecit dñs. exultem⁹ ⁊ letemur i ea. Hodie illuxit nob̄ dies redēptiōis noue repatiōnis antique felicitatis eterne. Hec eſt dies quā fecit dñs ⁊c. Hodie ꝑ totū mūdū melliflui facti ſunt celi. qꝛ dñs regnauit a ligno. Dñs regnauit decorē indut⁹ eſt. indut⁹ eſt dñs fortitudinē ⁊ p̄cinxit ſe. Cantate ei canticū nouū. qꝛ mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera ei⁹ ⁊ brachiū ſctm̄ ei⁹. Nos aūt populus ei⁹ ⁊ oues paſcue ei⁹. venite adorem⁹ eū. Appropinquāte aūt hora veſptina dicit eis dñs ihs. cōpatior frīb⁹ meis. qꝛ ꝓpt̄ mortem meā ɔtriſtati ⁊ ɔtriti diſpergunt̄ ſicut oues errātes. ⁊ multū deſiderāt me videre. Vadā ergo ⁊ oñdaꝫ me ipis. ɔfortabo ⁊ cōſolabor eos et cito reuertar ad vos. At illi ꝓcidētes dixerūt. Sic fiat dñe vt dixiſtis.

Q̄ dñs apparuit duob⁹ diſcipul̄ euntib⁹ in emaus. Capitulū. xcviij.

Cum ergo duo ex diſcipul̄ eius irēt verſus caſtellū emaus quaſi iam deſperati de ipo. ⁊ irēt triſtes. de his q̄ acciderant ɔferētes. venit dñs ihs ⁊ iunxit ſe ipis in ſpecie pegrini. ⁊ ibat cū ipis interrogans eos. ⁊ rñdens. ⁊ ɔferēs v̄ba ſalubria. vt in euāgelio habes. Tandē coact⁹ ab eis intrauit cū illis ⁊ manifeſtauit ſe ipis. Hic aūt diligent̄ attende ⁊ ɔſidera bonitatem ⁊ benignitatē dñi tui. Primo qꝛ ñ potuit ei⁹ feruens amor ſuſtinere ſuos ſic errare ⁊ triſtari. Vere fidus amic⁹ eſt fidelis comes. Et benignus dñs iungit ſe ipis. querit triſticie cauſam ⁊ exponit eis ſcp̄turas. inflāmans corda eoꝝ ad omnē rubiginē extirpandā. Sic q̄tidie nobiſcū facit ſpiritualit̄. Si eñ grauati aliq̄ ꝑplexitate vel accidia de ipo loq̄mur. ſtatim adeſt ɔfortans ⁊ illuminans corda nr̄a ⁊ etiā inflāmans i amorem ſui. Optimū eñ eſt cōtra tales peſtes loqui de deo. Vñ dicit ꝓpha. Q̄ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua dñe. ſup mel ⁊ fauum ori meo. Et iterū. Ignitū eloquiū tuuꝫ vehement̄ ⁊ ſer. tu. dilexit illud. Sil'r etiā cogitare de deo. Vñ idē ꝓpha. Concaluit cor meū intra me. ⁊ in meditatōe mea exardeſcet ignis. Scd̄o ɔſidera bonitatē eius nō ſolū ex amore vt dixi. ſed etiā ex hūilitate ꝓfunda. Conſpice nāq̄ ipm quō humiliter vadit cū eis. Vadit nāq̄ cū ſuis q̄i vn⁹ ex eis dñs oīm. Nōne tibi videt̄ ad ꝓmordia humilitatꝭ rediſſe. Exēplū nobis eſt ſimile faciendi. Sed ⁊ in alio attēde dñi humilitatē. qꝛ nō eſt dedignat⁹ hos diſcipl'os inferioris grad⁹. Nō eñ erant iſti de apl'is. ſed de aliis minorib⁹ diſcipul̄. ⁊ tñ familiariter iungit ſe ipis. vadit et loquit̄. Non ſic elati. Nollent eñ niſi cū precipuis viris et magnarū opū cōuerſari ⁊ ambulare. Itē in alio relucet hic ſua hūilitas. Nā ſi cōſideras elatos. videbis ꝙ nolūt ampulloſa verba ſua ſpargere inter paucos. ſed dñs etiā cū duob⁹ loquit̄ archana ſua. nō vilipendit paucos. imo nec etiā vnū. ſicut fecit olim cū ſamaritana. Tercio ɔſidera dñi bonitatē q̄ntū ad p̄ns negociū quō inſtruit diſcipulos ſuos in morib⁹. reficit ⁊ ɔſolat̄. Conſpicias ergo cum quō fingit ſe longius ire. vt eoꝝ augeat deſideriū ⁊ inuitet̄ ⁊ teneat̄ ab eis. ⁊ quō poſtea benigne intrat cū eis. Panē accipit ⁊ benedicēs ſuis ſacratiſſimis manib⁹ frangit ⁊ porrigit. ⁊ ſeipm eis reuelat. Et q̄tidie hoc facit nobiſcū inuiſibilit̄. Nā teneri vult ⁊ inuitari ꝑ deſideria. orationes ⁊ ſctās meditationes. Et ideo ſemper orare oportet ⁊ nō deficere vt ipe docuit q̄liter iſta fecit ad noſtrā eruditionē. vt. ſ. attendam⁹ ad opa pietatis ⁊ hoſpitalitatꝭ. Et quō non ſufficit diuia eloquia legere vl' audire niſi opere cōpleant̄. De hoc in Omel̄. Grego. ſup hoc euāgelio poter̄ plen⁹ edoceri. Nō aūt dedit iſtis ſuis diſcipulis magnā ſui copiā. ſed ſtatim porrecto eis pane euanuit ab oculis eoꝝ. Nā etiā alios conſolari volebat cū quib⁹ tamē etiā iſtos eſt cōſolatus.

Q̄ dñs apparuit recluſis in die reſurrectionis.

Capitulum. xcix.

Redierūt aūt p̄dicti duo diſcipl'i ſtatī in hierl'm. ⁊ inuenientes alios diſcipulos ɔgregatos. abſente Thoma eis iſta narrauerūt. At parit̄ audierūt. Q̄ reſurrexit dñs ⁊ apparuit ſimoni. Tunc dñs ieſus intrās ad eos ianuis clauſis. ſtetit in medio eoꝝ ⁊ dixit eis. Pax vob̄. Diſcipuli vero ꝓcidētes in t'rā. ⁊ ſuā culpaꝫ dicētes ꝙ ſic eū dereliquerāt. ipm alacrit̄ ſuſceperūt. Dñs ḡ. Surgite inq̄t frēs mei. qꝛ oīa pctā ſunt vob̄ dimiſſa. Stat ḡ failiarit̄ int̄ eos. ⁊ oñdit eis man⁹ ⁊ lat⁹. ⁊ apit eis ſenſū vt itelligāt ſcp̄turas ⁊ cogſcāt reſurrectōeꝫ ſuā. Petit ab eis ſi hēant aliq̄d ad māducādū. ⁊ manducat coram eis partem piſcis aſſi. ⁊

fauum mellis. Inſufflat in eos. ⁊ dicit eis.
Accipite ſpm̄ ſcm̄. Uides quō iſta ſūt ple/
na om̄i iocūditate ⁊ leticia. Gauiſi ſunt ḡ di
ſcipuli viſo dn̄o. Letant̄ corā eo q̄ an̄ erant
pauefacti. O q̄ꝫ libent̄ eidē illa porrexerunt
vt comederet q̄ꝫ fidelit̄ ei miniſtrabāt. et q̄ꝫ
iocunde aſſiſtebāt ei. Conſpice etiā dn̄am
ibidē eſſe. q2 diſcipuli ꝯgregabāt ſe ad eaꝫ.
Uide ḡ eam indicibili gaudio iſta ꝯſpicere
⁊ iuxta filiuꝫ familiarit̄ ſedere. ⁊ ſic expedit
ſeruire alacrit̄. Dn̄s etiā ihs libent̄ ſuſcipit
om̄e ſeruitiū de manibꝫ ei⁹. ⁊ eā reuerent̄ ho/
norat corā diſcipulis. Nō autem omittas
magdalenā dilectā diſcipulā ⁊ apl'oꝝ apo/
ſtolā. Conſpice etiā qualit̄ more ſolito ſedꝫ
ad pedes mḡri ſui. diligent̄ audit ꝟba eius
⁊ ſi quid pōt etiā ipa gaudioſe ac toto affe/
ctu eidē miniſtrat. O q̄lis tunc eſt domūcu/
la iſta. ⁊ q̄ꝫ gratioſuꝫ habitare in ea. Nonne
tibi videt̄ etiā nūc hic eſſe magnū paſcha. ſi
aliquid deuotiōis habes. puto ꝙ ſic. Sed
parū ſtetit tunc dn̄s cū eis. q2 iā erat q̄ſi ſe/
ro. Cū forte etiā ipi coegerūt eū aliq̄ntulū
plus ſtare. rogātes ne ſic cito recederet. An
nō credis ꝙ magdalena ſedēs ad pedes iu/
xta eū. teneret ꝑ pānos eū ꝯfident̄ ⁊ cū reue/
renti audacia. ne diſcederet ita cito. Erat ei
indutus veſtimētis albiſſimis. veſtibꝫ gl'ie
ſue. Sic em̄ eū tenebat. nō ꝓſumptuoſe ſed
ꝯfident̄ faciebat ſic diligens. ſic dilecta. nec
dn̄o diſplicebat. Teneri vult dn̄s vt ptꝫ in
duobꝫ diſcipul' ſup̄ euntibꝫ in emaus. Tan/
dē dn̄s reuerētia mr̄i exhibita. ſilr̄ ⁊ ab ea
recepta licentia. bn̄dicens om̄es receſſit ab
eis. Ipi vero ꝑcidentes. de cita reuerſione
rogauerūt eundē. Remāſerunt aūt fameli/
ci ⁊ ſitibundi de dn̄o de q̄ tantā copiā habe/
re ꝯſueuerant. eū ſepe ſuſpirijs ⁊ deſiderijs
reuocantes. Uidiſti q̄tiens hodie habuiſti
paſcha. nā om̄s iſte apparitōes ī die paſcha/
tis fuerūt. Sed forte audiſti ſed nō ſenſiſti.
q2 nec forte in paſſiōe cōpaſſionē habuiſti.
Credo em̄ ꝙ ſi in paſſione compati ſcires ⁊
mentē hr̄es vnitā ⁊ nō ſparſaꝫ ad ſecularia
vl' ſupflua vl' curioſa. in q̄libet vice ſentires
paſcha. Et hoc de q̄libet die dn̄ico ꝯtinge/
re poſſet. ſi mēte integra diebꝫ vener̄ ⁊ ſab/
bati te cū paſſione dn̄i ꝑparares. Maxime
dicente apl'o. Si fuerim⁹ ſocij paſſionum.
erimus ⁊ ꝯſolationū.

Q͞r dn̄s apparuit diſcipulis in octaua pa/
ſche ⁊ erat cū eis Thomas.

Capitulum. c.

Aduenīente aūt die octaua reſurre/
ctionis. iterū apparuit dn̄s ihs diſci/
pulis ianuis clauſis. ⁊ erat thomas
cū eis q̄ prima die cū eis nō fuerat. ⁊ cū alij
narraſſent ei. q2 viderant dn̄m. Rn̄dit. Ni/
ſi videro in manibꝫ ei⁹ fixurā clauoꝝ ⁊ mit/
tam digitū ⁊c̄. vt in euāgelio ꝯtinet̄. non cre/
dam. Dicit ḡ paſtor bonus ⁊ de puſillo ſuo
grege ſollicit⁹. pax vobis. Deinde dicit tho/
me. Infer digitū tuū huc ⁊ vide man⁹ me/
as. ⁊ affer manū tuā ⁊ mitte in lat⁹ meum ⁊
noli eſſe incredul⁹ ſed fidelis. Tūc thomas
ꝑcidens tetigit cicatrices dn̄i. ⁊ dixit. Dn̄s
meus ⁊ de⁹ meus. Hoīem em̄ vidit ⁊ deuꝫ
credidit. Dixit etiā ſuā culpā de h̄ ꝙ ipe de/
reliquerat eū. ſic̄ ⁊ alij dixerūt. Dn̄s aūt eri/
gens euꝫ dixit. Noli timere. om̄ia pctā ſunt
tibi dimiſſa. Hoc aūt de thome dubitatiōe
diſpenſatorie ꝑmiſſum eſt vt euidentioribꝫ
argumētis reſurrectio dn̄i ꝓbaret̄. Conſpi/
ce aūt hic diligent̄ eū. ⁊ ꝯſidera ſolitā beni/
gnitatē. humilitatē ⁊ amorē feruentē ipius.
quō ſcꝫ thome mōſtrat ⁊ alijs diſcipul' vul/
nera ſua. vt tolleret oēm obſcuritatē de cor/
dibꝫ eoꝝ. ad ipoꝝ ⁊ nr̄am vtilitatē. Reſer/
uauit q̄ꝫ ſibi dn̄s cicatrices vulnerū maxie
ꝓpter tria. ſcꝫ vt faceret apl'is fidē de ſua re/
ſurrectione. Et vt ipas oſtēdat p̄ri q̄n vult
placare eū ⁊ interpellare ꝓ nob. Eſt em̄ no/
ſter aduocat⁹. Et etiā vt eas mōſtret repro/
bis in die iudicij. Stat ḡ dn̄s ihs cum ma/
tre ⁊ diſcipulis ſuis ꝑ aliquā morulā loq̄ns
de regno dei. ⁊ ipi cū eo in leticia magna au/
dientes iſta ꝟba excelſa ⁊ aſpiciētes faciem
ei⁹ plenā gaudio ⁊ decore. Attende bn̄ eos
circū circa ſtantes. ſed dn̄am familiari⁹ iu/
xta eum. magdalenā vero ſꝑ ad pedes eius
ꝯſidera. Sta ⁊ tu reuerent̄. a longe tn̄. ſi for/
te miſcōia mot⁹ faciat te vocari. Tandeꝫ di/
cit eis ꝙ vadāt in galyleā in montē thabor
vt dī. ⁊ ibi apparebit eis. Et bn̄dictiōe data
diſceſſit ab eis. Ipi vero remāſerūt vt ꝑus
famelici ⁊ ſitibundi de eo ſed plurimū con/
fortati.

Q͞r dn̄s apparuit diſcipulis in galylea.

Capitulū. ci.

Poſt hec diſcipulis ad dictū locum
ꝑgentibꝫ iterū apparuit eis dn̄s ihs
dicēs. Data eſt mihi oīs ptās in ce/
lo ⁊ in terra. Ite docete om̄es gētes bapti/
zantes eos in noīe p̄ris ⁊ filij et ſpūſſancti.

docẽtes eos ſeruare q̄cūꝗ mādaui vobis ⁊ ꝯfortami. qꝛ ego vobiſcū ſum oībꝰ diebꝰ vſꝗ ad ꝯſummatōꝫ ſeculi. adorauerūt aūt eū in ſuo aduētu ⁊ ſtāt etiā nūc cū magna iocū-ditate cū eo. Cōſidera bñ eos ⁊ ea q̄ dicta ſūt in ōipis. Nā magnifica ſunt valde. Maniſe-ſtat eis qualit̄ eſt dñs oīm. dat eis mādatū de p̄dicādo. dat formā baptizādi. dat etiaꝫ vigorē eis p̄maximū. dū dicit q̄ ſp̄ erit cum eis. Vides q̄ntā iocūditatē dat eis ⁊ q̄t oñ-dit eis inſignia charitatꝭ. His g̃ dictꝭ p̄ dñꝫ data eis bñdictōe diſparuit ab eis.

Q̄ dñs apparuit diſcipulis ad mare tybe-riadis. Caplm. cij.

Diſcipuli ỽo adhuc remāſerūt in ga-lilea. Fuerūt aūt q̄dā vice piſcatum ad mare tyberiadis ſeptē ex ipis ⁊ p̄ totā noctē nihil ceperūt. Mane facto domi-nus iter̄ apparuit eis ⁊ ſtetit ī littore maris. Attēde aūt hic q̄ acta ſunt qꝛ iocundiſſima ſūt. Querēs g̃ dñs ſi aliq̄d cepiſſent. rñdēti-bus nō. dixit. Mittite in dexterā nauigij re-the ⁊ inuenietꝭ. Miſerūt g̃ ⁊ multitudinem magnā ceperūt. Dixit itaqꝫ iohēs petro. do-min⁹ eſt. Tūc petr⁹ nud⁹ exñs ſuccinxit ſe tu-nica ⁊ feſtin⁹ veīt p̄ mare. alij ỽo nauigio ve-nerūt. Et cū deſcēdiſſent viderūt piſcē poſi-tū ſup̄ prunas ⁊ panē patū. Dñs eī h̄ eis pa-rauerat. Fecit etiā accipi de piſcibꝰ eoꝝ ⁊ aſ-ſari ⁊ ſil̄r cū eis comedēs fecit ꝯuiuiū ⁊ feſtū magnū cū eis in littore marꝭ. Et ꝯſuete hu-militatꝭ ſue more miſtrans eis panē eis por-rexit. fregit piſcē ⁊ ſil̄r dedit eis. Stāt g̃ re-uerēter ⁊ multū alacrit̄ iſti ſeptē diſcipuli cū dño ſuo parit̄ cū eo comedētes. Aſpiciūt fa-ciē ei⁹ deſiderabilē ⁊ iocundā ⁊ exultāt ī cor-dibꝰ ſuis. Accipiūt de ſacratiſſimis manibꝰ ei⁹ eſcas delectabiles ⁊ reficiūt̄ nō min⁹ ſpū-aliter q̄ꝫ corp̄alit̄. O quale ꝯuiuiū eſt illud. Cōſpice bñ ſingula ⁊ ſi potes paſcar̄ cū eis. Attēde nihilomin⁹ q̄ ſequūt̄. qꝛ pulcerrima ſunt ⁊ vtiliſſima. Nā cōpleto iſto ſolēni ꝯui-uio dic̄ dñs petro. Diligis me pl⁹ his. et pe-trus. Dñe tu noſti qꝛ amo te. dic̄ ei domin⁹ Paſce agnos meos ⁊c̄. Sic ter interrogās recōmēdauit ei gregē ſuū. In q̄ dñi benigni-tatē ſolitā ꝯſidera. charitatē ⁊ humilitatem. Apte em̄ vides quō diligēter affectuoſe im-p̄mit reiterat ⁊ recōmēdat petro aīas nr̄as. Iter̄ aūt dñs poſt hec p̄dixit petro morteꝫ ip̄i⁹ dicēs. Cū eſſes iunior cingebas te ⁊c̄ ſi-gnificās q̄ p̄ paſſionē crucꝭ clarificatur⁹ eſſꝫ deū. Et cū de iohē petr⁹ q̄reret. hic autē q̄d. Dñs rñdit. Sic eū volo manere donec ve-niā. q. d. Nolo q̄ p̄ viā paſſiōis me ſequat̄. ſꝫ in ſenio ꝯtemplatiōe req̄eſcet. Q̄uis alij di-ſcipuli intelligerēt q̄ nō moreret̄. ſꝫ nō erat h̄ magnū donū cū meli⁹ ſit diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Attēdiſti q̄ꝫ multa ⁊ q̄ꝫ magnifica facta ⁊ dicta ſunt in hac appariciōe. Poſt h̄ diſpa-ruit dñs ab eis ⁊ more ſolito redijt ad ſctōs p̄res. Diſcipuli ỽo cū magno gaudio remā-ſerūt ⁊ poſtea redierūt in hierl'm ⁊c̄.

Q̄ dñs apparuit plus q̄ꝫ q̄ngentis fratri-bus ſimul. Capitulū. ciij.

Iter̄ aūt apparuit dñs pl⁹ q̄ꝫ q̄ngen-tis fratribꝰ ſimul. vt dicit apoſtolus Sꝫ quo loco aut q̄ñ nō eſt ſcp̄tum. Sꝫ ſtans benign⁹ dñs inter eos p̄dicans ⁊ loquēs de regno dei. magna eos iocūditate repleuit.

De duodecim apparitionibus. Capitulū. ciiij.

Habes g̃ duodecim appariciōes dñi poſt reſurrectiōem vſꝗ ad aſcēſiōeꝫ abſꝗ duabꝰ cū aſcēſione primo di-cēdis. ⁊ ſic fuerūt q̄ttuordecim. Scire tñ debes q̄ in euāgelio nō ſunt ſcripte niſi de-cem. Nā quō apparuit mr̄i nō eſt ſcriptuꝫ in aliquo loco. ſꝫ ſic pie credit̄. Quō aūt appa-ruit ioſeph ddī ī euāgelio nicodemi. Quō eti-am iacobo ſcripſit apl's ad Choꝝ ⁊ etiam re-fert beat⁹ Hiero. De iſta etiā de q̄ngētꝭ fra-tribꝰ ſcribit beat⁹ apl's ibidē. Alie ỽo ſepte ſunt in euangelio. Potes etiā meditari de pluribꝰ. Nā veriſil̄e eſt q̄ benigniſſim⁹ dñs ſepe mr̄em ⁊ diſcipulos viſitabat ⁊ magda-lenā dilectā diſcipulā. ꝯfortās ⁊ exhilarans eos q̄ ſic vehemēter de ſua paſſione fuerāt ꝯtriſtati ⁊ ꝯterriti. Qđ etiā beat⁹ Auguſtin⁹ ſentire videt̄ dicēs de tp̄e poſt reſurrectōem. Nō oīa inq̄t ſcripta ſunt. crebra erat ei⁹ cum eis cōuerſatio. Et etiā forte ipi ſancti p̄res maxime abraā ⁊ dauid ad quos ſpecialiter facta fuit p̄miſſio de filio dei veniebāt cū eo ad videndā illā ſuā excellentiſſimā filiā ma-trem dñi. q̄ p̄ eis oībꝰ gratiā inuenit ⁊ ge-nuit redemptorē. O q̄ꝫ letāter eā reſpiciebāt ⁊ reuerēter ſe inclinabāt eidē ⁊ oīni qua po-terāt benedictiōe replebāt. Q̄uis nō videret̄ ab ea. Potes etiā ꝯſiderare in hoc benigni-tatē charitatē ⁊ humilitatē dñi more ſolito. de quibꝰ ſepe fecim⁹ mentionē. ⁊ in oīibus factis ei⁹ relucer̄. Q̄ etiā poſtq̄ꝫ glorioſe vi-

cerat ⁊ reſurrexerat ꝑegrinari adhuc voluit
ꝑ q̄draginta dies vt ſuos diſcipulos cōfir/
maret ⁊ roboraret. Digne nāqꝫ poſt tot an/
noꝝ curricula. pꝰ tot labores ⁊ afflictiones.
pꝰ tā ignominioſaꝫ ⁊ acerbā mortē. poterat
triūphator ad ſuā gl'iam remeare. ⁊ ꝑ ſuos
angl'os ꝯfirmare ⁊ ꝯfortare apl'os ꝓ ſuo nu/
tu. Sꝫ qꝛ ħ nō patiebať charitas ſua. perſo/
naliť voluit ꝯuerſari cū eis apparēs eis ꝑ q̄/
draginta dies in m'ltis argumētis. ⁊ loq̄ns
de regno dei. Pro eis fec ħ ⁊ ꝓ nobis. ſꝫ nō
aduertimꝰ. Dilexit ⁊ diligit te vehementer ⁊
nō diligiť. cū ad talē ac tm̄ ignē nō ſolū cale/
fieri ſꝫ ardere debeamꝰ. Nūc ad aſcēſionem
veniamus.

De aſcēſione dn̄i Capitulū. cv.

CIrca dn̄icā aſcēſionē te vigilē eſſe oꝫ
vt ſi vnq̄ꝫ toto mētꝭ conatu te p̄n̄teꝫ
exhibuiſti v̄bis ⁊ factꝭ eiꝰ. nūc faciaſ
multomagꝭ. Nā hec ſolēnitas oēs ſupat ali/
as vt clariꝰ infra tibi oſtēdā. Et ſaltē ħ te ani/
met ad attentionē ꝙ nūc dn̄s diſceſſurꝰ eſt
corꝑali p̄n̄tia. cōpleto ſue ꝑegrinatōis cur/
ſu. Vn̄ v̄ba ⁊ facta ipiꝰ ſunt attētiꝰ ꝯſideran/
da. Quelibet em̄ aīa fidel' debet ſpōſum ſu/
um. dn̄m ſuū. ⁊ deū ſuū in eiꝰ diſceſſu vigilā/
tiſſime obſuare. ⁊ q̄ ꝑ eū dicūť ⁊ fiūt viſcero/
ſius mēte amplecti. ⁊ eidē ſe deuotiꝰ ⁊ hūiliꝰ
recōmēdare. ⁊ totaliť aīmū ſuū ab alijs ab/
ſtrahere. Quadrageſimo itaqꝫ die a reſurre/
ctiōe ſciēs dn̄s ieſus qꝛ venit eiꝰ hora vt trāſ/
eat ex ħ mūdo ad p̄rem. cum dilexiſſet ſuos.
nūc v̄o in finē dilexit eos. Accipiēs ꝰ de pa/
radiſo terreſtri ſctōs p̄res ⁊ alias aīas ſtās
⁊ b̄n̄dicēs helye ⁊ enoch ibi remanētibꝫ ⁊ ad/
huc viuētibꝫ. venit ad diſcipl'os ſuos q̄ erāt
in cenaculo ī mōte ſyon cū matre ipiꝰ ⁊ alijs
⁊ apparēs eis. voluit etiā an̄ diſceſſum ſuum
prandere cū ipis in ſignū memorialis. dile/
ctiōis ⁊ gaudij. Om̄ibꝫ ꝰ ſimul comedētibꝫ
cū leticia magna in ħ vltimo ꝯuiuio dn̄i ſui.
Dic eis dn̄s ih̄s. Tp̄s eſt vt reuertar ad eū
q̄ miſit me. vos aūt manete ħ in ciuitate quꝰ/
qꝫ induamī v̄tute ex alto. qꝛ infra paucos di/
es replebimī ſp̄ūſctō. ꝑut vobis ꝓmiſi. Po/
ſtea ibitis ꝑ vniuerſum mūdū p̄dicātes euā/
geliū meū baptizādo credētes. ⁊ eritꝭ mihi
teſtes vſqꝫ ad vltimū terre. Exprobrauit eti/
am eis incredulitatē eoꝝ qꝛ his q̄ viderant
eū reſurrexiſſe. ſ. angelis ſuis nō crediderūt
Hoc nūc maxīe facit cū de p̄dicādo dicebat
quaſi daret eis intelligere. multomagis de/
bebatis vos angel' credere etiā an̄qꝫ me vi/
deretis q̄ꝫ gētes q̄ credēt vobis p̄dicātibꝫ. ⁊
me nō videbūt. Fecit etiā ħ vt cognoſcētes
defectū ſuū remanerēt humiliores. oñdens
eis in ſuo diſceſſu q̄ꝫtū placebat ei hūilitas.
⁊ quaſi eā peculiariter recōmendaret eiſdeꝫ
Querētibꝫ aūt eis de tēpibꝫ futuris noluit
r̄ndere. qꝛ nō expediebat eis. Stāt ꝰ come/
dūt ⁊ loquunť ⁊ gaudēt ꝓpter p̄n̄tiaꝫ dn̄i ſui
ſꝫ nihilominꝰ turbati ꝓpter diſceſſum. Tāta
em̄ amoris teneritudine diligebāt eū ꝙ etiā
verba diſceſſus ſui nō poterāt equo animo
ſuſtinere. Quid aūt dicā de m̄re iuxta eum
prandēte q̄ ſuꝑ om̄es ſic intenſe eū amabat
An n̄ credis ꝙ ad hec v̄ba diſceſſus filij. ma/
terne dilectiōis tacta ⁊ cōmota dulcedine re/
clinaret caput ſuū ſuꝑ filiū. ⁊ recūberet ſuꝑ
pectꝰ eiꝰ. Nā ſi iohānes ħ fecit in cena. nunc
multo magꝭ meditari potes de ipa. Vn̄ ſu/
ſpirās cū lachrymis eū rogabat dicēs. Fili
mi ſi diſcedꝭ vis ducas me tecū. Dn̄s aūt cō/
ſolatꝰ eā dicebat. Rogo mater cariſſima ne
feras moleſte diſceſſum meū qꝛ vado ad pa/
trē. Te aūt remanere ħ expedit ad tempꝰ ꝓ/
pter ꝯfirmādos credētes. poſtea veniaꝫ ad
te ⁊ aſſumā te ad gl'iam meā. Ad quē mater
Fili mi dilectiſſime. fiat volūtas tua. naꝫ
nō ſolū remanere ſꝫ ⁊ mori para ſum ꝓ aīa/
bus ꝓ q̄bꝫ ⁊ mortuꝰ fuiſti. ſꝫ eſto memor mei
Dn̄s aūt eā ⁊ diſcipulos ⁊ magdalenā ⁊ ali/
as ꝯſolabať dicēs. Nō turbeť cor veſtrū ne/
qꝫ formidet. nō relinquā vos orphanos. va/
do ⁊ venio ad vos ⁊ ſemꝑ ero vobiſcū. Tā/
dem dicit eis ꝙ exeāt in montē oliueti. qꝛ i/
de volebat aſcēdere. ⁊ tūc diſparuit ab eis.
Mater ergo ⁊ om̄es alij ſine mora iuerunt
ad dictū montē q̄ eſt ab hierl'm ad vnū mi/
liare. ⁊ ibidē iteꝝ apparuit eis dn̄s. Ecce ꝗ/
modo habes hodie duas apparitiōes. Tūc
amplexatꝰ eſt matrē valefaciēs ei. ⁊ m̄r eum
tenerrime. Diſcipuli aūt ⁊ magdalena ⁊ om/
nes alij ꝓcidētes ⁊ lachrymātes deoſculati
ſunt pedes eiꝰ. Ipe vero ſuos apl'os erigēs
benigne oſculatꝰ eſt. Cōſpice nūc eos bene ⁊
cūcta que fiūt. Cōſidera nihilominꝰ ſāctos
patres ibidē exiſtētes. inuiſibiliter tamen. ꝗ
modo libēter ⁊ reuerēter intuētur dominā.
⁊ affectuoſe benedicūt. ꝓ quā tantū benefici/
um ꝯſecuti ſunt. Quomō etiā intuenť illos
excelſos pugiles ⁊ duces diuini exercitꝰ. q̄s
inter oēs elegit dominꝰ ad expugnanduꝫ et
vincendū vniuerſum mūdū. Tādē ꝯpletis

cunctis myſterijs cepit dñs Jeſus eleuari
ab eis ⁊ aſcẽdere ꝟtute ſua. Tũc mater ⁊ om-
nes alij ꝓcidebãt in terrã. Et dicebat domi-
na. Fili mi bñdicte memoꝛ eſto mei. ⁊ ꝓpter
diſceſſum nõ poterat lachꝛymas continere.
gaudebat tñ multũ ꝙ filiũ ſuũ ſic glioſe cer-
nebat petere celũ. Silr ⁊ diſcipuli ei⁹ dice-
bant. Dñe ꝑ te dimiſim⁹ oĩa. eſto memoꝛ
noſtri. Jpſe ꝟo eleuatis manib⁹. facie ſeren⁹
⁊ gaudẽs regio moꝛe coꝛonat⁹ ⁊ oꝛnatus tri-
umphalit ferebat in celũ. Bñdicẽs eis dixit
Cõſtantes eſtote ⁊ viriliter agite q2 ſp vobi-
ſcum ero. Aſcẽdebat aũt ſecũ ducẽs illã no-
bilẽ multitudinẽ iter pandẽs añ eos vt dixe-
rat Micheas ꝓpha. Dñs itaqꝫ glorioſus cã-
didus ⁊ rubicũd⁹. ſplẽdens ⁊ gaudioſus ꝑ-
cedebat eos. viã eis oñdens. ⁊ ipſi cãtantes
⁊ iubilãtes letiſſimi ſequebant eũ dicentes.
Cantem⁹ dño q̇ aſcẽdit ſup occaſum. domi-
nus nomẽ illi. Cõfiteant dño miſericoꝛdie
ei⁹ ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoim. Benedict⁹ es
dñe de⁹ noſter q̇ ſaluos facis ſperantes i te.
deducẽs populũ tuũ in exultatiõe. ⁊ electos
tuos in leticia. Exaltare ſup celos de⁹. ⁊ ſup
omnẽ terraꝫ glia tua vt liberent dilecti tui.
Aſcẽdens in altũ ꝓſpeꝝ iter faciẽs nobis. ꝑ-
ducens nos in refrigeriũ. educis vinctos tu-
os in foꝛtitudine. deſideriũ noſtꝝ tribuens
nob. Jntrabim⁹ in domũ tuã ⁊ in cõſpectu
angeloꝝ tuoꝝ tibi pſallem⁹. Glia laus ⁊ ho-
noꝛ tibi ſit rex xp̃e redemptoꝛ. Regna terre
cãtate deo pſallite dño. Jnterim aũt micha-
el ꝓpoſit⁹ paradiſi ꝑgens ad pꝛiam nũciaue-
rat ꝙ dñs aſcẽdebat. Ecce oĩes ſpirituuꝫ
oꝛdines ſeriatim ꝑ acies ſuas occurrerũt ei-
dem vn⁹ ex eis nõ ꝑmãſit q̇ nõ veniret obui-
am dño ſuo. ⁊ inclinãtes ſe cũ oĩ qua pote-
rãt reuerẽtia deducebãt eũ cũ hymnis ⁊ cã-
ticis ineffabilib⁹. Quis eñ poſſet cant⁹ ⁊ iu-
bilos q̇ ab ipſis fiebãt explicare. Aduenerũt
ꝗ̊ pꝛincipes ꝯiũcti pſallẽtib⁹ ⁊ dicebãt. Allelu-
ia all'a all'a. noĩe q̇ in dñi rex bñdicte venis.
Nũc tibi regnãti pangim⁹ ecce melos. All'a
all'a all'a. Benedict⁹ es dñe q̇ ſedes ſup che-
rubin ⁊ intueris abyſſos. all'a all'a. Dignuſ
es dñe oĩ laud ⁊ honoꝛe all'a. Quia victo-
riam glorioſe feciſti. alleluia. Cõfiteant celi
mirabilia tua dñe. all'a. ⁊ virtutẽ tuam. Ecce
nũc aſcẽdunt trib⁹ trib⁹ dñi all'a. vt cõfitean-
tur ⁊ dicãt tibi all'a. Ad letandũ in leticia gẽ-
tis tue. vt lauderis cũ hereditate tua allelu-
ia all'a all'a. Jn huiuſmodi cãticis ⁊ ꝓfeſſio-
nib⁹ dñm honoꝛabãt vtrĩqꝫ coꝛã ipſo exul-
tantes. ⁊ eidẽ feſtũ honoꝛificũ cũ omni reue-
rẽtia faciẽtes. Et q̇s poſſet hoc gaudiũ enar-
rare. Sꝫ ⁊ illud q̇s dicere poſſet ꝙ tã beatiſ-
ſimi ſpũs qꝫ ſanctiſſimi pr̃es ſimul habuerũt
cum ſibi ad inuicẽ occurrerũt. Supni ergo
ſpũs reuerẽtia ꝑus dño exhibita ⁊ canticis
expletis. illis cũ magna iocũditate dicebãt
Pꝛincipes populoꝝ bñ vos venire gratula-
mur all'a. Cõgregati eſtis cũ deo veſtro all'a
⁊ vehemẽter eleuamĩ all'a. Pſallite ei q̇ aſcen-
dit ſup celũ celi all'a all'a. Et ſancti pr̃es ala-
criter reſpõdebant. Pꝛincipes populi dñi.
all'a. Cuſtodes ⁊ adiutoꝛeſ noſtri all'a. Gau-
dium vob ⁊ pax all'a. Pſallite ⁊ vos regi no-
ſtro all'a. Exultate deo adiutoꝛi noſtro all'a
all'a all'a. Simul etiã ſe ad inuicẽ adoꝛãtes
dicebãt. Jn domũ dñi letãtes imus. all'a. al-
leluia. Simul nos capiet vrbs veneranda
dei all'a. Oues paſcue dñi poꝛtas ei⁹ ⁊ atria
intremus all'a. in hymnis ⁊ canticꝭ alleluia
Domin⁹ eñ virtutũ nobiſcũ alleluia. ſuſce-
ptoꝛ noſter eſt all'a all'a. Vides ḡ ꝙ oĩes
iubilabãt ⁊ pſallebãt. Nã iuxta prophetam
Aſcẽdit de⁹ in iubilatõe ⁊ domin⁹ in voce tu-
be. Aſcẽdit aũt dñs Jeſus plane ꝓpter cõſo-
latiõem matris ⁊ diſcipuloꝝ quouſqꝫ eũ po-
terãt videre. Extũc aũt nubes ſuſcepit eum
ab oculis eoꝝ. ⁊ in momẽto cũ oĩb⁹ ange-
lis ⁊ predictis patrib⁹ ſanctis fuit in patria
Sic eñ dicit ꝑdict⁹ ꝓpheta. Ponis nubem
aſcẽſum tuũ q̇ ambulas ſup pẽnas ventoꝝ
Penne ventoꝝ dicunt ſummitates vẽtoꝝ.
id eſt. ꝑtes ille que ꝑcedunt ⁊ velocioꝛes ſũt
Et ipſe adhuc velocius aſcẽdit ex quo nubẽ
interpoſuit. Stabãt ergo mater ⁊ diſcipuli
⁊ magdalena ⁊ alie flexis genib⁹ ⁊ intueban-
tur in celũ euntẽ illũ quouſqꝫ poterãt. O q̇d
erat videre dominũ ſic glorioſe aſcendẽtem
⁊ quid ſi q̇s potuiſſet videre ⁊ audire beatiſ-
ſimos ſpirit⁹ ⁊ aĩas ſanctas cũ eo pariter
aſcẽdẽtes. foꝛte ꝑ gaudio ſepata fuiſſet ani-
ma talis a coꝛpe. ⁊ cũ eis etiã aſcendiſſet. Cũ
ergo ſic vultib⁹ adhuc eleuatis aſpicerẽt. ec-
ce duo angeli ſteterũt iuxta illos in veſtib⁹
albis dicentes. Viri galilei quid ſtatꝭ aſpi-
cientes in celũ. Hic ieſus qui a vobis aſſũ-
ptus eſt in celũ. ſic veniet quẽadmodũ vidi-
ſtis eũ euntẽ in celũ. Redite ergo in ciuitatẽ
⁊ expectate ſicut dixit vobis. Conſidera hic
quomõ ḋ ipſis domin⁹ fuit ſolicit⁹. Nam ſta-
tim cũ euanuit ab oculis eoꝝ miſit angelos

ſuos ne nimiũ ibidē ſtantes fatigarent. ⁊ vt
cōfortarent audiētes angelicũ teſtimoniũ
cōcordare ſecũ de aſcēſione domini ſui. Au-
ditis ergo his verbis dña humiliter roga-
uit angelos illos vt eã recōmendarent filio
ſuo. Illi vero ſe vſqꝫ ad terrã inclinãtes ei-
dem libēter ſuſceperũt mandatũ eiꝰ. Simi-
liter apoſtoli magdalena ⁊ oĩes alij dixe-
runt eis. Illis itaqꝫ diſparētibꝰ ipi redierũt
in ciuitatē ad montē ſyon. ibiqꝫ morabãtur
expectãtes vt dñs ihs mãdauerat eis. Do-
minꝰ autē Jeſus cũ vniuerſa ꝑdicta felici ⁊
magnifica multitudine aperiēs ianuas pa-
radiſi vſqꝫ tũc humano generi clauſas triũ-
phaliter intrauit. ⁊ gaudēter patri genufle-
ctēs ait. Pater gratias ago tibi qui mihi de-
diſti victoriã de oĩbꝰ aduerſarijs noſtris
Ecce amicos noſtros qui captiui teneban-
tur eos tibi ꝑſento. Sꝫ ⁊ fratribꝰ ⁊ diſcipu-
lis meis quos in mũdo reliqui. ꝓmiſi mitte-
re ſpiritũſanctũ. Rogo te pater mi vt imple-
as ꝓmiſſionē. ⁊ eos recōmendo tibi. Tunc
pater erigēs eũ fecit eũ ſedere a dextris ſuis
⁊ dixit. Bñdicte fili mi omnē poteſtatem et
iudiciũ dedi tibi. De iſtis diſcipulis ⁊ dē miſ-
ſione ſpũſſancti ꝓ tuo velle diſponas. Om-
nes aũt ſancti patres ⁊ beatiſſimi ſpiritꝰ qui
adorãtes ꝓciderãt in facies ſuas corã patre
ſurgētes reinceperũt cantica ſua ⁊ iubilabãt
corã deo laudes. Si eñi moyſes ⁊ filij iſra-
el poſt tranſitũ marꝫ rubri cecinerũt carmē
dño dicētes. Cantemꝰ dño glorioſe ⁊c̄. Et
maria ꝓphetiſſa ſoror eiꝰ ⁊ relique mulieres
eã ſequētes in tympanis ⁊ choris dño deo
canebãt. q̃nto magis nũc cũctis aduerſanti-
bus ſuꝑatis. Similiter cũ dauid deduce-
bat archã federis dñi in hieruſalē. totꝰ popu-
lus canebat legitime. ⁊ dauid cũ cantoribꝰ
cytharã ꝑcutiebat. ⁊ oĩes laudabãt coram
dño in cytharis ſuis ⁊ tympanis. et Dauid
ſaltauit totis viribꝰ corã dño. quanto nunc
magis id faciebãt qui vere ſunt cũ dño ĩ tã-
to gaudio conſtituti. Et ſi Johannes vt in
Apocal. refert. audiuit vocē in celo centum
quadragintaq̃ttuor miliũ cytharedorũ cy-
thariſantiũ in cytharis ſuis. ⁊ cantabant q̃-
ſi canticũ nouũ ante ſedē dei ⁊ agni. Quod-
cunqꝫ gaudiũ illud ſignificet. ego multo ma-
gis ipm hodie cōtigiſſe meditabor. Oĩes
ergo ibidē conſtituti pſallũt. oĩes exultãt.
omnes letant. oĩes cantãt. oĩes gaudent.
omnes iubilãt. oĩes manibꝰ plaudũt. om-
nes choriſant. oĩes iocundant. oĩes tri-
pudiant. Vere nũc in ſuperna hieruſalē au-
ditur canticũ leticie ⁊ ꝑ oĩes vicos eius ab
vniuerſis dicit Alleluia. Nunqꝫ ab origine
mũdi tale feſtũ ⁊ tam ſolēne paſcha celebra-
tum eſt. nec vnqꝫ erit forte niſi in die iudicij
cũ omnes ibi ꝑſentabunt electi cũ corpori-
bus glorioſis. Et ꝓpterea tibi dixi in princi-
pio ꝙ hec ſolēnitas omnibꝰ cōſideratis cũ-
ctis ſupeminet alijs. Percurras ſingulas ⁊
videbis ſi verũ loquor. magnũ paſcha et ſo-
lenne feſtũ eſt incarnatio dñi. ⁊ initiũ oĩs
noſtri boni. ſed hoc nobis nō ſibi. Nam ipe
tũc in thalamo virginali incluſus eſt. Ma-
gnum etiã paſcha eſt natiuitas eius. ſꝫ et il-
lud nobis. Nã ſibi compatiēdũ eſt. quia ad
tantã pauꝑtatē vilitatē ⁊ penuriã natꝰ eſt.
Magnũ ſimiliter quo ad nos feſtũ eſt paſ-
ſio eius. quia tũc oĩa noſtra peccata dele-
ta ſunt. Nihil eñi vt ait Gregoriꝰ nobis na-
ſci profuit. niſi redimi ꝓfuiſſet. ſed ꝓpter tor-
menta duriſſima ⁊ mortē turpiſſimã quam
ſuſtinuit. nec ſibi fuit nec nobis eſſe dꝫ ma-
teria gaudij ⁊ leticie. Magnũ inſuper et ſo-
lenne ⁊ verũ paſca eſt reſurrectio ipſiꝰ domi-
ni ieſu. tam ꝓ ſe q̃ꝫ ꝓ nobis. quia ipe glorio-
ſus triumphator apparuit. et nos iuſtificati
ſumꝰ. venerabilis itaqꝫ multũ. ⁊ ideo ſingu-
lariter in ipo cantat eccl'ia. Hec dies quam
fecit dominꝰ ⁊c̄. Et ſm beatũ Auguſtinũ in
ſermone ſuo. Hec dies ſanctior vniuerſis.
quod exponi poteſt de ꝑcedentibꝰ. Naꝫ hec
dies aſcēſionis maior ⁊ ſanctior videt. quia
licet reſurrexerit dñs. adhuc tamē ꝑegrina-
tur in terris. adhuc eſt clauſa paradiſi por-
ta. adhuc ſancti patres nō iuerũt ad patreꝫ
que oĩa in aſcēſione cōpleta ſunt. ⁊ ſi bene
inſpicias quicq̃d deus fecit vſqꝫ modo. fecit
vt ꝑueniret ad hũc finē. ⁊ ſine hoc oĩa ſua
opera erãt imꝑfecta. Nã celũ ⁊ terra ⁊ oĩa
que in eis ſunt. facta ſunt ꝓpter hominē. ho-
mo autē ꝓpter gloriã habendã. Ad ipam ꝓ-
vſqꝫ hodie nullꝰ quantũcunqꝫ iuſtꝰ ꝑtinge-
re poterat poſt peccatũ. Vides q̃ꝫ magnifi-
cus ⁊ mirificꝰ ſit iſte dies. Similit magnuꝫ
paſca valde dies penthecoſtes. ⁊ eũ multuꝫ
ſolēniſat eccleſia ⁊ recte. quia tũc donũ ſum-
mum recepit. ſcꝫ ſpiritũſanctũ. Sed ⁊ illō no-
bis non ſibi. Sed hodiernꝰ aſcēſionis dies
eſt ꝓprie feſtũ ſolenniſſimũ dñi Jeſu. quia ho-
die incipit ſedere ad dexterã patris ⁊ requiē
capit a peregrinatiōe ſua. Et etiã ꝓprie feſtũ

eſt omniũ ſupnoꝝ ſpirituũ. quia nouũ gaudium ſuſcipiũt a dño ſuo. quē ante ibi i humanitatis forma nõ viderãt Et quia hodie primo reſtaurari incipiũt ruine ipoꝝ in tanta multitudine beatoꝝ. et ꝓprie illoꝝ egregioꝝ patriarcharũ ꝓphetaꝝ. ⁊ animaꝝ ſanctarum qui ad ſupernã patriã hodie primitus intrauerũt. Si ergo feſtũ facim⁹ de aliquo ſancto migrãte ad celos. quanto magꝭ de tot milib⁹. ⁊ q̃nto magis de ſanctoſanctorum. Eſt etiã feſtũ dñe que filiũ ſuum regali dyademate ſublimatũ ſic vidit tanq̃ dñm verũ ſup excelſa cõſcendere. Eſt etiã nihilominus ꝓprie feſtũ noſtrũ. quia humana natura hodie ſuper celos eſt exaltata. Et quia niſi chriſt⁹ aſcẽdiſſet. illud ipm etiã donum ſpiritusſancti ꝑ quo ſic merito ſolẽniſamus recipere nequibam⁹. Unde ipe dicebat diſcipulis ſuis. Expedit vobis vt ego vadam. ſi enim nõ abiero paraclit⁹ nõ veniet ad voß Ad robur autẽ dicti mei adduco Bernardum. q̇ de hac die ſic loquitur in ſmone de aſcenſione dñi. ſolennitas iſta cariſſimi glorioſa eſt. Cõſummatio enĩ ⁊ adimpletio eſt reliquaꝝ ſolennitatũ. ⁊ felix clauſula eſt totius itinerarij Jeſu chriſti filij dei viui. Merito quidẽ ſolẽnitatis ⁊ leticie dies agiť. q̃ndo ſol ille ſupceleſtis ſol iuſticie. noſtris ſe ꝓſentauit obtutib⁹. Magna quoq̃ leticia et exultatio multa nimis quãdo cõſciſſo ſacco leticia circũdatus eſt ⁊ noſtre dedicauit primordia reſurrectõis. Uerũtamen quid mihi ⁊ ſolẽnitatib⁹ iſtꝭ. ſi cõuerſatio mea vſq̃ adhuc detineť in terris. Dico ergo non multo min⁹ mihi tolerabilior videť exilij hui⁹ habitatio q̃ gehenna. Deniq̃ niſi ego abiero. paraclit⁹ non veniet ad vos. Uides ne quēadmodũ ceterarũ ſolennitatũ ea quam hodie celebram⁹ ⁊ cõſummatiõez habeat ⁊ fructum declaret ⁊ augeat gratiã. Sicut enim cetera oĩa ꝓ nobis fecit qui ꝓ nobis nat⁹ eſt. ita quoq̃ ipſi⁹ aſcenſio propter nos fctã eſt ⁊ facit ꝓ nobis. Hucuſq̃ Bernardus

Manifeſte ergo videas ꝙ ſolennior eſt dies iſta omnib⁹ alijs. Et anima que bene diligeret dominũ Jeſum magis hodie exultaret q̃ in aliquo die anni. Unde ipe dicebat diſcipulis Si diligeretis me gauderetꝭ vtiq̃ quia vado ad patrē. Et propterea credo me recte dixiſſe ꝙ nunq̃ in patria fuit aliq̃ dies adeo ſolennizata vt iſta. Durauit autē gaudium ⁊ exultatio tãti feſti vſq̃ ad diem penthecoſtes. ⁊ per hũc modũ poteſt meditari. Aſcenſio enim dñi fuit hora ſexta. Nã primo comederat hora tertia cum diſcipulis ſuis. Quis ergo oĩes in patria vltra q̃ dici poſſet exultarent. tamen prima die vſq̃ ad aliã ſextã ſequẽtis diei angeli fecerunt ſingulariter feſtum. ⁊ domin⁹ Jeſus oſtẽdit vel fecit aliquã ſingularē familiaritatē ⁊ conſolatiõem. Secũda die fecerunt archangeli. Tertia principatus. Quarta poteſtates. Quinta virtutes. Sexta dominationes. Septima throni Octaua cherubin. Nona ſeraphin. Hi ſunt nouē ordines angeloꝝ Et ſic hec durauerunt vſq̃ ad ſextam ſabbati vigilie penthecoſtes. Extunc feſtum fecerunt ſancti patres vſq̃ ad horã tertiam diei dominice.

De miſſione ſpiritusſancti. Capitulũ. cvj.

TUnc his completis. dixit dominus ieſus patri. Pater mi recordare ꝓmiſſi mei quod feci de ſpiritusſancto fratrib⁹ meis. Cui pater. Fili mi multũ gratum habeo quod ꝓmiſiſti. temp⁹ eſt vt impleatur ꝓmiſſum tuũ. Dic ergo ad ſpiritum ſanctũ. Rogam⁹ te vt deſcendas ad diſcipulos noſtros. ⁊ eos repleas. conſoleris. robores. inſtruas. ⁊ cumulũ virtutũ ⁊ gaudiorũ conferas eis. Et ſtatim venit ⁊ deſcendit in linguis igneis ſup centũ ⁊ viginti diſcipulos ſimul congregatos. ⁊ eos repleuit oĩi gaudio. Cui⁹ virtute diſcipuli vigorati docti ⁊ accenſi ac illũinati totũ mundũ circũcucurrerunt. ⁊ ꝑ magna parte ſibi ſubiecerũt. Nihilomin⁹ tamen superni ciueſ etiã poſtea laudauerũt ⁊ ſemp laudãt dominũ. ⁊ habēt dies leticie ⁊ nunq̃ deeſt ibi ſolennitas ⁊ grãtiarum actio ⁊ vox laudis. Scriptũ eſt enĩ. Beati qui habitãt in domo tua dñe. in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te. Feſtinem⁹ itaq̃ et nos ingredi in illam requiē vbi tanta ſuperabundat indefectibiliter leticia. ⁊ ad patriã noſtram totis conatib⁹ ſuſpiremuſ. Odiamus hui⁹ miſeri ⁊ putridi corporis noſtri compagē. ⁊ eius curã non faciam⁹ in deſiderijs. qꝺ nos hic detinet carceratos ⁊ peregrinos a tanto bono. Dicam⁹ ergo cũ apoſtolo. Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹. Et itez Quãdiu in hoc corpore ſumus ꝑegrinamur a dño. Et iterum Cupio diſſolui ⁊ eſſe cũ chriſto. Deſideremus eius diſſolutionē. ⁊ eã continue poſtu

lemus a domino. quia ꝑ nos eā cū ſalute cō ſequi non valemꝰ. Et iterū. Saltē moria/mur mundo ⁊ pompis ⁊ cōcupiſcentijs eiꝰ Abſtrabamꝰ nos corde forti ⁊ ꝑſeuerāti ab his rebus caducis ⁊ a miſerijs ⁊ breuibꝫ cō/ſolatiunculis harū viſibiliū rerū que infici/unt ⁊ vulnerāt animas noſtras Aſcēdamꝰ autē mente cū domino vl' potiꝰ ad dominū ⁊ cum ipo in celis ſit cōuerſatio noſtra. Et ſic facientes nō ex toto ſimꝰ peregrini ⁊ ad/uene vt in tempe viſitatiōis nos ad ſe dignetur aſſumere ipe de quo loquimur dominꝰ noſter Jeſus xps qui eſt ſuper oīa deus benedictꝰ ⁊ laudabilis in ſecula ſeculorum Amen.

Excitatio deſiderij ad pͥam per mortis appetitū. Capitulū. cvij.

Habes ergo ex pdictꝭ dilectiſſima fi/lia vitā dñi ieſu tibi ꝑ maiori parte ī meditatiōibꝫ traditā. Suſcipe reuerenter libēter ⁊ gaudēter pdicta. ⁊ in eis to/ta deuotione. hilaritate ac ſolitudine ꝯuerſari nō pigriteris. quia hec eſt via tua ⁊ vita tua. hoc eſt fundamentū ſup quo poterꝭ magnum edificiū cōſtruere. Ab hoc te incipere oportet ſi vis ad ſublimiora aſcēdere. put in pluribꝫ locis ſuperꝰ habuiſti. Nā hec vite xpi meditatio non ſolū ꝑ ſe dulciter paſcit. ſed ad maiorē cibū tranſmittit. Hec eni ſūt que dominꝰ geſſit in carne. ſed longe ſubli/mius eſt eū in ſpiritu ītueri. ad quod ꝑ hāc ſcalā peruenire poteris. ſed in hac interim ī morandū. De quo ſic ait Bernardꝰ. ix. Cā/ticoꝝ. Ego hanc arbitror pcipuā inuiſibilē deo eſſe cauſam ꝙ voluit in carne videri. et cū hominibꝫ cōuerſari homo. vt carnalium videlicet q̄ nō niſi carnaliter amare poterāt cūctas primo ad ſue carnis amorē affectio/nes retraheret atqꝫ ita gradatim ad amorē pduceret ſpūaliū. Et infra. Mōſtrabat di/ſcipulis altioris amoris gradū cuꝫ diceret. Spiritꝰ eſt qui viuificat. caro non pdeſt q̄cq̄ꝫ. In carnis igiꝭ deuotione interim cōſoletur qui viuificantē ſpiritū nō habet. eo dū/taxat modo quo habēt illi qui aiunt. Spi/ritus ante faciē noſtrā chriſtꝰ dominus. Et item. Si cognouimꝰ chriſtuꝫ ſm carnē. ſed nūc iam nō nouimꝰ. Nā alias quidē nequaq̄ꝫ ſine ſpū ſancto vel in carne diligiꝭ chriſtꝰ. ⁊ ſine illa plenitudine. cuiꝰ tamē menſura deuotionis hec eſt vt totū cor illa ſuauitas occupet. totū ſibi ab amore vniuerſe carnis ac carnalis illecebre vendicet. Hoc quippe toto corde diligere eſt Alioquin ſi carnis mee quālibet cōſanguinitatē vel voluptatē for/te prefero carni dñi mei (ꝑ quod me videli/cet minꝰ ea implere cōtingat que ī carne ma/nens verbis ⁊ exēplis me docuit) nonne li/quide ꝯſtat ꝙ toto nequaq̄ꝫ diligo corde cū illud diuiſum habēs. partē impēdere vide/ar carni eiꝰ. partē intorquere ad ꝓpriam. Deniqꝫ ait. Qui amat patrē aut matrē plus q̄ꝫ me. nō eſt me dignꝰ. Ergo vt breuiter dicaꝫ Toto corde diligere eſt oīe quod blandiꝭ de carne ꝓpria vel aliena. ſacroſancte carnis amore poſtponere. in quo ⁊ mūdi eque glo/riam ꝯprehēdo. quia gloria mūdi eſt gloria carnis. ⁊ qui ea delectanꝭ. carnales eſſe non dubiū eſt Vides quomō etiaꝫ carnalis eſt hec meditatio reſpectu ſpūalis. hoc nō acci/pias vt minuaꝭ deuotio. ſꝫ vt feruor creſcat ad maiora. ad que tamē ꝑ hanc trāſcēdo te venire oporteat. In hac etiā ferueat tuꝰ af/fectus. vt in eā te totā immergas. Bona eſt eni hec meditatō carnalis ꝑ quā vita carnalis excludiꝭ. cōtemniꝭ ⁊ vinciꝭ mundꝰ. Sꝫ ⁊ ſic faciēdo ſtabilies mentē. erudiēs ad vir/tutes. ⁊ animi robur accipies. vt in ꝓlogo ti/bi dixi. Hec ergo meditari. ſit tota ⁊ vna in/tentio tua. requies tua. cibꝫ tuꝰ. ⁊ ſtudiū tu/um. Nam ex his nō ſolū pdicta bona conſe/queris. nec ſolū erūt tibi gradus ad celeſtis patrie ⁊ ad maieſtatis cōtemplatiōes. ſꝫ eti/am erit cōtinua ⁊ ꝑpetua cōſolatio tua. Nō enim q̄ ad maiorē ꝯtemplationē aſcendunt hāc dimittere debēt ꝑ loco ⁊ tempe. alioquī viderenꝭ hāc quaſi vilē cōtemnere. quod eſ/ſet magne ſupbie. Unde recordare qͦ ha/buiſti ſupra in tractatu hmōi ꝯtemplatiōis ſcꝫ de humanitate xpi ex ſmone. lxiij. Cant. qualiter beatꝰ Bernardꝰ q̄ fuit altiſſimꝰ cō/templator hāc nūq̄ꝫ dimiſit. Et reuide que ibi de hac dicunꝭ ab eo. ⁊ quomodo eam ex/tollit.

De mō meditādi vitā xpi. ⁊ ꝯcluſio libri. Caplm. cviij.

Volo aūt tibi tradere modū quē te/neas in meditādo pdicta. ne ſi forte teipam crederes pringere ⁊ extēdi ad oīa que ſupra repies q̄ſi ꝑ molē grauē negligereris. maxime cū credā meditatiōibus predictis vnꝰ hebdomade ſpaciū cōuenire Igiꝭ ſcire debes ꝙ meditari ſufficit ſolū fa/ctum qͦ dñs fecit. vel circa eū contigit fieri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vel dici ſcḋm hiſtoriā euangelicā te ibidē pre/
ſentē exhibēdo. ac ſi in tua pſentia fierent ꝑ
ut ſimplicit̄ aīmo in dictis cogitādi occur/
rit. Moralitates autē ꝛ auctoritates quas
ad tuā inſtructionē in h̄ opē poſui. nō expe/
dit in meditatōem adduci. niſi ſi qua virtus
amplectēda vel viciū deteſtandū ipa prima
facie cogitatiōis occurrat. Eliges ꝫ in his
meditādis aliquā horā quietā. poſtea infra
diē poterꝫ diſcere moralitatē ꝛ auctoritates
ꝛ eas ſtudioſe memorie cōmendare. qḋ om/
nino te facere cōuenit quia pulcerrime ſunt
ꝛ que te quaſi ī tota vita ſpirituali valeāt in/
formare. Meditationes vero ſic diuide. vt
die lune incipiēs ꝑcurras vſqꝫ ad fugā dn̄i
in egyptū. ꝛ eo ibi dimiſſo die martis pro eo
rediēs mediteris vſqꝫ ad aptionē libri in ſy/
nagoga. Die mercurij exinde vſqꝫ ad mini/
ſteriū marie ꝛ marthe. Die iouis abinde vſ/
qꝫ ad paſſionē. Die venerꝫ ꝛ ſabbati vſqꝫ ad
reſurrectionē. Die vero dn̄ica ipām reſurre/
ctiōem ꝛ vſqꝫ in finē. Et ſic ꝑ ſingulas heb/
domadas facias vt ipſas meditatiōes tibi
reddas familiares. Qḋ q̄nto magis facies
tāto facilꝯ tibi occurrēt atqꝫ iocundiꝯ. Libē/
ter cōuerſeris cū dn̄o ieſu. ꝛ vitā ipſiꝯ tanq̄
euangeliū ad imitationē beate cecilie in cor/
de ſtudeas inſeꝑabiliter collocare

De cetero tp̄s eſt ſignādi librꝫ. ſꝫ ne meis
verbis illud fiat de vberibꝯ patris Bernar/
di. de quibꝯ tibi tot floreſ ꝛ tā pulcros decer/
pſi. fiat cōcluſio in nomīe illiꝯ qui eſt liber ſi/
gnatus. dn̄s noſter Jeſus xp̄s. ad cuiꝯ lau/
dem totꝯ eſt liber. q̄ beatꝯ Bernardꝯ quantū
ad pſentē materiā ſpectat. ſic ait ſuꝑ Can̄. ſer/
mone. xv. ſuꝑ illo verbo. Oleū effuſum no/
men tuū. Eſt ꝓculdubio inter oleū ꝛ nomē
ſponſi ſimilitudo. nec ocioſe ſpiritus ſanctꝯ
alterutrū cōparauit. Ego aūt dico in tripli/
ci qualitate olei. qḋ lucet. paſcit. ꝛ vngit. Si
vos nō meliꝯ habeatꝫ. fouet ignē. nutrit car/
nem. lenit dolorē. lux. cibꝯ. medicina. Vide
idē nunc ꝛ de ſpōſi nomīe. Lucet pdicatū.
paſcit recogitatū. inuocatū lenit ꝛ vngit. Et
ꝑcurramꝯ ſingula. Vnō putas in toto orbe
tāta ꝛ tam ſubita fidei lux. n̄ ꝑdicato ieſu?
Nonne in huiꝯ nominis luce deꝯ nos voca/
uit in admirabile lumē ſuū. quibꝯ illumina/
tis ꝛ in lumine iſto videntibꝯ lumen. dicat
merito Paulꝯ. Fuiſtis aliquando tenebre.
nunc autē lux in dn̄o. Nec tm̄ lux eſt nomē
ieſus. ſed ꝛ cibꝯ eſt. An non totiens cōforta/
ris quotiens recordaris? Quid eque men/
tem cogitātis impinguat. quid ita exercita/
tos reparat ſenſus. virtutes roborat. vege/
tat bonos mores atqꝫ honeſtos. caſtas fo/
uet affectiōes? Aridus eſt omīs anime cibꝯ.
ſi nō oleo iſto infundit̄. Inſipidus eſt ſi nō
hoc ſale condiat̄. Si ſcribas. non ſapit m̄ n̄i legero ibi ieſū. Si diſ/
hi niſi ſonuerit ibi ieſus. Jeſus mel in ore. putes aut conferas. nō ſapit mi/
in aure melos. in corde iubilus. Sed eſt ꝛ me/
dicina. Triſtatur aliquis veſtrū. veniat in
cor ieſus. ꝛ inde ſaliat in os. Et ecce ad exor/
tum nominis huiꝯ quod eſt lumen nubilū
omne diffugit. redit ſerenum. Labit̄ quis ī
crimen. currit inſuper ad laqueum mortis
deſperando. nōne ſi inuocet nomen Jeſus.
confeſtim reſpirabit ad vitam. Cui aliquā/
do ſi ſtetit ante faciē ſalutaris huius nomīs
infuit duricia vt aſſolet cordis. ignauie tor/
por. ꝛ rancor aīe. languor accidie? Cui fons
forte ſiccatus lachrymarū. inuocato ieſu. nō
continuo erupit vberior. fluxit ſuauior? Cui
in periculis palpitanti ꝛ trepidanti. inuoca/
tum virtutis nomen nō ſtatim fiduciam p̄/
ſtitit. depulit metum? Cui queſo in dubijs
eſtuanti ꝛ fluctuanti. nō ſubito ad inuocati/
onem clari nomīs emicuit certitudo? Cui ī
aduerſis diffidenti. ſi nomē adiutorij ſonu/
it. defuit fortitudo? Nimirum morbi ꝛ lan/
guores animi iſti ſunt. illud medicina. De/
niqꝫ et probare licet. Jnuoca inquit me in
die tribulationis ꝛ eruam te ꝛ honorifica/
bis me. Nihil ita ire impetū cohibet. ſuper/
bie tumorē ſedat. ſanat liuoris vulnus. re/
ſtringit luxurie fluxum. extinguit libidinis
flammā. ſitim temꝑat auaricie. ac totius in/
decoris fugat pruriginē. Siquidem cū no/
mino Jeſum. hominē mihi propono mitē
ꝛ humilē corde. benignū. ſobriū. caſtū. mi/
ſericordem. ꝛ omni deniqꝫ puritate ac ſancti/
tate conſpicuū. eundē ipm̄ deū omnipoten/
tē qui ſuo me ꝛ exemplo ſanet ꝛ roboret ad/
iutorio. Hec omnia mihi ſonāt cū inſonu/
erit Jeſus. Sumo itaqꝫ mihi exempla de
homine ꝛ auxiliū a potēte. illa tanq̄ pigmē/
tarias ſpecies. hec tanq̄ vnde acuā eas ꝛ fa/
cio confectionem cui ſimilem medicorū ne/
mo facere poſſit. Hoc tibi electuarium ha/
bes o anima mea reconditū in vaſculo vo/
cabuli huius quod eſt ieſus. Jeſus ſaluti/
ferum certe. qꝫ nulli vnq̄ peſti tue inueni/
atur inefficax. Semꝑ tibi in ſinu ſit. ſemper
in manu. q̄ tui oēs in ihm̄ ꝛ ſenſus dirigant̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et actus. Deniq͡ʒ ⁊ inuitaris. Pone me inq̄t ſignaculū i corde tuo. ſignaculū in brachio tuo. ſed hec alias. Nunc vero habes vnde ⁊ brachio medearis ⁊ cordi. Habes inq̄m in nomine Jeſu vnde actꝰ tuos vel ꝑuos corrigas vel minꝰ ꝑfectos adimpleas. Itemq͡ʒ vn̄ tuos ſenſus aut ſerues ne corrumpant̄. aut ſi corrumpant̄ ſanes. Idem. xlv. Canticoꝝ. O pulcer es angelis tuis dn̄e Jeſu in forma dei. in die eternitatis tue. in ſplendoribꝫ ſanctorū ante luciferū genitꝰ. Splendor et figura ſubſtātie patris ⁊ quidē ꝑpetuꝰ. minimeq͡ʒ fucatus candor vite eterne. O mihi decorus es dn̄e mi in ipa tui huiꝰ poſitione decoris. Etenim vbi te exinaniſti, vbi naturalibꝫ radijs lumen indeficiēs exuiſti. ibi pietas magis emicuit. ibi charitas plus effulſit. ibi amplius gratia radiauit. O clara mihi oriris ſtella ex iacob. q͡ʒ lucidus flos ď radice ieſſe egrederis. O iocundū lumen i tenebris viſitaſti me oriens ex alto. O ſpectabilis ⁊ ſtupendꝰ etiā virtutibꝫ ſupernis i conceptu de ſpirituſancto. in ortu de virgīe. in vite innocētia. in doctrine fluent̄. in choruſcationibꝫ miraculoꝝ. in reuelationibꝫ ſacramentoꝝ. O deniq͡ʒ rutilans poſt occaſū ſol iuſticie de corde terre reſurḡ. O formoſus in ſtola tua. demū rex glīe in alta celorū te recipis. Quomō nō ꝑ omnibꝫ his omnia oſſa mea dicēt. Dn̄e quis ſimilis tui. Hec ǧ ſimiliaq͡ʒ puto in dilecto intuentē ſponſam ^dilc̄e mi aduertiſſe cū diceret. Ecce tu pulcer es ⁊ decorus. neq͡ʒ hec ſola. ſed inſuꝑ aliquid ꝑcul dubio de natura decoris ſuperioris. qḋ noſtrum om̄ino ꝑteruolat intuitū. ⁊ effugit experimentū. Ergo iteratio vtriuſq͡ʒ decoreꝫ ſubſtantie deſignauit. Hec Bernardus. Deo gratiaꝝ actio ⁊ beato Bernardo ſeruo ſuo dulci ⁊ fideli Amen.

¶ Expliciūt meditatiōes q̄s ſcripſit ſctūs Bonauētura de paſſione domini nr̄i Jeſu chriſti.

## Opus contemplationis doctoꝝ ſeraphici ſancti Bonauēture ꝑ heddomadā.

Feria ſecūda.

Flos primꝰ

Jeſus ineffabilis ꝑſona trinitatis.

Tres fructus

Attende ad matutinum

Perſonaꝝ trinitatē in eſſentia diuinitatis.
Perſonaꝝ equalitatē in excellētia maieſtat̄.
Perſoāꝝ eternitatē i ꝑmanētia imutabilitat̄.

Flos ſecundꝰ.

Jeſus actor mirabilis in omnibꝫ creatis.

Tres fructus

Attende ad primam

Dei potentiā in reꝝ creatione
Dei ſapientiā in ipaꝝ ordinatione
Dei beniuolentiā in vniuerſi ꝑfectione

Flos tertiꝰ

Jeſus factor amabilis humane dignitat̄.

Tres fructus

Attende ad tertiam

Angelicā diuiſionē in ſtatus differentia
Humanā trāſgreſſionē i tēptatōis violētia
Diuinā retributōꝫ in meritoꝝ exigētia

Flos quartus

Jeſus ꝓmiſſus patribꝫ ſaluator deſperat̄.

Tres fructus

Attende ad ſextam

Humanā calamitatē ī multa deordinatōe.
Demonis iportunitatē i multa ꝑſecutione
Diuinā pietatē in frequēti repromiſſione.

Flos quintꝰ

Jeſus ꝓmotor ꝓuidus materne dignitat̄

Tres fructꝰ

Attende ad nonam

Marie mirabilē ꝯceptōꝫ abſq͡ʒ inq̄natione
Puelle mirabilē educatōem i tēplū oblatōe
Virgīs mirabilē ď ſpōſatōꝫ ioſeph copulatione

Flos ſextus

Jeſus aulā ingrediēs clauſe virginitatis

Tres fructus

Attende ad veſperas

Trinitatis dignationē in ꝯdeſcenſione
Angeli ſalutationem cū deuotione
Marie reſponſionē humili ſubmiſſione.

Flos ſeptimꝰ

Jeſus iohem viſitās vtriſq͡ʒ nōdum natis.

Tres fructꝰ

Attende ad completoriū

Pueroꝝ ꝯuenientiū in vtero exultationem
Matrū occurrentiū ī myſterio ꝯgtulatōeꝫ
Patrū audientiū myſterij admirationem

Oratio

Aue ieſu verbū dei. factor orbis ſalꝰ rei. promiſſus diuinitꝰ. honor mr̄is. incarnatus ď maria. nōdū natꝰ ꝑcurſori agnitꝰ

Feria tertia flores ⁊ fructꝰ arboꝝ ſctiſſime vite

Flos ꝑmus

Jeſus mūdū ingrediēs i bethleē eſt natꝰ

Tres fructus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf